




Enarratio in Euangelium Matthaei

<https://hdl.handle.net/1874/428466>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

108


N


3



39
m







Unusq; unacessitatem sociorum suorum
quibus numeris disponit, et q; unam eam q; datur
una pars ex quibus autem est illa forme, et q; una pars
loci sicut uicem illius, et ei essentur si est nra p; primi ordinis

It is VIII quid' ex quatuor

te nos aete. Altin uo ex moco

1 dexte i totū copis p pte. 3 uo ex

^{missus i portu}
SOPHIO I VIGILIE I C^m EX HUIC Q^m OLFIC^m . C^m EX
HUC Q^m EGUNI . I REMIET^m . C^m EX AIE PARIB^m


Generat et dicitur omnis spiritus p
singuila in salubri cœlo negotio.
et aliorum quoniam in aliis iste cœl
in aliis est communis sicut et
Deaut in aliis negotiis in aliis in aliis re
sonat quoniam in aliis negotiis sicut et in aliis
est in aliis corporum quoniam in aliis in aliis deinde quoniam
est et in aliis corporum possumus et in aliis negotiis sicut et
corporum eloquentia in aliis possumus eloquentia in aliis
ad primum ad aliis negotiis caudae ad aliis negotiis primum
corporum quoniam ex opere illius et aliis negotiis adeo conatur quoniam
est et in aliis corporum et aliis negotiis et aliis negotiis.


Hec est omnia nunc deus gloria salubris


101

101

et aliis negotiis
et aliis negotiis
et aliis negotiis







N. 38. B

D 8° 151
K. 108 N 3

ENARRATIO IN
EVANGELIVM MATTHAEI
D.Io.Oecolampadio autore:&
alia nonnulla quæ sequens
pagella indicabit.



Ex arm. Burghes

BASILEAE,

1536.



Quæ hoc libello insunt.

In Euangelium Matthæi enarratio.

Conciones aliquot populares.

Libellus quod Missa non sit sacrificium.

Libellus quod imagines quæ ad cultum prostant, sine tollendæ è templis.

OSVALDV S MYCONIVS LV
CERNANVS, CVNHARDO
HASIO S. D.



VM ad hæc tempora diligentius respicio, Cunharde p̄ijentissime, uideoq; grātia dei quām sit multifariam inter homines, ac fideliter, imò & copiose distribuita: tum autem & illud considero, quām sint ingrati qui acceperūt, pleriq; nescio quonā stupore corripiar contra humanū ingenū, quod id tanta laboret erga patrē benignissimum illum iniquitate. Quāmuis enim longo tempore fames uerbi dominici terram ob peccata populi grauissimè presserit, deus tamen nunc demū nostri misertus, m̄fsem dedit tam uberem, ut nemo sit prorsus qui stomachū quantumuis audum non possit, uelit modo, sic exatiare, ut in æternū nec esuriat, nec suiat. Largitus est doctis pariter & indoctis dona sui spiritus excellentissima, illis quidem scientiam ueritatis, cognitio nem linguarum, aliasq; bonas & honestas disciplinas, unā cum eloquendi munere non inefficaci, his corda diuinæ doctrinæ capacia. Nihilominus tamen neutri uidentur satis gratiae benigniter concreditæ respondere. Qui doctrina ualent enim, ut probè docent, & uerè, sic laudis & gloriae paulò cupidiores, non in hoc unicè uidentur esse, ut Christi gregem p̄scant prudenter ac fideliter. Quid enim cuiq; sit accommodū, negligentiū expendētes, uerba plerung; fundunt in aërem.

VI 27 EPISTOLA

Simplicitatis autem in docendo tam est nulla consideratio, ut sexcenties loquantur ad populum magnificè quidem, & splendide, sed ne uno quidem intelligent, quid dixerint. Non cogitant, credo, quod hic primum esse debebat tamē, quam fieri nequeat, ut quod ipsi uix multis horis recte conceperunt post ueritatis dei classram cognitionem, auditor simplex, immo & ingeniosus, unius horæ spatio, nisi bono propositum ordine, simpli citerq; capere ualeat. Postulat hæc res certè studium non paruum, cogitationē non leuem. Diligenter est enim respiciendū ad auditoris ingenium & captum: deinde autem oratio sic disponenda, ut, quod est in docente, nemo si ufra auditum aduenerit. Sunt pij, sunt & impij. Sunt acuti, sunt & simplices. Sunt docti, & sunt indotiti. Sunt sexus diuersi, sunt ætates diuersæ. Omnibus satisfaciendū est. Ad quod illa quæ diximus, ordo & simplicitas faciunt non in postremis. Unde nisi quis suggestum adscendens, ad utilitatē concionis præsentis inter prima spectet, ac deum in hoc ipsum inuocet ex corde, nescio si talis officio satisficeret dici possit. Christus com misit oves & agnos suos Petro, non ut coram eis clamaret incassum, aut ostentatorē ageret, laudem uere quæret, sed ut pauperet. Prudentem seruum adpellat cum, qui nouit cibum dispensare in tempore. Quo quidem nihil aliud significat dominus, quam ministrū suum in docendo ferri debere non temere, sed diligenter circunspicere personas & tempus. Infideles autem reperiuntur,

N V N C V P A T O R I A.

tur, dum donis benigniter concessis abutuntur ad suam
uel utilitatem, uel gloriam, non ad gloriam dei, tametsi
tales uideri nolint, ut sumus omnes proprietatis affectuum
cœci iudices, et defensores stulti. Si, qui sunt eiusmodi,
diligentius considerarent exemplum Pauli, non dubium
est, quin protinus mutatis affectibus, et docendi consue-
tudinem mutarent. Is enim dum in lege fuisset magnus,
in Euāgeliō uero circa omnia, quæ sunt ministerij hu-
ius, esset maximus, nihilominus uelut per detestationē
dicit: Ego uero absit glorier, nisi in cruce domini nostri
Iesu Christi. Et alibi non cauponatur sermonē dei, sed
uelut ex sinceritate, sed uelut ex deo in conspectu dei
per Christū loquitur. Hic igitur qui aberrat, quomodo
poterūt alijs euangelistæ probi munīs inscruire? exhor-
tationi puta, cōsolationi, correptioni, correctioni. Nam
ex eodem fonte necesse est eadem permanare fluenta.
Sunt aliqui, quibus prædicationis opus tantū non præ-
alijs laboribus, quos tamen ipsi sibi, non dominus aut
ecclesia imponit, uilipendit. Evidem in hoc semper
fui, ut putem ex operibus charitatis nullum esse nec
maiis, nec melius, nec deo magis gratum, eo præsertim
si utaris erga illos cum sinceritate, qui sunt à domino
per ecclesiam tibi commissi. Cæterum et indocti gratia
misericorditer data satis abutuntur improbè. Nam quod
attinet ad Euāgeliū cognitionē, uidere est, qui propé-
modum sequent doctores suos. Tam uero non declinant
à iūs suis malis, ad sanctimoniam uitę, tanquam non alia

EPISTOLA

ratione doctrinam Christi didicerint, quām ut abutantur. Hinc clamores isti pessimi contra nos, eorum qui foris sunt: Christum habent in cista. Non uidemus, quoniam sint illi meliores nobis: quo sint autem peiores, uel lippi uidemus. Nullus est enim cultus nec dei, nec diuorum apud eos. Flagitijs autem & que scatent, ut nos. Atque sic Euangeliū Christi male audire cogitur propter nos. Quāmuis autem non nesciam, quām sint isti prōni ad conuiciandū, cogimur tamen, quod iactat, fateri nimium esse uerum. In causa uero est, cur nam istiusmodi uerbi Christi Ζyλωται, non aliter ambulent in via domini, quod hunc ipsum contemplantur ex una tantum parte, qua uidelicet mortuus est, non etiam qua resurrexit. Agnoscunt quidem per mortem Christi abolita sibi peccata, uerum in nouam resurgere uitam cum Christo negligunt strenue, cum tamen in huius morte uita nostra cotineatur. Dum etenim cum ipso uerè sumus mortui, uerè cum eodem uiuimus: nam mors est circa mundum, atq; adeò peccata, uita uero in deo. Quod igitur isti putani se morte Christi recte confidere, non fides est, sed male persuasa opinio. Sunt deinde quibus contemnere papismū, Euangeliū est recipere. Tales pariter ignorare uidentur, quod uite nouitas uirum constituit euangelicum. Debemus quidem que mala sunt habere odio, sed interim amplecti bona, perficereq;. Pasticina namq; non ita magna difficultate contemnuntur, at amplecti bona, quae talia sunt secundū deum, hic opus,

hic

N V N C V P A T O R I A.

hic labor. Nam adeò carni sunt aduersa, ut hæc non ha-
beat, quod uexet magis. Pontificē Romanū non agno-
scere pro capite Ecclesiæ catholicæ, quid habet mole-
stia? Sed Christū ita cōstituere caput, ut tu sis membrū
capiti conueniens, id uero carni non est possibile. Mis-
sam negligere papalem non admodū graue, sed coenam
domini celebrare, ne quis edat & bibat sibi iudicium,
quid putas requirit diligentie? Ceremonijs abstinere,
confessionem auricularem reijcere, non orare quemad-
modum in more habent hypocritæ, cum his non ieiu-
nare, non dare eleemosynam, non operari, cuinam esse
potest difficile? Sed uersari in hisce omnibus secundum
præscriptum dei, tam est onerosum, quam est contra na-
turam carnis. Ergo dum istiusmodi simulant Euange-
lium, quid aliud faciūt, quam solent, qui huius odio, de-
flectūt ad illum? Vnde quod agunt, odium est papismi,
non amor euangelicæ ueritatis. Verum sunt his adhuc
peiores prò dolor, qui uidelicet sub Euangelij titulo se-
ipsos, ut de doctris quoq; dixi, querunt, non deum, aut
proximum. Deplorandum certe malum, abuti nomi-
ne dei, & uerbi eius ad affectus proprios. Sic agens
enim non solum, ut in alijs peccatis, cōtra dei facit man-
data, sed ipso deo ad patrandū malum male uitetur, ubi
quidem & peccatum inest, & contemptus dei ini-
festus, ne dicam uoluntarius. Numerus illorum ingens
est ualde, prout nemo ferè est, qui non, impulsus haben-
di cupidine, querat animo satisfaciendi occasionem.

EPISTOLA

Quam quidem dum putant, tametsi falsissimè, præberi ab Euangelio, simul huc aspirant omnes, quos istud facinus agitat uehementius. Nocet hoc malum euangelicæ simplicitati, sinceritati, cursuq; tanto grauius, quanto magis ipsi Euangelio contraria est auaritia. Non semel succurrit, causam hanc non esse postremā, cur deus tot malis subinde nos uisitet: ac fieri posse, ut uerbum indignabundus propediem tollat, quod ingratiss tam benigniter largiterq; nuper concesserat. Hæc cogitans huc uenio, ut intelligā, quare nam Christus admonecat, contendamus per arctam portam, ut per quam pauci ingrediantur, cum ad cœlum ducat tamen. Cur item dicat, multos uocatos, paucos electos. Et de semine diuersis locis iacto, unum tantum, exceptum uidelicet à terra bona, reddere fructum. Difficultas est itaq; per mundum hunc delicatū ingredi, ne capiaris. Quocirca probè monet Paulus, ut circunspecte ambulemus, non quidem ut insipientes, sed ut sapientes, redimētes occasiōnem, quod dies mali sint. In primis autem id decet præsides uerbi dominici, quos tot tamq; uarie circumstant insidiæ, tantaq; mala expectant, si parum oculati seducēti se permiserint. Atque hæc causa ferè primaria, cur eum mittam ad te tuosq; in presentiarū, qui modis omnibus in hoc stadio, uerbum uidelicet dei docendi, currentibus, esse potest exemplo. Habent prælectiones eius simplicem literarū dei, breuemq; interpretationem, nihil continentē ascititij, nulla tamen interea parte man-

N V N C V P A T O R I A.

cam. Conaciones eius & diligentiam indicant, & claris-
tatem habent non sicc multo feruore talem, ut qui ad
huius regulam docere constituerit, uideatur operæpre-
cium facturus certè non poenitendū . Libellus tandem
de abominatione Miſſæ papalis sic contendit, & om-
nia probat aperte, ut persuasus sim, non futurum, uel
ex grege papistico, qui posſit ex animo contrā uel lo-
qui, uel cogitare . Quamuis autem non sit, quod in te
tuisq; symmīstis circa docendi formam desiderem, no-
ui tamen quid ualeant apud carnem exempla, imò de-
us quemadmodū sua dona plerunq; dispenset per homi-
nes . Vnde sapiens sapientem audiens fit sapientior, &
bonus honorū operationes spectans fit melior . Ita non
dubium est, quin dum Occolampadiana, que damus, di-
ligenter uideris, & contemplatus fueris, in scripturis
euangelicis & felicius sis ambulaturus, quamvis hæc-
nus ambularis felicissimè, & in concionibus facilius,
quamvis nihil hucusq; defuerit: damnabilem uero mis-
fationem sis neglecturus multò confirmatus, & quic-
quid eius speciem uel paululum refert . Quamuis iam
olim istam sic, ut pestilentissimū uenenū, caueris . Præ-
ter causam uero dictam, me mouit non uulgariter, ut
hæc tibi tuisq; libentius adscriberē, consensus & uelut
unitas quædam ecclesiārū nostrarum . Adeò namq; con-
iunctæ furcunt ad hunc usque diem, per dei gratiam, in
rebus omnibus, ut rectius unam uel particularem ecclæ-
siam uocites, quam duas . Precemur deum, ut quod du-

EPISTOLA

ravit hactenus, per eius auxiliū ita permaneat in perpetuum. Instigauit & Ioannes Gastius Brisatensis, diaconus meus, ultro currentē, tum ob ueterem amicitiā uestram, tum quod in patria ipsius primus seminando uerbum messem feceris non penitus nullam: quanquam propter laborem tam egregium electus es tandem, non quidem à ciuibus, sed ab eis qui dominium exercentes temporariū, Euangelij lucem oculorū hebetudine ferre non possunt, causam egregiam scilicet nacti, quod sacerdos, & idem parochus, contra legem Pap.e, non autem dei, maritus factus esses. Sed illam sic inuertit deus omniscius ille, ut liberatū transtulerit in uineam suam, ubi uirtute spiritus uindemiam faceres deo quam copioſissimā. Quām firmiter enim teneant, tueanturq; Midusenses tui doctrinam Christi semel recte conceptam, & quām pulchre proficiant in dies magis atq; magis, uel hinc certum est, quod nec belli tentationes, & damnatio, nec desertor ille, quem ducem aliquando uerbi securitiſ sunt, uel tantillū mouerint ad cogitandū de Aegypto relicita. Verum illud agunt perpetuò, ut quicquid ad gloriam dei facere potest, fidelissimè promoueant. Vnde procurarunt hactenus omni ſedulitate, ne quid impurum uerbo commisceretur domini, ne sacramentorum uſus foret alienus ab institutione Christi, & uſu discipulorum. Atq; inde misericorditer datum credo, quod Catapaptistarum nunquam sunt contaminati ſtercoribus. Et quamuis nusquam non mundus ingenij ſui ſpecimen

N V N C V P A T O R I A /

exhibeat (de locis dico, in quibus Euangelij maiestas fulget) audio tamē apud uos inquinamēta eius ecclesiā commaculare parcias. Ex quo cogitandū tibi, fratribusq; tuis, quām deuota mente sit, iugiterq; deus inuocandus, ut auxiliante spiritu conseruetur ecclesiæ uestræ, quæ tam est gratiosa, species. Sed ut finem faciā, supersunt adhuc multa beati illius uiri, ut conciones in totum psalterium, in epistolam ad Colos. in Euangeliū Marci, in Ezechielem, & Danielem, conciones item per totum annum, quæ omnia, si deus uoluerit, compilatore Gastio dabimus, ne quid pereat, quod ad gloriā nominis dei, & ædificationē ecclesiæ pertineat. Tuum est, tuorumq; hoc animo, quæ nunc damus accipere, ut intelligamus ea nō esse ingrata uobis. Vale cum fratribus & ecclesia semper in domino, quem pro nobis orare mutuiter non dedignemini.

Basileæ, calendis Iunij, anno

M.D.XXXVI.

E O R V M Q V A E H O C
opusculo continentur
Index.

A bia rex malus.	7.b
Achaz religionē Damascenorū inuexit.	8.b
Adam secundus hominem lapsum restituit.	1.b
Adorandi modus.	107.a & b
Adorare quid propriè.	21.a
Adulterium uerum.	72.a
Adulteri qui uerè censendi sint.	72.b
Admiratio undc.	109.b
Aegyptij lignea tabulā circunferūt in conuiuis.	160.b
Agapetus circuitiones dominicis diebus in templis de- creuit.	210.a
Alexander panem fermentatum instituit.	210.a
Alexander primus statuit aqua uinum misceri.	209.a
Altare nostrum Christus ipse.	219.b
Amen quid.	89.a
Angeli quibus directores sint.	29.a
Angeli nolunt salutari tanquam domini.	38.a
Angeli spiritus administratorij.	43.a
Angelorum officium.	13.b
Anima pro iuita hominis.	142.b
Animæ morbos Christus præcipue uenit curare.	55.a
Antiochus figura antichristi.	223.a
Apostolorum electio mirum dei consilium habet.	53.b
Apostoli quorum typum gerant.	144.b
Apostoli quomodo sua reliquerint.	111.a
Aposto	

I N D E X.

- | | |
|--|---------------|
| <i>Apostolorum epistole etiam Euangelium habent.</i> | <i>2. a</i> |
| <i>Apostoli prædicarunt Christum ex lege.</i> | <i>65. a</i> |
| <i>Apocalypsis locus de septem phialis declaratur.</i> | <i>180. a</i> |
| <i>Aqua pocalym.</i> | <i>143. a</i> |
| <i>Aqua tribulationum.</i> | <i>42. b</i> |
| <i>Aqua quis tingatur modica uel multa nihil refert.</i> | <i>42. a</i> |
| <i>Aram uocatur alibi Ram.</i> | <i>6. b</i> |
| <i>Archelaus incestum commisit.</i> | <i>29. a</i> |
| <i>Archelaus homo scelestissimus.</i> | <i>28. b</i> |
| <i>Arma quando sunt sumenda.</i> | <i>78. b</i> |
| <i>Aſa idola demolitus est.</i> | <i>7. b</i> |
| <i>Atalia occidit omnem regiam stirpem.</i> | <i>8. a</i> |
| <i>Augusti celebre dictum de Herode.</i> | <i>25. a</i> |
| <i>Aures interne.</i> | <i>144. a</i> |
| <i>Aurum quid in scriptura significet.</i> | <i>24. a</i> |

B

- | | |
|---|---------------|
| <i>Baptismus quare institutus sit.</i> | <i>31. b</i> |
| <i>Baptismum Christus consecravit.</i> | <i>40. b</i> |
| <i>Baptismi uariæ significaciones.</i> | <i>42. b</i> |
| <i>Baptisati quidam martyres guttulis solū aquæ.</i> | <i>42. a</i> |
| <i>Baptismi nostri mare rubrum & nubes typus sunt.</i> | <i>31. b</i> |
| <i>Baptismi & cœnæ dominicæ symbola quare instituta.</i> | |
| <i>41. b</i> | |
| <i>Bella ueteris testamenti, figuræ sunt nostrarum tentationum.</i> | <i>164. a</i> |
| <i>Bellandi artem à Christo discamus.</i> | <i>163. b</i> |
| <i>Bellum nobis cum diabolo.</i> | <i>163. b</i> |

I N D E X.

- Bellorum tempore in deum speremus. 95.b
- Bethlehem domus panis interpretatur. 23.b
- Bethulienses terminum domino præscripserunt. 183.b
- Bonifacius altaria pannis tegere præcepit. 209.b

- C
- Calamitates uarie quare immittantur. 104.b
- Canes qui. 167.b
- Canonem multi autores consuerunt. 210.a
- Capernaum ciuitas populosa. 50.b
- Capernaum ciuitas Christi. 119.b
- Carnis fructus. 147.a
- Carnem filij hominis uerè manducare. 145.a
- Carolus eius nominis primus in omnibus ecclesijs ceremonias similes habendas esse constituit. 204.a
- Catabaptistæ perniciosi homines in ecclesia. 137.b
- Catabaptistæ legem Mosi conueniunt. 3.a
- Catabaptistæ nequaquam amantes ueritatis. 73.b
- Catabaptistæ quidam legem ueterem abiciunt. 65.a
- Centurionis diligentia. 108.b
- Ceremonias papistæ à Iudeis mutuarunt. 204.a & b
- Ceremoniarum multitudo Christo non placet. 202.b
- Charitas in omnibus rebus in consilium uocanda. 76.b
- Charitas suspicione caret. 96.a
- Christiani hominis character. 80.a
- Christiani hominis officium. 160.a
- Christus anno trigesimo baptisatus est. 30.b
- Christus non omne morbum sanauit suo tempore. 55.a
- Christus

INDEX.

<i>Christus nullam inhumanitatem docuit.</i>	<i>54.b</i>
<i>Christus sub Herode incepit prædicare.</i>	<i>50.a</i>
<i>Christus in pueris est passus, qui ab Herode trucidati sunt.</i>	<i>25.a</i>
<i>Christus uitæ christiane dux.</i>	<i>43.b</i>
<i>Christus quater Hierusalem iter instituit.</i>	<i>49.b</i>
<i>Christus quare in Aegyptum fugit.</i>	<i>24.b</i>
<i>Christi modestia.</i>	<i>41.a</i>
<i>Christus uerè credentibus in cœna adeſt.</i>	<i>193.a</i>
<i>Christum in quibus sequi debeamus.</i>	<i>45.a</i>
<i>Christus quomodo sit prædicandus.</i>	<i>60.b</i>
<i>Christus quare carnem nostram assumpsit.</i>	<i>11.b</i>
<i>Christi pueritia quare tam diligenter describatur.</i>	<i>20.a</i>
<i>Christus manibus suis laborauit.</i>	<i>30.a</i>
<i>Christi laudem etiam Papistæ ferunt.</i>	<i>60.b</i>
<i>Christus cur duodecim apostolos elegerit.</i>	<i>132.a</i>
<i>Christus etiam nobis typus uiuendi.</i>	<i>49.a</i>
<i>Christus autor omnis sanctimonie.</i>	<i>38.a</i>
<i>Christi diuinitas.</i>	<i>105.b</i>
<i>Chrysostomi sententia reiijcitur, qua astruit Mariam suis ſe in ædibus coniugis.</i>	<i>12.b</i>
<i>Chrysostomi locus in homilijs de iuramento declaratur.</i>	
<i>Cœna domini quare instituta.</i>	<i>183.b</i>
	<i>(75.a)</i>
<i>Cœna dominice usus uarius apud patres.</i>	<i>209.b</i>
<i>Cibus dei est populus dei.</i>	<i>222.a</i>
<i>Cinis in quadragesima.</i>	<i>160.a</i>
<i>Cinis uitulæ rufæ.</i>	<i>161.b</i>

I N D E X.

<i>Coniugiorum initiationes.</i>	123. <i>a</i>
<i>Coniugia sine consensu parentum nulla sunt.</i>	11. <i>a</i>
<i>Coniugij honestas.</i>	12. <i>a</i>
<i>Consilijs dei nemo obstrepet.</i>	41. <i>b</i>
<i>Consolationes querendae que perpetuo durant.</i>	156. <i>a</i>
<i>Consolationes stultæ.</i>	154. <i>a</i>
<i>Cocionatores uoces sunt clamantes.</i>	33. <i>a</i>
<i>Concionatores quomodo scopum obseruare in prædicando Christo debeant.</i>	51. <i>b</i> (50. <i>a</i>)
<i>Concionator Christi alterius ministeriū nō obscurabit.</i>	
<i>Concionatoris officium nihil quam labor.</i>	54. <i>a</i>
<i>Concionatorum consolatio.</i>	54. <i>a</i>
<i>Corde duplices uerè immundi sunt.</i>	59. <i>b</i>
<i>Cordis purificationem amat deus.</i>	103. <i>b</i>
<i>Corpus Christi an ubiq; sit.</i>	109. <i>a</i>
<i>Corpus Christi spirituale est populus dei:</i>	222. <i>a</i>
<i>Crux quam dominus imponit ferenda.</i>	113. <i>b</i>
<i>Cupiditates animi eruendæ.</i>	71. <i>a</i>
<i>Cupiditatum fons obturandus.</i>	68. <i>a</i>

D

<i>D</i> andum quando & cui.	77. <i>b</i> .78. <i>a</i>
<i>David tribus obscurata.</i>	6. <i>a</i>
<i>David typus est Christi.</i>	19. <i>b</i>
<i>Deo quomodo adhærendum.</i>	255. <i>a</i>
<i>Deprehendere in deteriorem partem sonat.</i>	12. <i>b</i>
<i>Deus quibus in somnis loquatur.</i>	25. <i>a</i>
<i>Dæmonia ejicit etiam Apollo.</i>	170. <i>a</i>
<i>Discipuli</i>	

I N D E X.

Discipuli Christi qui.	57.b
Divinitas Christi.	125.b
Divinitas Christi ex miraculis claret.	52.b
Divinitæ æternæ insequendæ.	146.b
Divinitæ gibbo camelii comparantur.	146.b
Divinitæ quomodo colligendæ.	91.a
Divitium pœna.	154.a
Doceat nemo temere.	131.b. et 49.a
Docendi opportunitas perpetuò querenda.	56.a
Doctrina falsa.	175.a
Doctrinæ pars est uita bona.	174.a
Doctrinæ mysticæ non omnibus inuulgandæ.	97.b
Dona spiritus non sunt uendenda.	133.b
Dona dei uaria.	20.b
Donec, quam in scripturis uim habeat.	16.b
Dormire qui securè possint.	115.b
Dyonisius an fuerit Pauli discipulus.	209.b

E

Ebionitæ quid sentiant de uirginitate Mariæ.	16.a
Ebionitæ Matthæi Euangelium solum recipiunt.	3.b
Ecclesia nata ex uerbo domini.	198.b
Ecclesia Christi tam ex gentibus quam ex Iudeis collecta est.	110.a
Ecclesiæ cura habenda.	166.a et b
Electio episcopi totius est ecclesiæ.	149.b
Electio episcopi uera.	149.a
Eleemosyna tam de facultatibus, quam de donis inter-	

B

INDEX.

<i>Nis nobis concessis dicitur.</i>	<i>80.b</i>
<i>Eleusinia sacra obscœna.</i>	<i>98.4</i>
<i>Episcopi opus prædicare ierbum dei.</i>	<i>174.4</i>
<i>Episcopi duo an possint in una ciuitate esse.</i>	<i>149.4</i>
<i>Episcopo uox digna.</i>	<i>151.4</i>
<i>Episcoporum papistrum studium.</i>	<i>150.b</i>
<i>Episcopi munere qui digni.</i>	<i>149.b</i>
<i>Episcopi ab omnibus non auellentur.</i>	<i>135.4</i>
<i>Euangelistæ quid præcipue describant.</i>	<i>1.b. et 2.4</i>
<i>Euangelium quid sit propriè.</i>	<i>2.4</i>
<i>Euangelium neminem ad deteriora uocat.</i>	<i>191.4</i>
<i>Euangelistæ quatuor.</i>	<i>2.b</i>
<i>Ezechias rex Esaiæ discipulus.</i>	<i>8.b</i>
F	
<i>Felix primus Papa altaria et templa mandauit cons</i> <i>secrare.</i>	<i>209.b</i>
<i>Ficuum duo corbes.</i>	<i>153.b</i>
<i>Fidei diuersitas quid mali importet.</i>	<i>138.4</i>
<i>Fidei confessio Ioannis Oecolampadij.</i>	<i>191.b</i>
<i>Fidei mentio semper habenda.</i>	<i>165.b</i>
<i>Fidei tribuit scriptura quod est gratiæ.</i>	<i>128.4</i>
<i>Fidei paruitas et magniudo.</i>	<i>116.4</i>
<i>Fidem requirit dominus semper.</i>	<i>120.4</i>
<i>Fides aliena prodest.</i>	<i>119.b</i>
<i>Fides nostra sit certa.</i>	<i>105.d</i>
<i>Fornicatio simplex prohibita.</i>	<i>71.b</i>
<i>Fraternitas Christo grata.</i>	<i>53.d</i>
	<i>Fratres</i>

I N D E X.

Fratres curandi.	186.b
Eraires affliti quomodo fouendi.	61.a
Eratris nomen apud Hebræos.	67.b
Fructus spiritus fides & charitas.	102.d
Fugiendum quando sit.	138.b

G

G Alilea.	29.d
Gaudium Christianorum.	24.a
Geenna nomen.	140.a. & 69.a
Genealogia cur non deducatur ad Mariam uirginem.	
Gladius separationis.	142.a (9.a)
Gratiæ diuinæ qui participes sint.	32.a (210.a)
Gregorius magnus lumina ad Missam & alia instituit.	

H

Hebdomadæ Danielis.	17.b
Heluidianorum error de Maria uirgine.	16.a
Hæreticorum omnium lapsus.	11.a
Herodes proprios filios necauit.	28.a
Herodes domuī David insidiatus est.	5.a
Herodiani hæretici.	18.a
Herodis truculentia.	25.a
Herodis nomen heroicam dignitatem significat.	20.b
Herodis mors crudelis.	28.a
Homines uarij.	171.b. & 172.a
Humilitas Christi.	55.b
Hypocrita qui.	97.b

INDEX.

	I
Iacob uarijs modis Christum præuidit.	6.b
Idola sunt demolienda.	227.a
Idola colentes quæ pœna sequatur.	232.b
Idolorum destructores deus probat.	232.a
Iehosua typum gesſit Christi.	14.a
Iehosua quid significet.	14.a
Ieiunium uerum.	89.b
Ieiunium quare institutum.	160.a
Ieiunium, carnis est opus.	80.b
Iesus cur dicatur.	10.a
Ignis quo cruciandi sunt impij inextinguibilis est.	39.b
Ignorantia dei quale malum.	169.a
Immisericordes qui propriè.	59.a
Immunditia quæ deum offendit.	107.a
Impiorum furoris ſæpe cedendum.	176.a
Impiorum uoce aliquando uititur deus ad admonendū probos.	66.a
Inimicis non semper beneficiendum.	78.b. & 79.a
Insomnia non semper uana.	13.a
Ioannis Baptiste humilitas.	38.b
Ioannis officium.	32.a
Ioannis Oecolampadij electio in pastorem.	151.a
Ioram occidit fratres suos.	8.a
Iosaphat obfuit malorum societas.	8.a
Iosaphat idolorum destructor.	7.b
Iosephilaus.	11.a
Ioseph	

I N D E X.

<i>Joseph suo artificio se aluit.</i>	29.b
<i>Ira dei qualis pijs.</i>	177.a
<i>Ira domini sœuiente quid pijs interim agendum.</i>	183.a
<i>Ira parentum utilis.</i>	68.b
<i>Irasci possumus citra ulciscendi uim.</i>	67.b
<i>Iræ genus triplex.</i>	68.a
<i>Iræ dei indicia.</i>	177.b
<i>Iræ radices non permittendæ.</i>	70.a
<i>Iram dei quatuor plagæ præcedunt.</i>	179.a
<i>Iram dei duplœm proponit scriptura.</i>	178.a
<i>Isaac typus Christi.</i>	6.b
<i>Iudæa propriæ.</i>	29.a
<i>Iudæi inexcusabiles sunt.</i>	132.b
<i>Iudæi somniarunt perpetuò regnum externum.</i>	113.a
<i>Iudæi populus superstitionisissimus.</i>	15.a
<i>Iudæi quare Christum non recipiant.</i>	15.b
<i>Iudæi duas grauiſſimas persecutions pertulerūt.</i>	24.b
<i>Iudæi arboribus comparantur.</i>	37.a
<i>Iudæorum miseria.</i>	110.a
<i>Iudæorum uanæ gloriations.</i>	36.b
<i>Iudæorum perpetuae immersions.</i>	42.a
<i>Judicare alios qui debeant.</i>	96.b
<i>Judicij diuini mensura.</i>	96.b
<i>Iulianus apostata taxatur.</i>	5.b. et 26.a
<i>Iulianus Matthæo imperitiam historiarū ascribit.</i>	9.b
<i>Juramenta quotidiana.</i>	75.4
<i>Juramentis multis non opus habent ueraces.</i>	73.a

I N D E X.

<i>Iuramentum externum quos non offendat.</i>	65. <i>a</i>
<i>Iuramentum per se non est malum.</i>	73. <i>b</i>
<i>Iuramentum quasdam conditiones habet.</i>	73. <i>b</i>
<i>Iuramenta quare sint inuenta.</i>	73. <i>b</i>
<i>Iustitia monastica.</i>	103. <i>b</i>

L

<i>Legis ceremoniae abrogatae sunt.</i>	65. <i>a</i>
<i>Legis consummatio Christus.</i>	2. <i>b</i>
<i>Legis factores amat deus.</i>	65. <i>b</i>
<i>Legem quomodo impleamus.</i>	3. <i>a</i>
<i>Lepræ variæ species.</i>	108. <i>a</i>
<i>Lepræ morbus.</i>	106. <i>b</i>
<i>Leuitarum propriè relinquere parentes,</i>	54. <i>b</i>
<i>Lex dei in templis prælegenda.</i>	55. <i>a</i>
<i>Liberi à peccatis qui sunt.</i>	14. <i>b</i>
<i>Libertas uera.</i>	14. <i>b</i>
<i>Literæ cortex non solum inspiciendus.</i>	53. <i>a</i>
<i>Locustæ Aethiopicæ.</i>	34. <i>a</i>
<i>Lucas & Matthæus concordantur.</i>	9. <i>a</i>
<i>Lugentes qui deo placeant.</i>	57. <i>b</i>
<i>Lupi typum scribarum & Phariseorum gerunt.</i>	136. <i>a</i>
<i>Lupi qui.</i>	150. <i>a</i>
<i>Luporum est seuire.</i>	101. <i>a</i>
<i>Lux mundi apostoli.</i>	63. <i>a</i>

M

<i>Magi gentium fuere typus.</i>	18. <i>a</i>
<i>Magi à quo loco uenerint incertum est.</i>	23. <i>a</i>
<i>Magi</i>	

INDEX.

- Magi quod tempus attigerint. 23.a
 Magi an reges fuerint. 18.a. C 21.a
 Magi ab Abraham descenderunt. 23.a
 Magi apostoli apud suos. 23.a
 Malachiæ locus cap. i. In omni loco sacrificatur &c.
 declaratur. 221.a & b
 Malo non obserendum. 76.a & b
 Mammon deus. 48.b
 Manasse propter pœnitentiâ restitutus in regnum. 8.b
 Manichæi hostes legis & prophetarum. 3.a
 Manichæi duas naturas diuersas in Christo posuere.
 Mansuetudo deo placens. 66.b (102.b)
 Marcus abbreviator Matthæi. 3.b
 Marcionite Lucæ Euangeliū amplectuntur solum. 3.b
 Marcionitæ legem ueterem contemnunt. 65.a
 Mare symbolum huius mundi est. 53.a
 Mariæ innocentia apud omnes. 12.b
 Matthæi Euangeliū divisio. 3.b
 Matthæus hebraico sermone scripsit. 3.b
 Maxillam obuertere alteram. 76.b
 Melchisædec figura Christi. 220.a
 Mendacium à diabolo. 35.b
 Merces dabitur nobis. 61.a
 Miracula dei quando eueniunt. 21.b
 Miracula præstigiatorum qualia. 106.b
 Miracula Christi profuerunt. 106.b
 Miracula dei qui utiliter audiant. 169.a

I N D E X.

<i>Missa omnia potuit efficere.</i>	215. <i>d</i>
<i>Missa aureæ.</i>	170. <i>d</i>
<i>Missa a Iacobus instituerit.</i>	209. <i>d</i>
<i>Missa papistica nihil commune habet cum cœna domini nica.</i>	199. <i>d</i>
<i>Misericordia cur maximè à deo laudetur.</i>	59. <i>d</i>
<i>Misericordiæ dei varijs modis prophetæ deliniarunt.</i> 1. <i>a</i>	
<i>Mites qui propriè.</i>	58. <i>a</i>
<i>Monachi taxantur.</i>	106. <i>a</i>
<i>Monasteria quare olim instituta.</i>	164. <i>a</i>
<i>Monasteriorum scelera.</i>	182. <i>a</i>
<i>Monialium officia.</i>	194. <i>b</i>
<i>Morbi ex peccatis profluunt.</i>	119. <i>a</i>
<i>Mortui uerè qui.</i>	114. <i>b</i>
<i>Mortuorum funera Iudei summa diligentia curarunt.</i>	
<i>Moses ueluti paedagogus elementarius.</i> 1. <i>b</i>	(126. <i>b</i>)
<i>Moses Christum promissum describit.</i>	1. <i>a</i>
<i>Munditiam cordium deus petit.</i>	71. <i>b</i>
<i>Mundo renunciandum.</i>	42. <i>a</i>
<i>Mundus quare adeò turbulentus.</i>	60. <i>b</i>
<i>Mulieres uiros à cultu dei auertunt.</i>	145. <i>b</i>
<i>Munera dare per se non malum.</i>	22. <i>b</i>
<i>Munera qualia deo offerenda.</i>	69. <i>a</i>

N

<i>Nâthan tribus, insita tribui Solomonis.</i>	8. <i>a</i>
<i>Nauis operta fluctibus quomodo intelligatur.</i>	115. <i>a</i>
<i>Nazaræus quare Christus vocetur.</i> 27. <i>b</i> , & 29. <i>b</i>	
	<i>Nazareth</i>

I N D E X.

Nazareth ciuitas.	50.b
Neri interpretatur.	9.4
Nominis æternitatem qui studeant habere.	81.b
Nomen patris.	85.b
Nomen dei sanctificare.	86.b
Nomen domini qui non magnifaciant.	85.a
Nouatianorum error.	88.4
Nozrim à Iudeis qui uocentur.	30.a
Numerus duodenarius.	52.4
Numerus septenarius.	9.4. et 10.4

O

Obedientia Ioseph.	25.b. et 16.a
Oblationes uerorum sacerdotum.	222.b
Ochozias in spiritum sanctum peccauit.	10.a
Ochozias occidit Zachariam prophetam.	8.a
Oculus quomodo eruendus.	71.a et b
Odium et auaritia quos excæcent.	172.b
Offerre accipitur pro cōmemorare et recordari.	211.a
Offerre medio quodā papistæ Christum uolunt.	211.b
Opera bona tria complectuntur.	80.b
Opera Christi sunt perfecta.	111.b
Opera sine charitate inutilia.	204.b
Opera uerè bona.	161.b
Opera que deus iusfit sunt facienda.	64.a
Opera ex fide interna.	36.a
Operibus bonis semper aderūt mali interpretes.	129.a
Orandum ante doctrinam.	56.b

I N D E X.

Orandi gratia Christus solitudinem adiit.	53. <i>a</i>
Orandi modus.	83. <i>d</i>
Orationem p̄ij in quotidiano uſu habeant.	89. <i>a</i>
Orationem nostram quare deus uelit.	84. <i>b</i>
Orationes quorum exaudibiles.	89. <i>a</i> & <i>b</i>
Oratio uera mente fit.	85. <i>a</i>
Orationem quidam contemnunt.	88. <i>b</i>
Orationis nomine quæ comprehendantur.	81. <i>a</i>
Orationes mutuae domino placent.	111. <i>a</i>
Orationem externam Platonici quidam nihil fecerūt.	
Ordinem in omnibus seruat deus.	32. <i>a</i> (84. <i>a</i>)
Orientalium thesauri.	22. <i>b</i>
Ostentationis uitium fugiendum.	81. <i>a</i>
Ouium Christi est innocenter uiuere.	101. <i>a</i>
Ozias lepra percussus.	8. <i>a</i>

P

Pacis uocabulum apud Hebreos.	75. <i>b</i>
Pacifici qui.	59. <i>b</i>
Panis uitæ est Christus.	87. <i>b</i>
Panis etiam significat uerbum dei.	222. <i>a</i>
Panis nomine, quod uis genus beneficij intelligitur.	
Paleis impij comparantur.	39. <i>a</i> (167. <i>b</i>)
Paralyticus humani generis typus est.	119. <i>b</i>
Parentum ius in liberos.	11. <i>a</i>
Pascit nos mens dei.	46. <i>b</i>
Pastores quasi anima corpori.	190. <i>b</i>
Pauli libertas in docendo.	137. <i>a</i>
	Pauli

I N D E X.

- Pauli locus 1. Corinth. 9. Qui ministrat altari &c. declaratur. 205.b
 Paulus quare scripta sua Euangelium uocet. 2.a
 Paupertas uera abnegare seipsum. 57.a
 Pauperes spiritu qui. 57.a
 Pax operibus declaratur. 59.b
 Peccatorum consortium quos non contaminet. 121.b
 Peccare impunè. 178.b (C 122.a)
 Pœni enie tres partes scholastici colligunt. 32.b
 Pœnitenzia uera. 32.b
 Pœnitenzie fructus. 36.a
 Persecutiones nunquam deerunt pijs. 26.a
 Persecutio propter iustitiam. 60.a
 Perturbatio animi omnibus nobis inest. 68.a
 Preces nostræ quando sint deo gratæ. 69.b
 Petrus uxorem habuit. 111.a
 Petrus quasi os & uertex aliorum discipulorum. 132.a
 Piscis typum hominum gerunt. 53.d
 Primogenitus qui propriè dicatur. 16.b
 Prophetarum uestes non superstitione. 34.a
 Prophetia quid. 103.b
 Prophœtie genus per insomnia quedam uidere. 13.a
 Prophetæ falsi quomodo agnoscendi. 100.b
 Proximi qui. 78.b
 Publicani qui. 121.a
 Puluerem excutere. 135.a
 Pselli liber de dæmonibus. 170.a

I N D E X.

Pueri Christianorum sunt sancti.	271. ^a
Purgatorij inuentio.	221. ^a
Pusilli pro contemptissimis.	143. ^a
Pythagoras noluit iurare.	75. ^a
Pythagorici agnouerunt deum in spiritu adorandum.	
R	(84. ^a)
R Haec vox indignantis.	68. ^a
R hamalocus.	27. ^a
Regnare deum qui nolunt.	271. ^a
Regnum dei absq; cruce non prædicatur.	142. ^a
Regnum Christi ubi.	87. ^a
Regnum Iudeorum in tres partes diuisum.	29. ^a
Regum uirtus summa mansuetudo.	58. ^a
Religio nulla absq; certis symbolis cōsistere potest.	31. ^a
Religio uera in externis non offenditur.	22. ^a
Resipiscere quid proprie.	51. ^a
Resurrectionis Christi utilitas.	159. ^a
S	(232. ^a)
Sacerdotes regibus in diuinis rebus obedire debent.	
Sacerdotes uagi quomodo in ordinem redigendi.	193. ^a
Sacerdotes ociosi taxantur.	182. ^a
Sacerdotum est curare morbos.	107. ^a
Sacerdotum uera officia.	219. ^a
Sacerdotum superbia in offerendo Christo.	212. ^b
Sacerdotium Iudeorum iam nihil prodest.	210. ^a
Sacerdotum non est lugere mortuos.	114. ^a
Sacramenta ministrantibus & accipientibus quedam communia	

I N D E X.

<i>communia sunt.</i>	200. <i>a</i>
<i>Sacrificium Christiani populi.</i>	24. <i>a</i>
<i>Sacrificium præcipuum.</i>	157. <i>a</i>
<i>Sacrificium pro nobis Christus.</i>	112. <i>a</i>
<i>Sal pro concionatore accipitur.</i>	62. <i>b</i>
<i>Salis due conditiones magis insignes.</i>	62. <i>a</i>
<i>Sanctorum intercessio nulla.</i>	167. <i>a</i>
<i>Satan ignorat mysterium crucis.</i>	117. <i>a</i>
<i>Satan scit diem iudicij.</i>	117. <i>a</i>
<i>Satan qua parte agrediatur hominem.</i>	164. <i>b</i>
<i>Satan quos potissimum expugnare conetur.</i>	25. <i>b</i>
<i>Satan etiam pacem petit.</i>	117. <i>a</i>
<i>Satan in quos potestatem habeat.</i>	118. <i>a</i>
<i>Satan scripturas citat.</i>	47. <i>b</i>
<i>Satanæ variæ artes.</i>	136. <i>b</i>
<i>Satanæ conatus.</i>	46. <i>a</i>
<i>Satanæ mos humanum genus circumuenire.</i>	45. <i>b</i>
<i>Satanæ mille artes sunt.</i>	46. <i>b</i>
<i>Satanæ potestas.</i>	118. <i>a</i>
<i>Satisfecit Christus pro nobis in cruce.</i>	212. <i>b</i>
<i>Scriptura sacra aliter tractanda quam prophana.</i>	9. <i>b</i>
<i>Scriptura sacra uerus doctor.</i>	23. <i>b</i>
<i>Scripturæ conferendæ sunt.</i>	48. <i>a</i>
<i>Scripturæ consulendæ in rebus difficilibus.</i>	19. <i>b</i>
<i>Scripturæ loca inter se confrenda.</i>	74. <i>a</i>
<i>Securis iudicium dei significat.</i>	37. <i>a</i>
<i>Sepelire aliquem humanitatis officium est.</i>	114. <i>a</i>

I N D E X.

<i>Serui hominum quales.</i>	112. b
<i>Signa dei qualia sint.</i>	15. b.
<i>Sixtus papa altaria instituit.</i>	209. b.
<i>Sixtus primus corporalia ordinavit.</i>	209. b.
<i>Solomone nihil sapientius.</i>	7. b.
<i>Sommus sanctificatus à Christo.</i>	115. b.
<i>Spiritus dei ducit solum ad sancta.</i>	39. a.
<i>Spiritus sanctus in specie columbae.</i>	43. a.
<i>Spiritum sanctum descendere super aliquem.</i>	43. a.
<i>Spiritus sancti uaria nomina.</i>	152. a. & b.
<i>Spiritus sanctus est aqua uiua</i>	58. b.
<i>Spiritus sanctus ignis dicitur.</i>	38. b.
<i>Stella quæ Magis apparuit qualis.</i>	19. a. & 21. a.
<i>Stultus nomen.</i>	68. b.
<i>Superbi nullam misericordiam habent.</i>	59. a.
<i>Synodi uiliter à patribus institutæ.</i>	190. a.
<i>Syria terra est lata.</i>	55. b.

T

<i>T Hamar mulieris laus.</i>	6. b.
<i>Tenebre pro magnis tribulationibus.</i>	50. b.
<i>Tentationes & consolationes simul adsunt pijs.</i>	49. a.
<i>Tentamus uarijs modis à satana.</i>	44. b.
<i>Tentationum tria genera.</i>	164. b. & 105. a.
<i>Tentare dominum deum quid.</i>	48. a.
<i>Tentandus non est deus.</i>	94. a.
<i>Terra bona est cor hominis.</i>	147. a.
<i>Testamenti noui & ueteris idem spiritus.</i>	1. a.
	Timenies

I N D E X.

Timentes dominum nunquam derelinquentur.	25.a
Tophet locus.	68.b
Triticō comparatur sapientia cœlestis.	58.b
Tyrannorum ingenia.	26.b

V

Valentiniani Ioan. Euangeliū solum assumunt.	3.b
Valentiniani carnem Christi dicunt fuisse cœlestē.	5.b
Verbi externi contemptores taxantur.	3.a
Verbum dei quibus utiliter prædicetur.	145.b (58.b)
Veritatē fastidiosē audiens, indignus ulla consolatione.	
Veritatis contemptores grauiter increpandi.	35.a
Veritas ubi prædicanda.	34.b
Veritas non ab homine probanda est.	100.b
Veritas semper hostes habuit.	142.a
Via salutis precibus uacare.	153.a
Viam salutis pauci querunt,	100.a
Viam domino parare.	33.a
Vinum nouum.	124.b
Viperarum natura.	35.
Vita christiana qualis esse debeat.	63.b
Vita nostra qualis sit.	44.b
Vita hominis mera tentatio.	16.a
Vitæ seueritas doctrinæ autoritatem conciliat.	34.a
Vestis uetus.	124.a
Vocationis tempus expectandum.	44.a
Vrbanus Papa calices aureos permisit.	209.b
Vulpium natura.	113.b

I N D E X.

Z

- Zacharias ob correptionem occiditur. 8.b
Zion spiritualis. 192.b
Zorobabel nulli duces clari subsecuti sunt. 6.4

F I N I S I N D I C I S.

DR IO OECOLAM
PADII IN MATTHAEI EVAN
GELION ENARRATIO.



VONIAM & veteris & no-
ui instrumeti scriptura uno eo-
demq; spiritu condita est : dicit
enim Paulus: Habentes eundem
spiritu fidei, sicut scripti est: Cre-
didi propter quod locutus sum,
& nos credimus, propter quod & loquimur. Proinde
inutriusq; enarratione, eundem ad unum scopum diri-
gentem rectissime sequimur. Ineffabile dei erga genus
humanum misericordiam uarijs modis Moses & pro-
phetæ deliniant: eandem non minus, sed multo amplius
prædicant apostoli. Agit autem hoc ubique spiritus,
ut eò nos ducamur, quó abba & patrem nos habere
in cordibus agnoscamus, illumq; inuocemus, ac glorifi-
cemus: quod tamen nobis non contingit nisi per Chri-
stum. Iam eundem Moses & prophetæ pronunciant
ut promissum: Apostoli & Euangelistæ ut exhibitu-
felicius in totū mundū inuulgarunt. Christus enim bo-
trus uitis est, gestatus ab exploratoribus, uni à tergo,
alteri ob oculos. Et Christū gloriose ingressum in Hie-
rusalem turbæ præcedentes ac sequentes glorificabant,
dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini, ho-
sianna in altissimis, Matthæi cap. 21. Christo glorifi-
cato in mōte Thabor astabant Heliæ & Mose, ibi etiā

IO. OECOLAMPADII IN

suā tabernacula extruere optabant Apostoli. Vtrobisq;
igitur benignitas dei & Christus proponuntur, tametsi
aliquo cum discrimine. Narrauit nobis Moſe quanto
consilio, quanta dignitate, quantis priuilegijs: diuina
bonitas hominē principio crearit, & cum ille peccasset
ingratusq; à felicitate excidisset, ut paterna cum uirg^a
emendauit, promissionibusq; uenturæ per Christum sa
lutis ac redēptionis consolatus sit: & posterit atem
quoq; Adam uarijs modis, nunc angelorum, nunc p^a
triarcharum, nunc prophetarum, nunc scribarum ac
sacerdotum ministerio erudire dignatus est, ut Paulus
Heb. 1 ait: Multifariam multisq; modis olim deus locutus est.
Narrant autem Euangelistæ, quomodo nunc per fili
um deus locutus sit, & quomodo lapsum illum primum
hominē, per secundū Adam, cœlestem illum, ac filiū
sū, nostro maximo cum prouētu, misericordia multo
præstantiore instaurarit, & in maiorem gloriam repa
rari. Et ille quidem tecliora ac obscuriora olim dixit,
ij uero multo manifestiora, magisq; dilucida pandunt
oracula. Nec mirum: Moſes rudes ac tantum pueros
instituebat, & ueluti pædagogus elementarius, uarios
ceremoniarū ritus prescribebat. Sic paulatim & per
legem, eius claritatē intueri nondum uidentes, ad Chri
stum ducere meditabatur. Iam Euangelistæ adultis ac
uiris cibum solidum proferunt, mysteria seculis abscon
dita aperiunt, admiranda arcana reuelant, & excellen
tem doctrinam agnitionis Christi cōmonstrant. Hanc
partim

Partim historijs, partim admonitionibus & exhortationis scriptis manifestarunt: unde euangelia, epistolasque eorum habemus. In epistolis enim Apostolorum etiam euangelium prædicatur ac docetur: & uocat Paulus scripta sua euangelium: & sunt præiosi pedes euangelisantium pacem. Nam & ibi nuncium hoc, quo nihil felicius cogitari posse, annunciat, nempe uenisse nobis Messiam tot seculis, summo cum desiderio a patribus expectatum, totiesque prophetis promissum: uenisse filium dei altissimi coelestis philosophiae magistrum, pacis principem, nostri cum deo conciliatorem, ruinorum instauratorem, diaboli dominatorem, mundi uictorem, inferni expugnatorem & mortis: innocentiae pristinæ reparatorem, immortalitatis ac eternæ beatitudinis auctorem: uenisse fratre nostrum in terris, eundemque aduocatum & seruatorem in cœlis. Hoc est euangelium quemadmodum Eusebius de præparatione euagelica, capite primo fusissime explicat, quod non cæcas caducasque huius seculi diuicias, nec breuem calamitosamque hanc uitam, nec instabilita corporis commoda, sed animalium quæ intellec[t]uales substantiae sunt, à quibus & corporis bona quasi umbra dependent, summam propriamque nobis affert felicitatem. Verum scriptores nostri historici κατὰ τὸν οὐρανὸν σὺν αὐτῷ εἰδοῦσι dicitur, illorumque historiæ Euangelia, quasi euangelia euangeliorum dicuntur. Quid enim prohibet sic dicere, quum & Solomō uocet suū opusculū, spiritu præui-

IO. OECOLAMPADII IN

dens futura, Cantica canticorum? Christus enim ubiq;
loquitur ore suo. Texuntur ordine, opera, miracula,
doctrinæ, parabolæ, peregrinationes, mors atq; resurre
ctio, quæ nusquam alibi tanta copia tractantur. Redde
igitur præ alijs & ipsi & historiæ augustius nomen for
tiuitur. Audio plerosque magna cum ostentatione apud
indoctam plebem iactare, non esse duntaxat quatuor
Euangelistas, esse & Paulū & Petru ac alios euangeli
stas, quia euangeliū Christi annunciarūt: quod nescio
an plus ædificationis uel offendiculi pariat. Certe euan
gelistæ merētur aū τον ομηρων sic appellari: meren
tūr etiam historiæ secundū illos præ alijs id uocabuli.

Nec moror eos qui hoc afferūt multa de legis, euangelijsq;
discrimine, quæ alio loco dicenda commodius,
quasi aduersetur euangeliū legi, & euangeliū libe
ret nos, ne iuxta legem dei uiuendum sit. De ceremoniis
ac iudicijs nunc non est mentio. Illos non curemus.
Titulus enim euangelijsq; definitio, non tam legis abro
gationem, quam per fidem, quæ in Christo ex charita
te operatur, legis cōsummationem in se complectitur.
Testatur enim ille se non uenisse ad soluendam legem,
sed ad implendam, adeoq; subscribit: & quod olim in
lege exegit, adhuc exigit, dicens, Redde quod debes.
Imò propterea passus est, ac mortuus, non ut peccata
peccatis addamus, sed ut moriamur peccato, & uiua
mus nouam uitam in iustitia & sanctitate. Non facio
propterea crudelēm legislatorem Christum, & alterū
Mosen,

Mosen, immo est legislator iuxta Iacobum, & alter Mo-
se, ut est Deuteronomij 18. qui nouam legem dat in cor-
dibus, ut uelimus & possumus maxima ex parte quod
præcipit, idque per spiritum sanctum, sine quo ne iota qui-
dem legis minimum fuit impletum. Lex sancta erat, iu-
sta ac bona. Nostræ autem infirmitatis erat, que bono
pharmaco deterior fiebat. Nunc nostra in Christo glo-
ria, quod arrident que illa prescribit. Proinde Mose
Christo contrarius non erit, sed ancillabitur. Hoc ma-
gis moneo, quod scio intempestiuis antithesibus mirum
in modum ludere, scilicet miseros quosdam, presertim
Catabaptistas, factos Manichæos & Marcionitas, hoc
est, legis & prophetarum hostes. Quosdam deinde eò
excidisse, ut non attendentes ordinatione dei, qui apo-
stolos, euangelistas & prædicatores, absq; externo uer-
bo deosculantes esse uoluerunt, librosq; cum pro-
phanos tum sacros sententias omnes semouendos censue-
runt. Quam stultitia deus satis redarguit, excitatis apo-
stolis ipsis ad scribendum, qui corpore absentes, scriptis
nobis ad sunt immortales, et que olim docebant, eadem
et nunc docent. Porrò nos grati labore eorum ne re-
spuamus, & quod illi quoque cum labore seminarunt,
cum gaudio metemus.

Matthæus noster ex telone in Apostolum, & ad
hoc opus se delectum esse clare ostendit, neque se humano
spiritu ad scribendum prosiliisse. Neque enim auari telo-
nes diuitiarum contemptum docent, neque idiotæ quique

IO. OE COLAMPAD II IN

ita sublimia tradunt. Vnus omnium hebraico idiomate scripsit. Exemplar sibi ex Cæsaricensi bibliotheca concreditum gloriatur Hieronymus. Quis in græcum uerterit incertum est. Veteres olim, ut Irenæus, Augustinus, & alij, sumpta occasione ex Ezechiele & Apocalypsi, quatuor Euangelistis, quatuor formas affinxerunt, nēpe Matthæo hominis, Marco leonis, Lucæ bovis, Ioanni aquilæ effigiæ. Rectius singulis iuxta Ezechielem quaternos uultus. Nam si penitus introspiciantur, omnes Christi humanitatē & diuinitatem, resurrectionisq; robur & sacerdotium describunt, etiam si initia uario modo incepta sint. Pauperes Ebionitæ, qui purum & Λιλὸν hominē Christum esse dicunt, Matthei solius euangelium recipiunt: sed audietis quod ex ipso passim confutari poterunt: sicut nec Valentiniianis euangelium Ioannis, nec Marcionitis Lucas patrocina tur, nec alijs Marcus. De hoc uide Irenæum libro tertio capite undecimo.

Euangelium Matthæi diuidimus, iuxta initium, progressum, & exitū Christi. Usq; ad caput quintum agit de genealogia, pueritiaq; & baptismo, & initio Christi. A quinto cap. usq; ad uigesimum sextū docet prædicationem, miracula, peregrinationemq; Christi. Deinceps usq; ad finem, passionem ac resurrectionem docet. Initium ponit nō solum prædicationis, ut abbreviator eius Marcus, quando baptisatus declaratus est esse filius dei, sed etiam infantiae eius. Vnde ut ueritatem

humanæ

humanæ incarnationis probabilius afferat, genealogia
ponit, deducens eam ab Abraham & Davide, quorum
filium esse dicit Christum. Textus enim sic habet:

EVANGELIVM SECVN-
DVM MATTHAEVUM.

CAPVT I.

 Liber generationis Iesu Christi,
filij Dauid, filij Abrahā, Abra-
ham genuit Isaac. Isaac autem
genuit Jacob. Jacob autē genuit
Iudam & fratres eius. Iudas autē genuit
Phares & Zaram & Thamar. Phares au-
tem genuit Esrom. Esrom autem genuit
Aram. Aram autē genuit Aminadab.
Aminadab autē genuit Naason. Naason
autē genuit Salmon. Salmon autē genuit
Booz & Rhachab. Booz autem genuit
Obed & Ruth. Obed autē genuit Iesse.
Iesse autem genuit Dauid regem.

Marcus aliud initium habet, dicens: Initium sancti
Euangelij filij dei. Noster autem maluit istis uerbis uti,
& contentus est dicere, Liber generationis Iesu Chris-
ti. Inuenimus etiam Christum esse eundem, quem no-
bis Marcus annūciat esse unctum, & hoc modo ut con-
ueniant ei que promissa sunt: sed necessarium erat an-
te omnia, ut quia satis per prophetas Christus promis-

Cap. I IO. OECOLAMPADII IN

sus erat, iam uenisse cognoscere tur. Non poterat autem certius quam narrata serie genealogiae, in qua duo potissimum commendantur. Non nominat Isaac uel Isra el, neque alios quosdam principes uiros, ut Zorobabel & Ezechiam, licet postea nominet: de quare copiosus us craftina luce dicam.

LECTIO.

SEcuimus heri Euangeliū Matthæi in tres partes, complectitur enim initium, progressum, & exitum Christi. De initio autem agit, non solum nativitas memor & infantiae, sed etiā prædicationis eius quando baptisatus est (quandoquidem baptismus ipse etiam generatio quædam dicitur) atque tunc Apostolos colligerit. Ante omnia autem genealogiam nobis cōtexit, incipies ab Abrahā: et si multi glorioſi alij principes, reges & patriarchæ in genealogia Christi ſint, ut Ezechias, Iosias, Iacob &c. hos tamen duos præmittit tantum uti glorioſiores ac celebratores Iudeis, tum quod certiores illis factæ ſint promiſſiones. Abrahæ enim dictū

Gen. 22. est, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: quod non poterit de alio, quam diuino illo nempe Christo intelligi: Domini enim est benedictio. Sane alij Iudei gentes multis modis afflixerūt. Bene igitur illud Paulus declarat Galatis: quoniam & Davidi dictum est, De fructu uentris tui ponam super ſedem tuam, & firmabo regnum eius, & ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium 2. Reg. 7, 1 Paral. 22. Psal. 89. & 132. Et licet relatrent

MATTH. ENARRATIO. 5

relatrent insani Iudei, & haec de Solomone dicta ebla-
terent, redarguuntur tamē à prophetis, qui ubiq; Chri-
stum uocant Dauidem. Hoseas dicit: Quærent domi- Cap. 5.
num deum suum, & David regē suum. Ezechiel agno- 73.
scit pastorem Dauid, sicut & alij prophetæ: quoniam
& tempore Christi communis fama erat de filio Da-
uid uenturo: unde cum ingredere tur a sino Hierusalem Matth. 21,
clamabant, Ostanna filio Dauid. Et cæcus ait: Fili Da-
uid miserere mei. Hanc ob causam ita insidiatus est do-
mui Dauid Herodes, & Domitianus quoque, ut autor
est Eusebius libro 3. cap. 32. & inquiri iussit quotquot
superstites erant eius familiæ. Confunduntur igitur Iu-
daeï hodie nolint uelint, quia nullus ex tribu Dauidica
superest. Ab quam miseri, non superstes tribus Dauidi-
ca, & illi adhuc expectant Dauidem Christum?

Abrahā genuit.) Observanda sunt hic nōnulla. Pri-
mum, quod spiritus sanctus non admiratur externam
illam claritudinem generis. Neque ab hominibus Chri-
stus gloriam accipit. Nam & multi in hac genealogia
mali recensentur, imò ipsi per Christum glorioſi facti
sunt: ut nobilissima gemma ferreo annulo inclusa, non
præciosa fit per annulum, sed annulus per gemmam.
Ita Paulus patres Iudeorum glorificat: Quorum pa- Rom. 9,
tres, inquit, ex quibus est Christus secundum carnem,
qui est super omnia secula. Sanè apud deum nō est acce-
ptio personarum. Secundo hinc factum est, quod Evan-
gelista non tam religiose catalogū ponit, sed suum sco-

Cap.i **IO. OECOLAMPADII IN**
pum obseruat, ut indubitatum sit Christum ex Abraham & David processisse, quem & obtinet. Quia enim Ioseph coniux Marie ex Dauidica tribu erat, etiam Mariä ex eadē esse necessarium, iuxta id quod ex Numeris 27. cap. colligitur, ne tribuum hereditas diuidatur, & hic palam indicat: quo sane Valentiniā confunduntur, qui uolunt carnem Christi omnino cœlestem esse. Vbi ergo manent promissiones? ubi semen Euæ conteret serpentis caput? ubi in semine Abraham benedicetur omnes gentes? unde erit filius David? unde erit frater noster? Perit igitur omnis expectatio. Igitur licet non tam accurate percenseantur omnes persone, attamen scopus manet: & propterea non est quod casum inquietur Julianus apostata. Tertio hic licet clare obseruare, quomodo ubiq; scriptura ducat ad Christum, obiter alia commemorans: & ut hæc linea pertingit ad Christum, dilucide ostenditur. Talis autem scripturæ cursus est. Initio enim statim ad Abraham uenit, breuiter narratis his que in duobus ferè millibus annorum acciderunt, in quibus utiq; multa egregia facta fuerunt. Prosperat autem ad Abraham, deinde Hismaëlem & eius genitus negligit, & moratur in Isaac: & iterum negligit Esau familiam, & conuertit se ad Iacob: reliquisq; alijs mundi gentibus, duodecim tribubus legem dat, & eas miraculis seruat: & obiter recensitis Iudicium gestis, ad David festinat. Et uidelicet etiam decem tribus in captiuitate remanere, tribum autem Iuda, cui facta est promissio, &

sio, & ducem Zorobabel ex David redire, ubi & scri-
 pturæ cessant. An non inde confirmabimur in miro dei
 consilio per Christum perficiendo? Vides enim in hoc
 stemmate præcipuos viros scripturæ, ut per generum
 conseruationem ad Christum ducat. Quarto cōsilium
 dei obserua, quod uoluit etiam tribum David obscuras
 ri iuxta prophetam Esaiæ: Exibit uirga de radice Ies Cap. II
 se, & flos de stirpe eius ascendet. Radix & stirps ab-
 iectionem quandam significat. Quamuis autem multum
 periclitata sit hæc tribus, in germine tamè Christo ef-
 florebit, & gloria erit. Hoc enim uolunt **υν** &
υν apud Esaiam, etiam iuxta Hebræos. Et uides
 hic post Zorobabel duces alios non admodum claros,
 nimiriū Iudea supra modum à Persis, Græcis, & Aegy-
 pijs, & Syris ac Romanis afflita. Domui enim Da-
 uid Herodes multum insidiatus fuit, sublati scribis &
 optimatibus Iudaici, & maximè Davidi generis. Vnde
 de etiam hebdomadæ Danielis impleri cœperunt: & il-
 lud quod Iacob prædixit: Non deficit sceptrum de Iu Gen. 49
 da, & scriba non recedet de medio pedum eius, quo usq;
 que ueniat Silo, & ad illum erit congregatio populo-
 rum. Quin & hoc annotandum, quod scribit Eusebius
 libro tertio cap. 32. Domitianum occiso Simone Cle-
 opæ, inquisisse omnes Davidi generis & interemis-
 se, ne quid spei superfit Iudeis. Attamen adhuc illi fru-
 stra Messiam expectant. Vnde ne mireris Mariam Nā-
 zarenam esse, & obscuriores illos postremos: humilia-

Cap.i IO. OE COLAMPADII IN

enim amat deus. Quinto scias ea que in genealogia hic
& apud Lucam uariant, & si quæ desiderantur, myste-
riorum esse abundantiam, non historie imperitiā que-
tam uulgaris erat. Libri enim Paralipomenon & Re-
gum pleraque commonstrare poterant. De mysterijs
alijs postea. Nunc examinemus Abraham. Is gauisit
est se uidere dominum Iesum: & pater multarum gen-
tium dictus est propter fidem, quam in promissionem
sibi à deo factam habuit, quæ erat: In semine tuo bene-
dicentur omnes gentes. Isaac miraculo genitus, etiam
typus Christi propter obedientiā ac lenitatem, pater
næ benedictionis hæres, & reuelationum cōsciens. Iac-
ob Christū uarijs modis præuidit: ipse minor præua-
lens maiori Esau, in signum duorum populorū: in sca-
la ad cœlum pertingente uidit dominum, & luctatore
habuit. Iudæ prophetiam de Christo assignat. Iudæ
das, quia ex eo proditurus Christus, primogeniture
ius præripit tribus fratribus, Ruben Simeoni & Levi
qui patrem exasperarant. Ex Thamar nuru filios acci-
pit gemellos, & posterior prior egreditur eodem sis-
tio. Est & Thamar nobilis, personam gerens scor-
ti, ne benedictione fraudetur, reuera deo credens, &
castitatis studiosissima, patientiæq; exemplar, digna
ex qua stemma Christi propagaretur. Phares cum fi-
lio suo, Esrom comitatus est primum in Aegyptum, ut
est Genesis cap. 46. Aram & Aminadab seruierunt
cum alijs in Aegypto, cum Iudei nulli clari esse per-
mitterentur.

mitterentur. Naason princeps clarus in heremo, in tota tribu, uti Nu. 1. & 2. & nomine tribus, ut princeps obtulit. Nume. 7. Salmon clarus in occupacione terre promissionis. Vnde Rachab fidelis cum domo sua ei obuenit: iterum in typum Christum à gentibus, quae Apostolos suscipiunt, nō abhorrere. Booz & ipse clarus, ut liber Ruth testatur, qui & ipse in typum Moabii idem Ruth uxorem accepit. Obed & Iesse insignes ob filium David. Habes de his Ruth ultimo, & 1. Paralipo. 2. Ibi Ram uocatur, qui hic Aram. Hæc tessera decas patriarcharum.

Dauid autem rex genuit Solomonē, ex ea qua fuerat uxor Vriæ. Solomon autem genuit Roboam. Roboam autē genuit Abia. Abia autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ioathā. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezecliam. Ezeclias autem genuit Manasse. Manasses autē genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in exilio Babylonico. Porro post exilium Babylonicum Iechonias genuit Salathiēl. Salathiel autem genuit

Cap. I IO. OECOLAMPADII IN

Zorobabel. Zorobabel autem genuit
Abiud. Abiud autē genuit Eliacim. Eliā
cim autem genuit Azor. Azor autem
genuit Sadoc. Sadoc autē genuit Achin.
Achin autē genuit Eliud. Eliud autē ge
nuit Eleazar. Eleazar autē genuit Ma
than. Mathā autem genuit Iacob. Iacob
autem genuit Ioseph maritum Mariæ,
ex qua genitus fuit Iesus ille, qui dicitur
Christus.

Sequitur nunc *tessaradecas* Regum. Et Dauidi,^{ut}
primo, iterum data est promissio de Christo, qui uxō
rem Vriæ sibi accepit Batsebea, non sine crimine quis
dem, sed mysteriū dispensatur. Solomō quo nihil fuit
sapientius, templum Hierosolymis extruxit, sed ei non
est data promissio: nam ex Nathan fratre eius nasci
debuit: quia tamen nomen ille generis retinuit, ideo &
hic commemoratur. Roboam rex amittit decem tri
bus apostatrices, retinuit fideles Iuda, & Beniamin,
& in eo mox incipit gloria regia obscurari. Abi
tribus annis regnauit, vir malus, etiam ipse hostis Hie
roboam 3. Reg. 15. Asa vir iustus & perfectus, mul
tas munitiones extruxit, idola demolitus est, Zara
Aethiocē cum decem myriadibus uicit. Sub illo pro
phetauit Azarias. Iosaphat, & ipse iustus fuit, ido
lorum destructor. Moabitas & Ammonitas uicit, sed
obfuit

MATTH. ENARRATIO. 8

obfuit ei malorum societas, ne totus felix esset. Ioram homo malus, qui occidit fratres suos, Ataliam in uxorem duxit filia Achab, qui male uixit, & male perijt. Hic nunc omittuntur trium regum nomina, Ochosiae, Iore & Amaziae. Ochosias Ioram filius, perijt in bello, unde irata mater eius, occidit omnem stirpem regiam: & tunc insita est tribus Nathan tribui Solomoni, seruans tamen nomen tribus David ut erat, quam Solomonis. Iosabeth enim tulit Ioan filium Ochozie ex medio filiorum regis cum interficerentur, & abscondit eum in cubiculo suo. Non est enim uerisimile, quod nepotem suum occidere quæsicerit Atalia. Eadem Iosabeth uxor erat Ioiadæ sacerdotis, qui septimo anno iniiciavit Ioan regem, occisa Atalia. Et fuit quidem bonus ad dies Ioiadæ, sed factus est idololatra, & Zachariam prophetam occidit in atrio domus domini: qui ultiōne diuina percussus, a seruis suis perijt. Succedit illi Amasias iustus, ultior parricidarum: uicit Idumæos, sed non perseverauit, suffectusq; est ei filius Ozias, quem ponit Euanglista, qui cum sequentibus est ex stirpe Nathan fratriis Solomoni. Sunt qui propter impietatem tres illos exclusos putant, sed eadem ratione exclusi fuissent Ahaz, Ammon, & alij. Non erat institutum Euangelistæ, ad uiuum historiam resecare, sed mysterijs locum sinit. Ozias diu regnauit, principio bonus, postremo ob inuasum sacerdotium lepra percussus est. Iotham, & ipse tolerabilis, amator patriæ, & Ammoni-

Cap.i IO. OE COLAMPADII IN

tarum domitor. Achaz flagitiosus erat, sub quo occi-
sa sunt per Israelitas CXX. millia hominum. Sed ille
nihil emendatior, & illius temporibus clausa porta
domini est: insuper & religionem Damascenorum in-
uexit. Ezecias uel Ezechias, ille omnium facile o-
ptimus, fuit Esiae discipulus, cui Sennacherib exercis-
tus spolia data sunt: religionem instaurauit, etiam ser-
pentem & neum contriuit. Manasse propter scelera
meruit in Babylonem duci, & propter poenitentiam
restitui. Amon scelera patris secutus est, sed non poe-
nitentiam. Iosias etiam ipse sanctus erat, excelsa sus-
stulit, iniussu tamen dei pugnans periret in bello. Iecho-
nias tres filios genuit, Ioachaz, Ioiakim, & Zedekia.
Ioiadem uero insigniter malum habuit, & pugnantem
spiritui sancto, ut Ochosias, Ioas, & Amasias, & ut si-
cum ualde malum omisit, sicut Hieremias dicit. Ex usit-

Hier.29. enim prophetias Hieremiae. Erat enim Ochozia ex san-
guine Iezabelis, Ataliæ filius. Ioas Zachariam Ioiade
filium corripiente occidit. Etiam Amazias dixit pro-
phetæ monenti: Num consiliarius regis es? quiesce ne
interficiam te 2. Paralip. 25. Tanta mala non legi-
tur de Abia & Ioram & Achaz & Ammon. Reijcit
hic Euangeliſta tres filios Iosiae reprobos, & Iechon-
iam ut ſic ſum bonam ponit in cartallum, in quo con-
ſummatur ſecunda tefſaradecaſ. Expone ἐπὶ μετρι-
αῖς circa, nō in. Nam 28. annis etiam primā tranſi-
migrationem praeceſſit etiam Ioakim, pater Iechonie,

MATTH. ENARRATIO. 9

ut uideas quō Euangelista respexerit. Iechonias anno trigesimo septimo transmigrationis ab Eulmerodach eductus est ē carcere, concesso ei throno regio: qui genuit in Babel Sealthiel, quem hic uocat Salathiel chaldaicws, Lucas Neri, id est, lucerna mea: Nouam enim tunc spem habuit, dauidicā tribū non periturā. Salathiel in captiuitate obscurior fuit. Zorobabel dux redeuntium ē Babylone, extructō templi ciuitatis Hierusalē. Abiud apud Lucā habet nomen Resia. Elazim, Azor, Sadoc, Achin, Eliud, Eleazar, Matthian, ob perpetuas conflictationes Syrorum & Aegyptiorū obscuriores facti sunt. Jacob naturalis pater Ioseph, sicut legalis Levi apud Lucā. Quod autē genealogia non deducitur ad Mariam, causa est, quod scriptura nō solet mulieribus id honoris tribuere. Sexto obserua & alia mysteria, que sunt apud Augustinū lib. de consensu Euangelistarū, libro 2. Personas 40. ponit Mattheus, excepto Christo, Lucas cū Christo & deo 77. Igitur hic ponit, ut Christus labores & peccata nostra, factus homo suscepit, Lucas autē ut aboleuerit peccata nostra. Remissio peccatorū in pleno septuagenario, qui est septagies septies: poenitentia autem & labor in quadragenario designatur. Id genus apud Augustinū & alios legis, Mibi autem utriusque idem scopus esse uidetur, per numerum illum nobis remissionem peccatorum commendari in Christo. Septenarius consummationis numerus est. In 70. annis abolitiū peccatum

Cap. I . IO. OECOLAMPADII IN

Iudæ in Babylone : septuagies septies remittere iubetur proximo. Vbi sabbatum (quod est septimus dies) ibi quies à peccato, & peccatum soluitur. Hæc igitur causa est, quare suas generationes in sex septenariis & tres tessaradecas cogit.

L E C T I O .

Errant planè qui in sacris literis non secus esse uersandum putant atq; in prophanis, solum exterrum corticem spectantes, medullam autem ipsam negligētes. Tanto sublimiores sunt sacræ literæ, quāto augustiore spiritu inspirantur. Vnde in hisce locis, ubi nonnunquam maior uidetur esse ambiguitas & lapsus, ibi querenda sunt plura arcana, modo digne & recte inquirātur, id quod etiam in hac genealogia eueniire ad demus. Si quis autem obiter legerit eam, & nihil praeterea secum expenderit, fieri potest ut cum Iuliano aposta Euangelistam calumnietur, uel imperitiam historiarum, uel negligentiam obijciat. At si quis spiritum sanctum magis familiarem habuerit & doctorem, inueniet nihil otiose hic uel dictū uel omissum esse. Legimus:

Vniversæ itaque generationes ab Abraham usque ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauid usque ad demigrationem Babyloniam generationes quatuordecim, & à demigratione Babylonica usque ad Christum generationes quatuor-

quatuordecim.

*Fortassis carnibus hominibus ineptire uidetur,
qui ista sic colligat, & sue historiae glossema quoddam
adiungat. Verum nos hisce dictis Euangelista admo-
nere uult, historiam istam non vulgari modo positam
esse, sed singulari studio hunc numerum à se se obserua-
tum, qui ab Hebreorū populo semper religiosior fuit
habitus. Septenariū enim numerū magni faciunt He-
brei, & plenitudini ac remissione tribuūt: unde septua-
ginta anni erāt captiuitatis babylonice, quo numero,
ut suprà memini, sufficiēs tempus pœnitētiæ quo deus
placari uoluit indicant. Et ita Euangelista ea digessit,
ut sex septenarios, & semper duo septenarij coniuncti
sint, qui faciūt tessaradecas, quo aliquo modo Christus
agnoscatur ille esse, qui propitiatiōne peccatorū attu-
lit, ut postea dicitur Iesum ideo appellatū, quod popu-
lum suum à peccatis suis liberaturus esset. Hoc ita esse
id confirmat, quod personæ illæ quæ sunt omisſæ, adeò
reprobi furint, ut remissionem peccatorū nequaquam
impetrare meruerint. Christus dixit: *Ei qui in filiū ho-**

Luc. 12

*minis peccauerit, remittitur peccatum: peccanti uero
in spiritū sanctum, neque hic, neque in futuro remissi-
onem habebit. Relinquo igitur alios quicquid sentiant,*
*quare tres isti reges dimittantur, & ex catalogo reiici-
antur. Ipse dum perlego historias illorum, inuenio illos
omnes in spiritum sanctū peccasse multò grauiissime.*
Primus Ochosias ex stirpe & sanguine Iesabelis, quæ

Cap. I. IO. OE COLAMPADII IN

prophetam Heliam persequebatur, proinde ipsa cum omni sanguine exiliū merebatur, quæ alioq; prophetis supra modū obſtēbat, quam rem ſuprà tractauī fuſta. Adiunxit autem Euangeliſta hunc epilogū ob eam cauſam, ut ſublimius quiddam colligeremus. Non inuenio autem rem celebratiōrem magisq; dignam, & memoriā recenti iuſtius conſiderandam, quām ut ſciamus quomodo contingat nobis remiſſio peccatorum per Christum Iesum filium dei. Hucusque genealogiā ha-
biuſtis, ſequitur nunc:

Christi uero natuſtas ſic habet. Cum mater eius Maria deſpōſata eſſet Ioseph, priuſquam congreſſi fuiffent, deprælienſa eſt grauida ē ſpiritu ſancto. Porrò Ioseph maritus eius, quoniam erat iuſtus, & nolebat illam infamare, uoluit clanculum ab ea diuertere.

Tertullianus γέννησις genituram uerit. Initium Christi mirabile, deoq; dignū. Et exorſurus iterum imi-
tatur Moſen, qui primi Adæ conditionem & creatio-
nem cum ponit, ex limo & puluere terræ conditū eſſe
deſcribit, in quem dominus inſpirauit ſpiraculum uitæ:
ita & euangeliſta noſter nunc magno miraculo Chri-
ſtum eſſe natum, & initium eius fuiffe nequaquam uile-
gare dicit. Tribuit autem hoc angelo tanquam fidelifí-
mo teſte, qui ſuper ea re certiores nos faciat, qualis man-
fuerit

MATTH. ENARRATIO. 11

fuerit generatio Christi, ut sciamus illum esse uerū deum, uerumq; hominem. Quod humanum in eo est, ex Maria assumpsit, quod diuinum ex spiritu sancto est. Quod si hoc rectè crediderimus, facile omnium hæreticorum ora obturare poterimus. Nam frè in hijs duabus labuntur, uel non sinunt eum esse hominem, uel non deum.

Desponsata esset.) Congressi, uel conuenerunt in unam scilicet domum. Dum legimus traditam Mariam Iosepho, uidemus ius parentū quod habent in liberos suos. Olim sanctissimè cst obseruatum, ne absq; parentū cōsensu filij uxores ducerent, uel filiæ uiris nuberent. Proinde etiam iuxta Cæsareas constitutiones, si huiusmodi coniugia irritantur, non peccabitur in leges, neque in iustitiam. Nam parentū est, ut soboli suæ optimè prospiciatur. Dicit igitur hic Euāgelista, Mariam esse sponsatam Ioseph, nimurum à parētibus suis traditam. Et Ioseph pulchris encomijs hic commendatur, nempe qd' iustus fuit, atq; adeò iustus, ut familiares illi essent angeli per visiones, ut prophetis qui arcana cognoverunt. Hæcq; diligenter assignat Euāgelista, ne suspicio aliquas in istra occurrat Iudeis & alijs, quasi quidam minus pie gestum sit. Nam si virgo Maria non fuisset castissima, uel probè se se gesisset, nequaquam Ioseph iustus censendus esset si illam retinuisset. Præterea nequaquam admonitus fuisset ab angelo dei.

Grauida.) Habebat in utero ex spiritu sancto, qui

Cap.I IO. OE COLAMPADII IN

uirginis fœtum animabat. Nam necesse est Christum natum esse in uitam hanc, ut Maria uere mater Christi dicatur. Qui cōtendunt Marian nihil dedit Christo, ijs obijcimus quēadmodū Tertullianus: Extra corpus potuisset Christus corpus assumere, sed nequaquā frater esset noster. Porrò hic licet uidere benignitatē dei, qui uerbis suis credentibus & obtemperātibus nunquā deest, sed in tempore illis auxilium mittit. Periclitabatur omnino uirgo Maria, & prae pudore nolebat manifestare arcanū illud, nisi cognatae Elizabeth, cui iam spiritus reuelarat, idq; neque coram coniuge dixit, neq; coram parentibus. Omnino & pudicitiam & omnes uirtutes alias matri domini libēter ascribimus. Deinde aliud periculū erat, ne lapidaretur à Iudeis tanquam scortum uel adultera. Proinde cum deesset humanum subsidium, opitulatus est deus, & singulari dispensatione hunc uirum iustissimum in coniugem beatę Marię deputauit. Similiter eandē diuinā prouidentiā Ioseph pio periclitante agnouimus. Infamāda nequaquā erat, quæ omnibus uirtutibus prædita, quæq; nulli unquam offendiculo locum permiserat, retinere tamen nō posse tam Ioseph cum iam uterus gereret, quam sciebat ex se nō factā prægnantē. Succurrerit ei deus, missō cœlitus angelo, qui interim arcanū hoc Iosepho, qui futurus erat tutor pueri, & curā habiturus tam matris quā pueri, manifestat, & ut agnosceret illud occultatū & occultandum à multis. Ab initio uidemus honestatem,

sans

sanctimoniamq; matrimonij, quod in paradiſo deus inſtituit, & consecratum uoluit. In coniugio Christus, tameſi non coniugali more naſci uoluit, ſicq; in omnibus legem dei uenerabatur. Neque ipſa virgo Maria ſumpſit in animum ſuum ſeſe diuinæ ordinationi non ſubmittere, ut quidam in posterioribus ſeculis proprio ſpiritu attenatarunt. Reliqua cras expediam.

LECTIO.

Quoniam heri propter temporis angustiam lectionem propositam non potuimus absoluere, opere preclum eandem nunc repetere: quoniam diuinæ incarnationis sacramentū, humanum captum plānē transcendit. Proinde neceſſarium erat illud conuenientiſſimis testibus comprobare, & ita omnem ex ani mis dubitationem excludere: idcirco ab initio & modis & locū & ceteras circumſtātias, ut pote nominis impoſitionem, & acceleratam illam etiam in cunabulis perſectionem, admodum probabiliter deſcribit atq; perſuadet. Ad modum natuitatis, quia nouus erat futurus atque inſolitus, ab ijs qui familiares erant beatæ virgini, Angelum teſtem aduocat, & virum iuſtitia clarum nempe Iofeph. Deinde loci claritudinem ab exteris, & ab aduersarijs, atque ab insidiatoribus comprobat, quorum teſtimonia in huicmodi re plurimum ualent. Tanto autem magis firma ſunt, quanto propheticis teſtimonijs magis accedunt. De modo igitur accepimus, quod non humano more Christus proditurus erat, ſed

Cap. I O. OECOLAMPADII IN

ex uirgine matre idem deus & homo, quæ ita mirabilia sunt, ut nemo satis illa cognoscere queat uel explicare. Pulchritudinibus igitur hoc docet per testimonium angelicæ & coniugis. Quamuis alibi Lucas etiam quæ apud uirginem acta sunt proponat, hic tame ea Euangelista præterit. Prius fuit diuina uirgo despontata Iosepho ante quam conciperet, & antequam salutationem angelicam audiret, quod apud Lucam satis clarum est. Proinde quod Chrysostomus dicit illam fuisse in ædibus coniugis, non admodum uerisimile est, multo uerisimilius apud parentes habuisse, quia scriptum est: Ne timeas adiungere tibi Mariam. Verum etiam illud, priusquam conuenienter, id est, nuptiæ solennes fierent, libenter recipio.

Deprehensa.) Malo inuenta, quam deprehensa: illud enim fure non absolveret Mariam à crimen, & in deteriorem partem sonat. Deprehenduntur fures & iniusti. Comprobata est ex spiritu sancto gerere uterū.

Phil. 2. Similes locos legimus in scripturis, ut: Inuentus est ut homo, id est, comprobatus. Omnino apud parentes & Iosephum ob sanctimoniam uirginis, nemo non certus deum singulare quid moliri per hanc uirginem. Ita innocenter uixerat Maria omnium testimonio, ut etiam nulli suspicioni locum admitteret. Nonne magna laus diuinae uirginis? Præterea fieri potest ut per Elizabeth cognatam suam, hoc etiam quodam modo innotuerit, que spiritu sancto reuelata eam matrem domini esse agnouit. Nam

appa-

apparet Iosephum abhorruisse consuetudinem eius ob
virtutem & sanctimoniam potius quam ob suspicio-
nem, ideo nolebat illam infamare. Neque poterat sal-
ua iustitia illam infamare, propterea cogitabat secede-
re ab ea, cum iustus esset, relinquereq; eam. Si suspicio
fuisse adulterij uel scortationis, nequaquam iustus cen-
seri poterat, nisi illam ad poenam rapuisset.

Hæc autem cum in animo uersaret, ecce angelus domini in somnis uisus est illi, dicens: Ioseph fili David ne metuas adiungere tibi Mariam uxorem tuam: nam quod in illa cōceptum est, à spiritu sancto profectū est. Pariet autem filium, & uocabis nōmē eius Iesum. Is enim saluū faciet populū suum à peccatis suis.

Vt heri dixi, ita & nūc dico, cū res admodū diffici-
les sunt, & humanum abest auxilium, deum solere suis
succurrere. Non autem omnia in somnia sunt uana, sed
ea solummodo quæ ex nostris phantasmatibus proue-
niunt: quæ uero à deo immittuntur, inter uaticiniorum
genera recte computari possunt. Est etiam genus pro-
phetie, quo Daniel per somnū multa uidit, & Zacha-
rias. Quæ deus reuelat omnino recipienda sunt. Opus
autem ibi magni spirituū discretionē. Hoc igitur in ma-
ximam laudem cedit beato Ioseph, qui ex prophetarū
fuit numero, quiq; per familiaritatem angeli etiam ar-

Cap. I IO. OE COLAMPADII IN

cana cognouit. Angeli enim administratorij spiritus sunt ad salutē, capacibus diuinorū mysteriorū. Heb. 1.
Dicit igitur illi angelus:

Fili David.) Quandoquidem Maria est tibi defponata, & uxor tua debet esse, illā obseruabis modis omnibus: ne trepides illam accipere: quod natum est in ea, ex spiritu sancto est. Inde inquam poterimus de modo natiuitatis uel conceptionis Christi certiores reddi, nō humanis sed diuinis testimonijs. Angelus est qui Iosephum docuit hoc. Ioseph propter insignem probitatem dignus ut alijs communicaret illud diuinum mystrium suo tempore. Ita est modus ille mirabilis omnibus incognitus, quod in uirgine absque uirili semine homonascatur. Qui genitus est in illa, & in utero eius, uere salvator mundi erat. Ibi pleriq; argutati fuerunt in præsitione γνῶσθεντος, sed idem est, ex ipsa, uel in ea. Nam quod corporale est ex illa sumptum est, quia Christum agnoscimus pro fratre nostro. Accessit etiam spiritus sanctus. Mirabilis profecto modus hominem nasci absque humano semine. Hic enim seminis loco uirtus & operatio spiritus sancti. Eundem autem etiā esse uerū deum ex nomine ipso patebit, ut Euangeliſta postea subiungit:

Pariet.) Concepit & paritura scilicet est suo tempore filium, quem uocabis,
Iesum) id est, salvatorem. De nomine Iesu multi plurima scripserunt, inter alios Capnion de Verbo mirifico, qui
uaria

Maria congerit ex Græcorum & Hebræorū doctrinis,
putatq; diuinum illud nomen tetragrammaton רַחֲרָה
quod ineffabile, nobis factū effabile, ut Sybilla prædi-
xit, inserta in medio crassa & spuma litera ו quo
humanitas diuinitati addita ostenditur. Verū Euāgeli-
sta nihil tale habet, relinquit uocē ih̄s̄. ut erat fami-
liaris Græcis. Sic Iesus filius Naue, & Iesus filius Ieho-
zadak Græcis: scribuntur uero Hebræis רְחִשְׁעֵי
quod seruatorem sonat. Iesus filius Naue duxit popu-
lum in terram promissionis, in quā Moses introducere
non potuit, qui inquam Iesus typum ges̄it Iesu nostri.
Certe Moses & lex sola, in terrā promissionis, & ad
agnitionem dei, & uitam beatam introducere non pos-
sunt, nisi adsit Iesus: ille enim est nobis dux in terram
promissionis. Præterea aliis, qui sacerdos est maxi-
mus & comes Zorobabel, non potuit uere liberare, et si
reducerit populum à Babylone ad Hierusalem, &
autor esset restaurādi templi, sub prophetis Aggeo &
Zacharia. Hic Iesus uarijs modis hunc nostrum præfi-
gurat. Nam ipse est qui uere reduxit populum à captia-
uitate babylonica, id est, satan.e, & reduxit nos in ue-
ram ciuitatem pacis. Hoc igitur nomen est congruen-
tissimum Christo, quod interpretatur Euangelista.

Scruabit populum.) Modus loquendi Hebræorum
est, ut collectiō nomini subiungant pluralem numerū.
Obserua autem hic primo populū suum: secundo à pec-
catis scilicet ipsorū qui sunt ex populo. Omnino agnus

Cap.i IO. OECOLAMPADII IN

ipse est dei, qui tollit peccata mundi. Io. 1. Hic uideremus quare Christus uenerit in hunc mundum. Non uenit ut adferat carnis libertatem, sed spiritus: non ut liberet homines à seruitute Romana, sed dæmoniorum, & à iugis culis peccatorum. Io. 8. Nisi filius liberauerit, uere liberi non erimus. Hæc igitur uera est libertas, quando superiores sumus iustijs. Sed nunquam à peccatis liberi erimus, nisi spiritum Christi simus natli. A peccatis dicit, ne scilicet illa ultrà imputentur apud patrem, & ne uelint ultrà seruire peccatis ut antea consueuerant: hanc ob causam uocatus est seruator. Iam quod quidam argutantur hoc nomen soli homini competere, luculentum mendacium proferunt. Nos refragamus omnibus modis, quia dicimus Iesum deum & hominem. Nisi fuisset deus, nequam saluare potuisset nos. Domini enim est salus, domini est dimittere peccata. Inde ex nomine apparet, quem partitura esset Maria: non purum hominem, sed talem qui posset à peccatis liberare totum mundum. Et nisi dominus simul fuisset, ut postea prophetia Esaiæ indicat, nequam hoc præstisset. Hucusque habemus uerba angeli, quæ Euangelista comprobavit dicto propheticō. Quod si non uis credere angelō, crea de prophete. Cum igitur consonat angelus & propheta, nihil dubitandum est Christum ita conceptum, & uerum saluatorem esse.

Porrò totum hoc factum est, ut perficeretur id quod dictum fuerat à domino

no per prophetam ita loquentem: Ecce
uirgo erit prægnans, & pariet filium, &
uocabitur nomen eius Emmanuel, quod si
quis interpretetur sonat, nobiscum de-
us. Excitatus autem Ioseph à somno, fe-
cit ut iniunxerat sibi angelus domini, &
adiunxit sibi uxorem suam, & non co-
gnouit eam, donec peperisset filium su-
um primogenitum, & appellauit nomen
eius Iesum.

Esaie septimo haec prophetia scripta est. Vides ig-
tur aliud testimonium de modo, qualis nam futura sit na-
tivitas christi, ne de hac re mirabili dubites. Bonum est
scire historiam. Pugnabant aduersus regnum Iuda regna-
te Achas, rex Israël & rex Damasci uel Assyriorum:
proinde ualde periclitabatur domus Iuda. Deus autem
uolens tunc liberare populum suum, dixit Esaie ut di-
ceret regi, quò peteret sibi signum. Ille cum non daret ho-
norem deo, dixit: Non petam. Nihilominus ad solatum
populi sui deus potentiam suam indicauit, quod non solū
ab illis præsentibus hostibus esset liberaturus, sed longè
maiora facturus, & ita promittit Christum. Multa ab-
surda querunt Iudei, cum haec uerba interpretantur,
ut possint effugere. Sed quandoquidem nolunt reci-
pere Meßiam, noluntq; illum agnoscere ut deum, pro-
inde non mirum ab hoc miraculo illos abhorrere. Gens
superstitiosissima alioqui, & multa à Rabinis suis acci-

Cap.i IO. OECOLAMPADII IN

piens miraculosa, sed hic resistit. Antea satis prælusu-
erat, & assueti miraculis, ideo etiam illud credere debe-
bant. Non minoris miraculi est Saram peperisse filium,
ut omittam illa quæ facta sunt per Mosen, sed misericordia
Iudei omnino oderunt uerbum crucis: & quia semper
statuere non recipere Christum, ideo repugnant omnibus
modis. **¶** **¶** **¶** **v** uirgo dicitur est, quæ nuptui datur.
Hebreus plus ostendit quam nos per παρθένον est
enim iuuacula. Et Hebrei usi sunt hoc nomine in pueris
quæ erant iam nubiles. Certum est apud Iudeos scor-
tationem fuisse prohibitam: proinde deus non uolebat
nisi per aliquam insignem uirginem miraculum facere. Quidam
ex Proverbiis Solomoni, nescio quid foedi commini-
scuntur: nec mirum si ipsi obsceni cum sint, obscenæ etiam
quæ purissimæ dictæ sunt interpretantur, cum sapiens
de uarijs studijs & uis uirorum agat eorum loci. Valeat his
& ita euenuat omnibus qui abutuntur sacris literis. Si
non fuisset uirgo, quid opus erat prophetam præmittere?
Dominus dabit signum? Non esset signum, si uulgaris
modo puella cocepisset. Christus etiam ipse erit signum,
quod uelit liberare populum suum à grauiissimi aduersariis,
nempe à captiuitate spirituum malorum. Proinde
de testimonium hoc conuenientissimum est, neque potest
alteri ascribi. Dicunt, quomodo possumus confirmari ex ijs quæ futura sunt: immo maxime de felicitate æterna.
In externis rebus confirmationem accipimus, quanto
magis in æternis quæ deus, qui fallere non potest sicut
homo

homo, promisit?

Emmanuel.) Io. 1. Verbum caro factum est. Et ibi manifestè Christus deus esse cognoscitur. Aderit præ sens, ut nos protegat & habitet in nobis, quia carne nostra induitus. **¶** deus à robore & fortitudine uenit. Iam igitur cum audierimus Christum appellari Iesum, idem est ac si dicas, Emmanuel. Videtis quām solide probet id Euangelista, quod instituit? Insignis etiam obedientia Ioseph hic apparet, & iam certus fit nō fuisse uanum somnium.

L E C T I O

Engelista ut nos quām certissimos de ortu saluatoris nostri faciat, principio modū nativitatis eius describit, et testimonia nobis adserit angeli atq; scripturæ, quēadmodū Esaias propheta de Christo prædictus: Ecce uirgo concipiet & pariet filium &c. Ex quo dicto satis patet uirginem paritoram magno miraculo: & paritoram non hominem solum, sed etiam deum. Certè illo miraculo nihil sublimius est, ut idem sit deus & homo. Cōfortatus igitur Ioseph ex consolatione accepta surrexit. Neque solum ipse cōsolatus est, sed quotquot uerbi domini assument, si Iosephū quoque iustitia expresserint, & obtemperauerint deo in omnibus que spiritus Christi docet.

Primogenitus.) Ex ijs uerbis hæreſeos sue occasionem sumpserunt Heluidiani & Ebonitæ, parum equiores beatæ uirgini quām Iudæi ipsi. Iudæi enim si

Cap.I IO. OE COLAMPADII IN

nunt illam nullo modo esse uirginem: illi autem dicunt
uirginem concepisse & peperisse, sed non perpetuan-
mansisse uirginem. Ad hunc errorem explodendum ut
teres cognominare soliti sunt $\alpha\epsilon\pi\beta\delta\epsilon\nu\sigma\tau$, id est, sem-
per uirginem, ante partum & post partum. Illi ex tri-
bus uerbis hauserunt suum errorē: ex Prius quam con-
uenirent, ex Donec, & ex Primogenito. Prius dicunt,
quasi necessē sit postea conuenisse. Et cum eis contradic-
itur, & uident se uinci, accipiunt Donec. Verū si pro-
prietatem hebraicę dictionis recte perpenderent, ne
quaquam illud elicerent, sed potius ad sequentia respi-
cerent.

Psal.109 In psal. habemus illud Donec in eo sensu quo
hic: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis:
donec ponam inimicos tuos &c. Nunquid cogitamus
subiectis inimicis, Christū desijisse sedere ad dexteram
patris, & non esse eiusdem potestatis cum patre? Hoc
planè absurdum esset, & contra fidem catholicam. His
ronymus satis egregie refutauit illorū rationes, quae
legere poteris. Similiter in dictione Primogeniti uari-
lidunt, & absque scripturę sensu. Nam primogenitus
dicitur apud Hebræos, non solum qui fratres habet,
sed ille qui primo utrum matris aperuit, etiam si unige-
nitus sit: talis enim consecrabatur deo, & redimebat
iuxta legem. Non est igitur Christus primogenitus,
quasi ex eadem matre alios fratres habuerit, sed unige-
nitus & primogenitus: licet alia etiā ratione, ob suam
dignitatem iuxta Apostolum, primogenitus omnis crea-
turæ

turæ dicatur. Aliqui Christum primogenitum uocant, ut nos speremus nos fore secundogenitos in adoptionē sumendos: sed non video quanta ualeat ista solutio.

Appellauit.) Nato Christo, cū circumcidetur die octauo, ut habet Lucas, Iesum uocarunt. Rationē eius hominis heri explicuimus. Et Iesus dicitur, eo quod seruari populum suum à peccatis suis. Multa hīc prætermittuntur quæ Lucas copiose producit, ea suo loco sunt explicanda. Præceptum illud datum, ut uocarent illum Iesum, quo cōstaret omnibus quare Christus in mundū uenerit. Poterat uocari Ioseph, uel David, sed hoc nomen probabatur domino, & illud ab angelo audierāt, cui optemperare debebant. Si quis autē dicceret nobis, hunc nō ipsum esse saluatorē, alium esse expectandū, illū facile cōuinceres ex loco et tempore, quibus cognitis, statim uideret se errare. Iam igitur scripturæ locum atq; tempus clarè nobis indicat Euāgelista. Quis autē locus nativitatis Christi sit, indicatur hīc testimonij nequaquam cōtemnendis. Scribæ enim ipsi qui aduersarij sunt, testimonium ferunt & scripturam interpretantur. Magi diligenter querunt, hac de re minime suspecti. De tempore certissimum est, quod iam omnis mundus expectabat futurum Christum, quia sceptrum ablatum de tribu Iuda erat. Videamus igitur quam diligenter Euāgelista etiam locum ipsum commēdet. In conficiendis instrumentis publicis, ad probandā rei certitudinem multū facit, si locus et tempus indicatur, quo

Cap. II IO. OE COLAMPADII IN
res contigerūt: ita & hoc in loco illa testimonia & los-
cus ante oculos ponuntur, ut planè nihil dubitare de
facto poterimus.

C A P V T I I .



Vm autem natus esset Iesus
in Bethleē uico Iudææ, tem-
poribus Herodis regis: ecce
Magi ab oriente accesserunt
Hierosolymam dicentes.

Etiam hanc historiā Lucas uberior percenset, quo modo à Nazareth in Bethleē uenerint, & ibi in diuī
sorio mater Maria puerū pepererit, sed ea quæ hic ha-
bentur præterit. Euangelista noster hoc spectat, ut cer-
tissimis locis ostendat, hunc uerè esse quem prænunia-
runt oracula saluatorē. Locus, Bethleem est. Tempus,
Herodis regis temporibus. Nusquam apertius decla-
ratur tempus quam apud Danielem. Nam si quis pro-
bè supputauerit hebdomadas septuaginta, incidet in a-
ticulū temporis, quo Herodes regnare cœperat. In ini-
tio Herodis ultima hebdomas fuit, in qua cessauit ur-
etio: & quicquid egregiū apud Iudeos erat, hoc inter-
cidit. Iam res Hebreorū deploratissimæ omnino erāt,
ad eō sciebat in illos tyrannis & immanitas Herodis,
qui neq; ex illorum genere erat, neq; illis bene uolebat,
etsi se miris modis insinuabat illis fauere. Et cum idus
meus esset, uoluit Hebreus dici: ex ut omnē suspicio-

nem amoueret, quasdam etiam Hebreorum cōstitutio-
nes obseruabat, ut pro Christo haberetur. Vnde nō de-
fuerunt eo tempore quidam hæretici, qui Herodiani di-
cebantur, Herodem pro Christo salutantes & adorans-
tes, cū diuersissimus esset moribus Christi, à prophetis
prædictis. Iam igitur non oportet dubitare de Christo,
qui sic natus est. De loco diligentius requirit, & nouū
miraculum ponit, ex quo solo licet cognoscere diuinam
virtutē pueri. Licet plorās, & alijs infirmitatibus obno-
xius esset, tamen astris dominari cognoscitur, qui tam
à longinquis regionibus Magos adducit. Non humano
consilio id fieri potuit, necesse illos diuino spiritu agita-
tos fuisse. Neq; habent hoc stellæ in sua natura, ut tale
quid indicent: necesse ut illa occulta quadam ui mo-
ta fuerit. Et sic paulatim nomen Christi incipit clare-
scere. Præterea per Magos illos discimus, nō solum Iu-
dæos pertinere ad Christū, sed etiam uocandas gentes
esse. Et Magi initio gentiū fuere typus. Neq; legimus
Magos fuisse reges, ut uulgo prædicantur, sed Euange-
lista solum commemorat Magos, id est, sapientes &
prophetas Persar, qui ab oriente, id est, remotis natio-
nibus uenerunt. Hinc factum est, quod quidam dixe-
runt, illos esse reges, cum legimus in psalmo & Esaia: Psal. 67
Reges Saba uenient, & reges Tharsis munera offerēt, Esa. 60
putantq; hoc dictum propriè ad oblationem Magorū
pertinere, cum potius David, & propheta agant de uo-
catione gentium, que uocatio in Magis solum quodam

Cap. II. IO. DE COLAMPADII IN

modo prædicebatur. In Esaiæ cap. 60. de aduentu regum qui munera daturi erant, patet. Quamuis alius ex eo loco elicere possumus, nempe maximos reges colla sua submissuros Christo, & principes fore Christianos. Hic autem de Magis mentio est, qui sapientia & religionis erant studiosissimi. Etsi quidam illos inter intercatores ponent & maleficos, sed ego hoc non ausim dicere. Quibus Christus manifestatus est, non dubium quin fuerint innocentissimi homines, ut Ioseph & pastores. Præterea iij quibus in templo reuelatus est, summo gudio expectarunt Christum, & suscepserunt. Simeon & Anna prædicantur ob præcipuam sanctimoniam: sic & Magi isti ob sanctimoniam hunc honorem accepisse a deo uidentur, quodq; pie credendū est. Non dū tempus aderat docendi gentes. Et quodam modo inter polluto & peccatores Christus uoluit conuersari, qui contra Iudeorum religioni censentur.

Vbi est ille, qui natus fuit rex Iudeorum? Vidi mus enim illius stellam in oriente, & accessimus, ut adoremus eum.

Hoc iam innotuerat in toto orbe, adesse nunc temporis quo promissus rex peculiaris Iudeorum. Quidam igitur eruditii aliquo modo, duce stella, non sine magno periculo tam longinquum iter emenſi, querunt locum quem rex ille occupet. Profectò periculosissimum fuit Magis de rege alio inuentionem facere, & apud illum

qui

MATTH. ENARRATIO. 19

qui sibi male conscius erat, quiq; timebat ne regno pel-
leretur quod iniuste occuparat. Nam tyrānus nihil mi-
nus ferre potest, quam consortem regni. Et cum dicunt
Vbi, respiciūt ad locum. Quasi dicāt: Vbi est ille locus
in quo natus est rex Iudæorū? Si certi de loco essemus,
facile inueniremus regem. Erant hierosolymis, sed
nondum certi de regis loco.

Stellam in oriente.) Singulare nos iuditio admonu-
it deus missa stella quapiā, quæ nobis dux fuit itineris,
& illa stella in oriente orta est. Non putatur ex fixis
stellis aliquam fuisse, sed nouam esse formatam à deo.
Palam testatur illam longè maiore fuisse cæteris stellis.

Auditis autem his Herodes rex tur-
batus est, et tota Hierosolymorum urbs
cum illo: & conuocatis omnibus pon-
tificibus & scribis populi, percōtatus est
eos, ubi Christus nasceretur. At illi dixe-
runt ei: In Bethleē Iudææ, Sic enim scri-
ptum est per prophetā: Et tu Bethleem
terra Iuda, nequaquam minima es inter
principes Iuda. Ex te enim mihi prodi-
rus est, qui gubernaturus est populum
meum Israël.

Ita enim fieri solet, ut quam primū Christus nasci-
tur, mundus iste infremiscat, & quicquid ad mundum
attinet. Herodes solum magnitudine rei trepidat, quia

Cap. II IO. OECOLAMPADII IN

timebat regno suo. Nesciebat ille nullum aliud regnum, quam illud terrenum. Christus autem illud tollere noluit, sed suis dare uoluit regnum longè felicius, quod de hoc mundo non est: nam in hoc mundo nihil stabile. Ceterum illa omnia singulariter & diuino ordine fiunt.

Conuocatis.) Herodes parum edoctus in scriptura, sed sciebat sensum scripturæ, & arcana illius scribis esse cognita. Ad illos igitur mittit suos, ut scripturæ sensum apperiant. Quo exemplo nos monemur, ut in hisce carnis rebus à scripturis diuinis consilium petamus. Herodes in hoc benè egit, saltē si id simplici animo egisset.

Cap. 5 In Bethleem.) Hic locum habemus manifestum, qui ante multos annos patefecit locum nativitatis Christi, iuxta uaticinium Micheæ prophetæ, qui dicit: Et in Bethleem &c. Videntur parum fideliter adduxisse testimoniūm scribæ illi, eo quod illud omiscent: Egressus eius ab æternitate, in quo deitatem Christi obtinuerit, quam propheta fideliter adiunxit. Ex eodem loco quo natus est David, nempe in Bethleem, que ciuitas dicebatur ciuitas David, eodem nasci etiam uoluit Iesus Christus saluator noster, et si conceptus esset à spiritu sancto in Nazareth. Sicq; David multis nominibus typus est Christi, & in multis rebus.

Proditurus.) id est, dabis nobis præcipuos ducēs. Iuda dedit Davidem, datura est nunc Christum. Præcipius ille dux instaurabit populum dei. Et pastor erit iuxta Ezechielis prophetæ uaticinum, cap. 34. uerus

O bonus, id est, uerè & piè imperabit, non ut tyran-
nus, sed ut benignus pater. Igitur hoc testimoniu[m] satis
claret, si Hebreorum scribæ illud non adduxissent, qui
satis hac prophetia admoneri debuissent. Illa igitur o-
mnia hūc tendunt, ut sciamus & discamus Christū esse
uerum Messiam & redemptorem. Mox sequitur perse-
cutio, quæ probabit Christum esse uerum hominem.

LECTIO

Cognoscere infantiam Christi, & quomodo ipse
deus sit homo factus, per quam necessarium no-
bis fuerit, maximè spectantibus quam eximia sint mira-
cula ista que Christus gesit ubi prædicare coepit, ne
in eosdem errores incidamus, in quos plerique qui ma-
gnitudine signorum & miraculoru[m] deterriti, eum pro-
solo deo habuerunt, & phantasticu[m] hominem esse dixe-
runt, solamq[ue] apparitione: unde nō sine causa Euange-
lista diligenter pueritiā Christi ante oculos nobis pro-
ponit, agitq[ue]; id quam uerisimilime, citatis testimonij
ex prophetis. Ostenderat modū, tempus, & locū Beth-
leemiticum, similiter etiam testimonia scribarum & sa-
cerdotum summorum, ad inquisitionem Herodis regis
ex Prophetis adducit. Ne quis autem putet testimoniu[m]
hoc minus bona fide citandum esse, cum non totum addu-
catur ut in propheta habetur. Maximè illō spectauit
Euangelista, ut solum locū in quo Christus nasci debuit
ostendat. Nam ex loco ubi clare dicitur de illo, Quire-
turus erat populu[m] Israēl, satis testimonij habemus,

Cap. II . IO. OECOLAMPADII : IN

quod etiam scribas et Herodem mouit. Inter alia etiam ipsa persecutio nō parum ueritatē rei nobis approbat. Nemo enim facile id quod non est, uel parue autoris tatis, persequetur. Videbimus igitur statim nunc ty- rannum meditari mortē pueri & summi regis, qui ue- rebatur se regno pellendū, cum tamē Christus in hanc terram uenerit longē aliam ob causam, quām quod re- gnare uelit sic quemadmodum terreni reges. Quae igitur cognouerat à Magis, & deinde à Phariseis, ex quibus etiā ipse ad amandū Christum irritari & pro- uocari debebat, illis ipsis exasperabatur. Vnde dicit Euangelista:

Tum Herodes clam accersitis Ma-
gis, accurate perquisiuit ab illis, quo tem-
pore stella apparuisset. Et iussis ire in
Bethleem, dixit: Profecti illuc, accurate
inquirite de puerō. Vbi uero repereris,
renuntiate mihi, ut & ego ueniam &
adorem illum.

Herodis nomen, quandam heroicam dignitatem
significat: qui ubi uocasset Magos, diligenter inquisiuit
stellam ipsis ortam &c. Videmus hic Iudeos à Magis
doceri de tempore, & uicissim Magos à Iudeis de loco:
Ita alia alijs deus reuelare solet. Fit autem etiam hoc ut
redarguatur Iudeorum ingratitudo & impietas, que
omnibus modis inexcusabilis erat. Nam si Magi non
omnia

omnia diligenter exposuerint, habuerint causam ut possent se excusare. Quod autem rex omnia egerit dolorosa et astutamente, mox audietis in sequentibus.

Reperietis.) Etiam hic potest sumi argumentum, Magos istos non fuisse reges, alioqui Herodes qui alias magnificetissimus, et ea ob causam Romanis perquam gratus, non omisisset propter natuam arrogantiam, quin deduxisset ipsos tanquam reges, praesertim ut uicinos, quo gloriari suam magis diuulgaret: erat enim omnium ambitiosissimus; sed simpliciter dimisit. Nam quod promittit se adoraturum regem, solius modestiae gratia facit. Quid etiam momenti haberet, si ex animo dixisset, cum postea ita se uisit in innocentes pueros?

Accurate inquirite.) Consilium quidem profectum sanum est. Nam diligentissime de pueru isto inquirendum est, quis sit, ubi nascatur, et ubi possit inueniri.

Adorem illum.) Adoratio non est illa, quam uulgo theologi religionis putabant, sed erat honoris, que etiam in hominibus offerebatur, et etiam alijs rebus. Legimus 3. Reg. 1. quomodo Nathan propheta Dauidem honorauerit, hoc est, se incuruauerit coram illo. Sic Iacob Esau fratrem suum cum ei occurrisset adorauit, et alia multa exempla occurserunt in scripturis. Nam adorare simpliciter est geniculari, et hanc ita corporis id solum fit: non significat autem diuinum honorem dare aliqui. Nihil minus putabat Herodes puerum illum regere, illumque adorare uelle. Neque Magi isti tunc adeo

Cap. II IO. OECOLAMPADII IN

illustri fuerūt, ut cognouerint totū illud mysterium quod post Christi mortem manifestatū est: quia etiam interdictum apostolis, ne dicerent Christum filium e[st] dei, & tunc nondum uoluit prædicari ab ullo hanc dignitatem quod deus e[st]: tametsi Magi hac in re quo seruierint domino, & fideles fuerint. Egit igitur Hod[er]es omnia fraudulenter. Sequitur:

At illi audito rege, profecti sunt: & ecce stella quam uiderant in oriente prædebat illos, donec progressa staret supra locum in quo puer erat. Cum autem uidissent stellā, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et ingressi domum, repererūt puerum cum Maria matre eius; & prostrati adorauerunt illum, & apertis thesauris suis, obtulerūt illi munera, aurū, & thus, & myrrham.

Disparuerat stella, cum iam humanū adesset auxilium. Licebat apud scribas inquirere scripturas, ne amplius opus habebat miraculo isto. Porro ubi egredierūt Hierusalem, incerti de itinere, iterū opus habebat cœlesti quodā ductore & duce, igitur iterū affuit eis ista. Hic enim mos est diuinæ benevolentie, & sic nobis mortalibus cōsulit. Omnibus modis tetare nos nō uult, neq[ue] tentari. Vbi humana consilia adſunt, nequaquam miracula expectanda erunt. Apparet stellam non fuisse

ex eo

exo genere stellarū quæ ab initio posite sunt, ut suprà dixi. Hic uidetis ut humilius ingressa sit, & ut super domū pueri quodā modo incubuerit, quò natum regem ostenderet: deinde oriebatur, & iterū disparebat, prout utilis Magis istis esset.

Gauisi sunt.) Hic primū uidete, Magos istos non nihil fuisse contristatos. Gaudium enim istud magnum, subsecuta est magna tristitia, quia in ciuitate Hierusalem putabant se regem inuenturos illum quem querebant. Per scriptas autem mittebātur in uicum, & in paruum oppidum, si conferatur cum Hierusalem: alioqui non adeò paruum oppidum erat Bethlēhem. Et ob illam tristitiam quam secum conceperant, aliud incommodiū sese obtulit, per quod non nihil dubij reddebantur, & aliquo modo ratio aduersus spiritum pugnabat, quare tantum iter insumpsissent frustra, cum rex non adesset in Hierusalem &c. Iam autem adest causa noui gaudij & insoliti, quia Magi certi erant per scripturas, & per stellam iterum orientem: hocq; illos multum exhilarauit, quod stella supra domum comparuit, per quod uoti compotes siebant. Ingressiq; domum inuenerūt puerū. Non offenditur uera fides & religio ab humilitate rerum externarum. Inuenerunt nimirum uile tugurium, cui deerat omnis ornatus regius. Puer cum matre adebat: non enim legimus tunc Ioseph præsentem fuisse. Omnis frugalitas hīc ostēditur, unde certum Christum non propter hoc regnum terrenū uenisse. Neq; Magi

Cap. II. IO. OECOLAMPADII IN
offensi illa paupertate & tenuitate Christi.

Aurum & thus.) Quantum internū illorum gaudiū fuerit, externis donis & oblationibus testati sunt: nimirum deo gratias agentes. Proinde dona per se non sunt mala, sed si ob malam causam defendandā dentur, uel accipiuntur. Si quis dona accipiat ut iuditia peruerat, uel sententiam iniquam ferat, uel ueritatem taceat, ille male ageret, & contra dei legē: alioqui dona à sanctis uiris sunt accepta. Dona illa in subleuationem paupertatis Mariæ collata sunt à Magis, uidelicet aurum in uiaticum. Thus & myrrha thasauri sunt frequentes apud orientales populos. Omnia autem ista non sine mysterio contigerunt. Nam is qui stellam excitauerat, ut Christum regē ostēderet, is monuit & peccatoria eorū, ut hæc aptissima dona offerrent: & si deus externa illa non ualde probabat, sed magis gratitudinē illorū. Iuuencus illud uno uersu complectitur.

Regiū; deoū; hominiū;
Alij non incep̄t̄ Christum dicunt esse sacerdotem, ideo & talia munera eum accep̄isse. Scimus regiam & sacerdotalem dignitatē nobis concessam per Christum, per quem reges & sacerdotes efficimur. Rex est & deus in terra & in cœlo, cui omnes preces sunt offerende. Ipse inungendus in regem & sacerdotē, ut consuetudo Iudeorum habet.

Et oraculo admoniti in somnis, ne reflecterēt se ad Herodem, per aliam viam reuersi

reuersi sunt in regionem suam.

Nimirum facti etiam ipsi apostoli apud suos. Siue igitur in Perside id loci fuerit, siue in Arabia parum re fert: nam incertū est. Pleriq; à Perside eos uenisse contendunt, quæ uia remotior est. Historiæ etiam habent Magos illos uixisse, usq; quo apostoli illuc prædicarint Euangelium. Incertiora tamen hæc sunt quam ut credamus, tametsi per quam uerisimilia. Et ita quidem historia se habet: multa tamē interim discere possumus, quæ nobis nō sunt futura inutilia. Nam & nostrū fuerit querere Christum regem, quo inuenio beati erimus: quandoquidē uita nostra in illo consistit. Quemadmodum igitur principio gentibus se reuelare dignatus est, ita & nobis se concedit inueniendū. Præcessit ante omnia promissio, quam promissionem etiam sapientes isti habuerunt, qui putantur ex progenie etiam Abrahæ descendisse, et ita à patribus huiusmodi promissionem expectasse. Vbi igitur adfuit tempus, orta est eis stella, Nobis autē stella oritur, si desideriū inquirendæ salutis nostræ excitatur in nobis, quod in interno homine lucet. Sic spiritus principio nos excitat illa interna luce, ut domestica & terrena ista omnia contēnamus, & cœlestem quendam regē inquirere studeamus. Planè non est nostræ virtutis & facultatis: diuina quadā motione opus est, ut sic in cordibus nostris oriatur lucifer stella, quæ excitet uel desiderium ueritatis, uel aliquam cognitionē diuinitatis, ut queramus saluatorem nostrū.

Cap. II IO. OE COLAMPADII IN

Deducit autem nos ad ueros doctores, apud quos sacre literae in precio sunt. Nam licet multos alios praepatores inquiramus, etiam si ad philosophos ipsos uenerimus quanticunque sint, salutis tamen ratione, & cognitionem ueritatis que salutem afferre solet, non inueniemus. Proinde opus est certissimo uerbo dei, quod docebit nos ubi inuentur simus Christum Iesum saluatorem nostrum. Docent igitur sacre literae in Bethlehem esse locum in quo Christiani nasci oportuit, patria Davidis, ex quo genere Christus futurus erat. Alij domum panis בָּתְלַהּ interpretantur, in qua domo uerè pascuntur animæ nostræ, sed queramus illum cibum in scripturis sanctis. Nam illa non satis sunt tutæ quæ apud philosophos leguntur, neque exatient animas nostras. Vbi autem incepimus inquirere Christum, statim oborietur persœcutione. Neque mundus poterit amare discipulos Christi, quos & persecutus est, sicut & Christum. Proinde Herodes principio apud Iudeos insectatur pueros & ipsum Christum, subsequitur mundus ipse maiori odio, tametsi ratio nostra etiam quodammodo possit conferri Christo, sed illud relinquere &c. Discimus præterea hic, quantis in periculis cogimur uersari in hoc mundo. Quot doli & fraudes Herodis regis? Sed interim benè speremus in domino. Quemadmodū illos Magos saluos & incolumes in sua reduxit, ita nos quoque tutabitur dominus, modo ne exemplo illorum maneamus apud solam literam, sed semper auctis desiderijs queramus

mus Christum. Vbi igitur alacres inuenti fuerimus, ne
quaquam deerit nobis diuina consolatio: orietur stella
nostra, & augebitur ipsa cognitio. Adeò utile est sa-
eras literas non negligere. Nam qui credunt, illi uerè
intelligent, iuxta dictum prophetæ: Nisi credideritis, Esa. 6
non intelligetis. Deinde erit magnum gaudium, quia
adest fructus spiritus. Nō potest quis non gaudere, qui
Christum Iesum inuenit, qui non solum hic seruat ho-
minē, sed etiam in futuro. Minime offendimur à uerbo
crucis, & Christi humanitate, sed consolamur & grati-
efficimur, & adoramus tanto magis, quod amplior co-
gnitio est. Si Christum deum & hominē cognouimus,
aperimus nostros thesauros. Neq; portiunculā aut thu-
ris aut myrræ offeremus, sed nosipso in sacrificium,
& quicquid in nobis est: scientes omnia diuinæ gratiæ
esse, que cunq; habemus. Quod si quis uelit inquirere
quid aurum designet, sciat opera misericordiæ hic &
ubiq; in scripturis per illud exprimi. Vnde igitur ut elec-
mosynam tribuas pauperi, uide ut præcedas, gratiasq;
agias, uide castiges & mortifices corpus tuū hoc modo,
ne refragetur menti tue. Et ita totum te deo tribuas,
tam ea quæ in animo tuo sunt, cum oras, quam ea quæ
in corpore, cum non permittis membra peccare. Com-
munica externa illa pauperibus benigna manu, & do-
minus liberabit te ab Herode, mundo & diabolo, &
omnibus insidijs, que abducunt à deo. Nam omnibus
modis curabunt ut Christus crescat in ipsis, qui tanta

Cap. II IO. OECOLAMPADII IN
diligentia ipsum quæsierunt.

LECTIO.

Adprobandum humanitatē Christi, nō parum, ut heri præfati sumus, ualeat cognoscere persecutio[n]ē, quam ab incunte ætate passus est Christus. Mox enim ut Herodes cognouit natum esse regem Iudæorū, unaq[ue] cum ipso omnis populus Hierosolymitanus in maximum stuporem uenerunt &c. Nunc igitur audimus quas persecutio[n]es etiā puer pati cœpit. Et istam statim propter nos crucē suscepit, passusq[ue] persecutio[n]em, ut nos ab illa liberaret. Duabus autem grauiſſimis persecutio[n]ibus oppressus fuit populus Iudæorū: una in Aegypto sub Pharaone, altera in Babylone sub Nabuchodonosor. Has autem duas subsecutæ sunt aliae, quas sub Romanis paſsi sunt, que tamen cum Babylonica coiunguntur. Ut autē cognoscamus Christū eum esse qui ab omnibus malis nos liberet, singulari artificio, si quis penitus introspiciat, has duas persecutio[n]es Euangelista insinuat. Christus fugit in Aegyptum, ubi antea populus Iudæorum fuerat dura seruitute pressus. Mox respicit Euangelista ad persecutio[n]ē que ad Babylonios pertinet. Nam hoc testimonium ex Hieremias citatū in loco posteriori, ubi habemus, Vox in Ramah, Rachel plorans &c. à Hieremias dictum fuit de captiuitate Babylonica, in quam populus ducentus erat, resspiciens Hierusalem & Bethleem. Illæ igitur duæ persecutio[n]es præcesserant, quas Euangelista applicat suis tempo[r]ibus.

MATTH. ENARRATIO. 25

temporibus. Et sub Romanis grauiſſima pſecutio fuit.
Nam à reditu ad terram Iſrāel ferè nulla pax fuit, ut
teſtatus eſt Daniel propheta &c.

Digressis autem illis, ecce angelus domini apparet in ſomniſ Iofeph dicens: Surge & aſſume puerū ac matrē eius, & fuge in Aegyptum, & eſto illic donec dixero tibi. Futurū eſt enim, ut Herodes quærat puerum ad perdeſdum eum.

Iterū hac ratione deus reuelat futura Iofeph o uiro optimo. Potuifſet mittere angelum, ſed quia impendio erat credulus, & etiam antea admoritus ſomnio, ideo non opus miraculo maiore. Is dixit:

Surge, aſſume.) Liberatur quidem Christus, periclitantur pueri, ſed Christus etiam ipſe in pueris paſſus eſt. Hęc autē diuina prouidentia eſt, ne in grauiſſimis periculis derelinquendos nos timeamus. Semper enim dominus timentibus nomen ſuum in tempore adest. Proinde etiam puer cum matre fugā ineunt in Aegyptum. Nam hoc ideo faciū eſt, ut ſicut olim populus in Aegypto liberatus & inde eductus, ita Christus inde regrediens in terram promiſionis, indicat ſe uerē illum eſſe, qui liberat populuſ à grauiori & maiori ſcrutute quam Aegyptiaca. Inſignitae truculentiae homo fuit Herodes: nam proprijs filijs ſuis non parcebat: que adeò diuulgabatur, ut etiam Romæ Augustus diceret, malle ſe porcum eſſe Herodis quam filium. Qui igitur

D

Cap. II. IO. OECOLAMPADII IN

sibi nō tēperauit à suis, quomodo pepercisset alijs quos
timebat insidiari regno suo? Ita autem semper excitat
satan aliquos hostes, qui pueros perdere nituntur, quiq;
primitias frugum auferunt. Herodes cum suis Christum
adhuc in germine exterere nititur & elidere, sed frue
stra. Similiter faciebat Pharao in Aegypto, qui mascu
los infantulos occidebat. Nam quotquot satan uidet
magis ad pietatem pronos & idoneos, ad expugnandū
illos plurimū est sollicitus: hocq; significatur per Hero
dem & Pharaonem. Hoc etiā uidemus non raro, quod
pueri optimè ingeniati, tandem in pessimam uitam desi
nant, nimirum sic subuersi dæmoniorū astu, qui uarijs
artibus utuntur, quibus illos decipiāt. Illis satius et uite
lius est mori, quam sic satanæ obsequi.

Ille uero excitatus, assumpsit pue
rum & matrem eius noctu, & secessit in
Aegyptum.

Vt uideas magnum esse periculum & non uulgare,
noctu aufugiendū erat eis. Nam interdiu uix licet se
tutò abire ob crudelitatem Herodis, quam animo uolue
bat. Iterum obserua obedientiam beati Ioseph.

Et fuit illic usq; ad obitum Herodis,
ut perficeretur quod dictum fuerat à do
mino per prophetam dicentem: Ex Ae
gypto uocauī filium meum.

Hic iterum uidemus sacras literas esse prægnantios
res

MATTH. ENARRATIO. 26

res quam aliæ prophane literæ, et sublimiorē in historiā nonnunquā sententiā cōtineri. Videmus etiam candem esse omnium piorum sortem. Vt filij Israël in Aegypto afflicti fuere, ita omnibus pijs nō deest persecutio, iuxta sententia Pauli, qui inquit: Omnes qui pie uiuere volunt in Christo Iesu, persecutionē patientur. Cœpit quidē hoc in Israëlitis, sed impletur in domino Christo, & quotidie in omnibus fidelibus. Et sicut Christus particeps fit persecutionis & tribulationis populi sui, ita etiam particeps consolationis: imò & nos si crucifigimur, cum illo regnabimus. Iudianus apostata etiā hunc locum calumniatus est. Nemo negat Hoseam prophetam propriè locutum esse de filiis Israël, quos dominus singulari miraculo uocauit ex Aegypto, & locus iste seipsum satis exponit, quantū ad historiā attinet: atqui Christus etiam tunc in populo suo fuit, quem ex præcessit. Vocatur autem Christus ex Aegypto demum, ut memores nos faciat quare uenerit, nimirum ut populum suum ab omnibus persecutionibus liberet. Sequitur nunc de furore regis Herodis.

Tum Herodes ubi uidit sibi illusum fuisse à Magis, indignatus est uehementer: ac missis satellitibus, interfecit omnes pueros qui erāt Bethleem, & in omnibus cōfinijs bethleemiticis, quotquot essent bimuli aut minores, iuxta tempus quod exactè cognouerat ex Magis.

Cap. II IO. OE COLAMPADII IN

Hic uidetis quam truculenta sint ingenia tyranno-
rum, qui pios persequuntur. Cum clapsus esset Christus
& effugisset, Magiq; non reueterentur, Herodes se-
uijt supra modū in innocentes pueros, sperans fontasse
Christum inter illos pueros latere. Impium preceptū
dedit, ut omnes masculi occiderentur, à quibus timebat
ne occuparent terram suam. Potissimum autē seuijt in
bethleemiticos, quia ex prophetia à scribis interpreta-
ta, intellexerat illinc Christum proditurū. Neque fru-
stra positū est suprà, quod iussit diligēter inquirere
Magos, ubinam puer nasceretur. Et sic Herodes distu-
lit aliquāto tempore à cōcepta crudelitate, Magos ex-
pectans ut ad se ueniant. Ut igitur eò melius Euang-
lista illum furorem & seuitiam herodianam nobis si-
gnificet, ponit aliud dictum prophetæ Hieremiac: à
quo Iudæi iterum statim resiliunt, & arguunt Euang-
listam ignorantie, quasi illa non dicta sint de tempore
Christi, sed potius in tempus quando abductus est po-
pulus in captiuitatem babilonicam. Libenter id admits-
timus quantum ad historiam attinet, sed signanter dici-
tur hic id impleri.

Tunc perfectū est, quod dictum fue-
rat ab Hieremia propheta, cum ait: Vox
in Rhamma auditæ est, lamētatio ploratus
& fletus multus, Rhachel plorans filios
suos: & noluit cōsolationem admittere,
propterea quod non sint.

Sicut

Sicut in omnibus confinijs bethleemiticis ob furorem Herodis clamor & ululatus audiebatur, sic etiā in Rhama, in quo loco Rhachel uxor Iacob sepulta est, clamor flentij auditus est. Rhama enim in tribu Beniam in sita est. Olim cum populus duceretur in captiuitatem babylonicā, omnes qui in oppidiis quae sita erant in conspectu Hierusalem, lachrymabātur. Idq; non potuit fieri absque multis cēdibus, unde lachrymæ & lusus ingens excitabātur: idq; in excisionibus ciuitatum licet uidere. Deinde Rhachel dicitur hīc per prosopopoeiam (ut Daphne pro nympha accipimus & pro flamine) & referendū est ad ciuitatē Bethleem. Quomo do enim Rhachel potuit plorare, quæ tot annis prius defuncta erat? Sed ciuitas plorat propter magnitudinē persecutionū, quia nō amplius sperabat liberos. Et cū dicit, nō sint, intellige, quia nō sunt sup̄stites. Apud Hebrews aliquāto diuersius legitur. Nā pro multis legitur amaricationum, deinde nō repetit, sup̄ filijs suis: unde cognoscimus non esse certandum de uerbis, ubi certi fuerimus de sensu spiritus. Neque Septuaginta suis uerbis mentē prophetæ explicat. Sensus est. Dixerat, convertam luctum eorum in gaudium, deinde subdit quod gaudium eorum. Obiicit igitur ob oculos, quomodo populus moerens in captiuitatem abierit: de qua re lege cap. 3. Hieremias. Figurata locutio est ad excitandos affectus cum dicit:

Consolationem) id est, noluit consolari usq; ad ad-

uentum Christi. Ostenditur etiam hic, quomodo Iudea
oppressa fuerit. Aliqui numerant pueros occisos, sed
cum scriptura illud non indicet, nos uolumus etiam igno-
rare. Sicut populus miserè abductus est in captiuitate
grauissimā, ita etiam in illo infanticio miserè afflictus
est ab illo seuiissimo tyranno. Herodes in terra promis-
sionis populū dei uexat, & Pharaon in Aegypto nullā
non molestiam imponit. Præterea scias mentē hic esse
spectrandam potius quam uerba. Due istae persecutio-
nes pulchrè indicātur, non sine mysterio. Euangelista
illas accommodat suo proposito, ut agnoscamus Chris-
tum perfectum liberatorem nostrum in omnibus tri-
bulationibus.

LECTIO.

Hoc habet Euangelista noster quasi perpetuum,
ut singulas historias prophetis quibusdam con-
firmet, huncq; morem hucusque obseruauit. Diximus
enim heri quomodo Christus uocatus sit ex Aegypto,
ut impleretur prophetia Hoseæ: item quomodo truci-
dati sunt infantes iussu Herodis, iuxta dictū Hieremie:
ita nunc quoq; cum adolescit puer & domiciliū habet,
& habitat oppidū Nazareth, à quo nomen assumpsit,
prophetarū adimptionē habemus, quæ testatae sunt
Christum uocandū Nazaræum. Historiā igitur etiam
hanc explicatur, uidemus primum dei misericordiam,
qui exemplo Christi pueri, qui non sinit nos ultra tentari
quam nostra finit infirmitas. Proinde puerū non per-
mittit

mittit diutius in Aegypto, & meritas de Herode sumit poenias. Sicut ille saeuierat in innocentes pueros, ita & singulari iudicio dei adeò furere coepit, ut filios suos, tanquam regnum ambientes, & uitæ sue insidiantes, Alexandrum & Aristobulum, & ferè sub articulo mortis Antipatrum, filios alioqui generosos, & Romano Imperatori perquā acceptos, occidit. Percussus igitur est manu domini Herodes, & graui morbo absemptus, tandem expirauit.

Cæterum defuncto Herode,) Proinde non est timendum nobis ab hisce regibus, qui nō minus mortales sunt quam nos ipsi. Hoc igitur defuncto dicit:

Ecce angelus domini in somnis apparet Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & assume puerum & matrem eius, & uade in terram Israël. Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.

Tertio nunc apparet angelus Iosepho, iterum tempestiuē illum admonens, ut puerum reducat in terram cum matre in qua habitaturus erat, & clarescere debebat. Non caret autē hoc mysterio, quod Christus natus est in Bethleē Iude: nam initio Iudeis Christus annuntiari debebat. Deinde in Aegyptum profugit, postea in Galilaea habitabat, que spectabant ad gentes. Ipsa scriptura per illa insinuat Iudeos occēcandos, & gentes assumendos: de qua re legere poteris Hilarij commentaria in eundem locū. Est etiā hoc uidere: ut Moses

Cap. II IO. OECOLAMPADII IN
olim proiectus in flumen Aegypti, et inde subleuatus
& enutritus in salute populi: ita Christus in Aegyptum
fugit, et uerè liberat, quotquot ei adhaerent.

At ille surgens, assumpsit puerum &
matrem illius, & uenit in terram Israël.

Ibi nempe in terra Israël oportebat adolescere pue-
rum. Mortui sunt dicit, qui uitæ pueri insidiati fuerunt.
Neque omnes qui insidiabantur Christo mortui erant.
Ioseph enim noluit Archelao credere, qui sapiebat mo-
res paternos, homo celestissimus. Herodes tamen mor-
tuus erat, qui magis furore præ cæteris accensus. Iose-
ph igitur obtemperans monitis angelii, assumpsit pue-
rum cum gaudio, uenit in terram Israël, quia uox do-
mini nequaquam negligenda est.

Verum cum audisset Archelaum re-
gnare in Iudæa loco Herodis patris sui,
timuit illuc abire: sed oraculo admonitus
in somnis, secessit in partes Galilææ: ac
profectus habitauit in ciuitate, quæ uo-
catur Nazareth, ut impleretur quod di-
ctum fuerat per prophetas: Nazaræus
uocabitur.

Archelaus filius quidem Herodis, sed à Cæsare desi-
gnatus fuit: & magis rex Iudææ quam rex. Tandem
autem ob insolentiam & obscenitatem morum priu-
tus est regno suo, ac uocatus Romanus, relegatus est in
Viennam Galliæ urbem, ubi eum mortuus est: hocq;
singulari

singulari dispensatione domini factum est, post aliquot annos. Archelaus nouē annis regnauit, postea Pontius Pilatus ei successit. Neq; amplius reges dabātur Iudea, sed presides quos Romani mittebat. Diuisum est postea regnum Iudea, quod Herodes totū possidebat, in quatuor partes, & unaqueque pars principem accipiebat, ut Lucas cap. 3. clare indicat.

In Iudea.) Ea portio Palestinae quæ circa Hierusalem est, Iudea propriè dicitur, quæ autem uersus Tyrum & Sidonē uerget est Galilæa, huic præerat Antipas: frater illius Philippus in Iturea Trachonitidis regionis iuxta Cæsaream, & ferè iuxta originē Iordanis regnabat. Is igitur Archelaus pro Herode patre suo imperium tenebat. Egesippus historicus dicit hunc Archelaum fuisse incestum, & accepisse sororem fratris sui. Est simile peccatum, de quo Ioannes Baptista alium Herodem reprehendit: is enim acceperat fratris mortui uxorem, diu autem iuui fratris. Timuit igitur Ioseph illic abire, quia vir erat flagitosus & impius, neq; satis tutum tunc habitare in Iudea. Neq; hoc sine singulari dei dispensatione factum est: nam in Galilæa initiu predicandi debuit esse, ut postea audietis. Ioseph deum ducē habuit, ut discant omnes qui deum timent, se habituros angelos directores in omnibus periculis.

In partes Galilæa.) Vbi tutius habitabat. Nam aliij duo fratres Philippus & Herodes impij omnino erant. Archelaus etiā titulū regis ferebat, & si Roma-

Cap. II IO. OECOLAMPADII IN

nus imperator ei sceptrum & coronā non concessisset:
debebat enim etiam ipse esse tetrarcha. Accidit deniq;
Herodi quod timuerat, frustratus non solū sua spē, sed
etiam male afflictus est &c.

Nazareth.) Videmus omnino peregrinū Ioseph,
suo artificio nimirum uixisse, & aliuisse diuam uirginē
& puerū Christū. Habuit suum uiatum in Aegyptū
à Magis datum, habuisset etiam in Iudea, nempe
artem, si licuisset illic uiuere, ut in alijs locis.

Nazareus) Ab habitatione, quia ab adolescentia
Christus in Nazareth habitauit, unde nomen id Cmī
stō obuēit. Nathanael dicebat: Nunquid aliquid boni à
Nazareth? idq; non sine diuina dispensatione dictum
erat. Ita nonnuquam ista minima, quæ apud nos putan
tur fortuitò contingere, suam rationem habent apud
deū. Et quamuis Christus Nazareus meritò dicatur,
uult tamen spiritus sanctus, ut etiā cogitemus quidnam
id uerbisonet, nempe esse segregatū, & supra omnem

Cap. 6 more uulgi à ceteris mortalibus sanctificatū. In Leuī
tico habetis de illis qui iuno & ceteris rebus abstine
bāt. Vnde et Christus cognominatus est Nazareus,
eo quod dignus sit hoc nomine. Hucq; nimirum alluse
runt omnes prophetæ, nempe eum qui uerus esset Chri
stus, daturū operam ut sanctitate ceteros præcellat, et
ita se abstineat ab illecebris huius mundi, ut rectè san
ctus uocetur. Non per unū prophetā, ut in latinis qua
busdam exemplaribus habetis, Euangelista noster dis
cit, sed

MATTH. ENARRATIO 30

tit, sed per prophetas. Etsi in Iudicum libro de Sampson tale quid legimus, quomodo abstinuerit a potu uini ab utero matris, cumq; miro robore excelluisse, deinde quomodo expugnauerit populi Israëlitici hostes, Christum etiā sic uixisse, et grauiissimos hostes uicisse: sed mihi hoc arridet, quod generaliter huc spectarint prophetæ, ipsum in iudicio et iustitia regnaturum esse. Sunt qui putant Nazarenum dictū à ψαλ. surculo, iuxta Esaiæ dictum cap. 11. ubi habetur: Et egredietur uirga de stirpe Isai, et surculus de radicibus eius fructificabit. Verū ψαλ. dictio apud Hebræos per zain scribitur cum Nazareus per zain scribatur. Quanuis Iudei nos Nozrim uocent, magis tamē id contumelie gratia faciunt, quam quod uelint nos honesto nomine appellare. Fieri etiam potest, ut Nazareth à segregazione suum nomine acceperit, et ab initio per zain scriptum fuisse, cum apud Hebræos nonnunquam literæ istæ confundantur. Sciamus Christum tanta sanctimonia uixisse, ut iure nomen et Nazarei et sanctissimi eius obuenerit. Ipse segregat se ab illecebribus huius mundi, et uirtutes sequitur. Hæc nobis de adolescentia Christi hic narravit Euagelista, alia quædā apud Lucam sunt, quæ noster omittit: ubi discimus, qua obedientia Christus obtemperauerit parentibus suis, quem nec erubuerit laborare manibus suis, expectas tempus a deo prædefinitum regni dei prædicandi. Non statim incœpit, et si duodecimo anno specimè dederit suæ gratiæ. Has

Cap. II IO. OE COLAMPADII IN

betis igitur hisce capitibus clara initia Christi. Nunc
in sequenti capite de initio prædicationis habebimus.

Lucas habet Christum anno trigesimo esse bapti-
satum à Ioanne. Item etiā habet, cœpisse Ioannem ba-
ptisare populum anno trigesimo Christi. Et quia Chri-
stus cœlestē doctrinā propositurus erat, decebat prius
populum exhortari quod appropiasset regnum cœlo-
rum, et talem doctrinam Christi futuram, quæ facere
posset ciues regni cœlorum. Et iterum suo more testi-
monium subscribit Esaiæ prophetæ, et si etiā in hanc

Malach. 4. sententiam Malachias prædixerit: Ecce ego mitto uo-
bis Eljam prophetam et ceteros. Et ibi certa testimonia ha-
bemus, ita ut nemo dubitare debeat, quin illa sic geri
oportuerit. Erat autem hoc inditium Iudeis et antea
prædictū, ut scirent Christum non tam subito futurum
nisi prædicatio præiuisset, que omnibus prædiceret
eius aduentum. Certè ualde eximium testimonium hic
habemus quod Christus nō semel obijcit Iudeis, quare
non crediderint Ioanni, cum testimonium Ioannis incor-
ruptissimum esset, qui in tanta innocentia laudata ab
omnibus uiuebat: et talem testem Christus
uoluit habere. Delegit etiam locum
commodum omnibus, in quo
populus audiret eum
prædicantem.

C A P V T

CAP V T III.

IN diebus illis accedit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudeæ, dicensq;:

Non ad dies adolescētiæ Christi hæc referēda, sed ad omne tempus, id est, dum hæc res geretur Ioannes incipiebat prædicare. Ioannes inquam, qui expectabatur ut lucifer, qui antecedit diem &c.

LECTIO.

Nulla religio est, quæ posſit consistere absq; certis symbolis, quibus ij qui initiatūr dinoſci posſint ab alijs non initiatis, ut ita confluant in unam quādam ſotietatē. Hoc licet uidere apud ethnicos, qui uni idolo immolant, & apud Iudeos qui circunciduntur. Voluit deus ecclesiam ſibi iungere. Porro ante ambulo illius Ioannes, in munere ſuo habebat, ut pararet domino plebē perfectam. Ut autē proficeret illa plebs opus habebat admonitionibus, deinde etiā symbolis quibusdam, ut coiret populus in unum: unde etiā præceptum Ioannes accepit à deo ut baptifaret, & ut ſibi populum congregaret, id est, discipulos quosdam, paulò post ad Christum mittendos: hiq; discipuli Ioannis regnum Christi expectabant, & eis præcipiebatur ut resipifcerent. Quoniam igitur prædicationis initium Christi statim deſcripturus eſt Euangelista, etiā hoc indicat, quomodo Ioannes parauerit ſibi populu. Utile eſt uidere quare institutus fit baptismus. Ille enim institutus eſt ad

Cap. III IO OECOLAMPADII IN

congregationē eorum qui sunt eiusdē religionis. Alius baptismus Ioannis, & postea alius Christi. Qui dicebantur discipuli Ioannis, hi baptisma Ioannis habebāt: et si Christum nondum agnouerint, tamē sperabant regnum Christi in foribus esse. Sed Ioanne in vinculis detento, incœpit baptismus Christi. Ioannis baptismus erat externus, aliis autē est internus, & illis qui baptisantur igne & spiritu intus, seruit externus baptismus. Mose baptismus erat in sola figura, i. Co. 10. In mari enim & in nube baptisabat. Et quid est hoc dicere, nisi quod mare rubrū & nubes typus baptismi nostri sint? Vides illic mare crassum quiddā, uides nubem cœlestē quiddā: ita & hic pro mare aquā, et pro nube gratiam habetis. Baptismus autem Ioannis erat præparatio populi ad Christi aduentum, ut expectaret iam Christum propediem aduenturum. Neq; tantē perfectionis erat illius baptismus quantē Christi: quia quandiu Christi sanguis non erat effusus, nulla remissio peccatorū erat perfecta. Nihilominus postea ita uocatur, sed non ob alias causam, quam quod præparet, ut homo idoneus fiat ad suscipiendam gratiam: Christi enim baptismus est perfectissimus. Neq; de externo loquor, sed de illo quando suscipimus spiritū sanctum, & ubi diuinæ motiones senserimus in nobis ueraces, et non fictas. Eratque symbolum externum in hoc ordinatū, ut populus asueret, & non abhorreret ad baptisma Christi: & uelut uoluit ecclesiam suam colligere, res hæc per quam

MATTH. ENARRATIO. 32

quam necessaria erat. Etenim uidemus nullos capaces esse diuinæ gratiæ, nisi prius se parauerint aliquo modo. Neq; ob id excludimus diuinā gratiā in prius, sed dico de epulonibus huius seculi, quos non inuenies ad Christum ire, propter uoluptates continuas & comedationes. Neque præterea solum à cibis abstinentiam erit, sed ab omni crudelitate, rapina, & alijs peccatis. Et nisi ista admonitio præcedat, nequaquam illi diuinæ gratiæ participes erunt. Etsi deus sua potentia in momento illos conuertere poterit, sed suum ordinem seruat, quæ spectare debemus et nequaquam cōtemnere. In promptu etiam causa est, quare populus tam malus sit, quia nullam poenitentiam agunt prioris uitæ, ideo etiā nullos fructus dignos proferunt. Euangelij prædicto illis magis in condemnationem prædicatur, ut Iudeis, quam in bonum, quia carent omni timore: cum timor domini initium sit sapientiæ. Et nisi homo seipsum agnoscat, incipiatq; sibi displicere, frustra Euangelij annunciationem audit. Quod igitur officium Ioannis Baptiste? Prædicare poenitentiā. Idem Iosephus histo riographus de Ioanne scribit. Vide Iosephum lib. Anti quitationum Iudaicarum 18. cap. 10.

In deserto.) Lego illud cum Euangelista, et si Secu tuaginta aliter habeant. Locus iste perquam idoneus erat, & ad prædicandum & ad baptisandum. Nam qui Jordanem uolebant transire illac iter faciebant: illic enim trajectio erat, ideo magna pars hominū confluens

Cap. III. IO. OECOLAMPADII IN

bat, et a via ueniebat Hierusalem, et audiebant Ioannem cōcionantē. Ibi etiam cōfinia Iudeæ et Galilææ. Tametsi ibi syluae et solitudines, tamen locus cōmodus propter Iordanem.

Resipiscite, in propinquō est regnum cœlorum.

Certum est Ioannem hæc tam pauca uerba non solum esse locutum, sed iustas cōciones habuisse de Christo ipso quem expectabat, docuisseq; qualem populum Christus uelit. Et populus dei rectè appellatur regnum cœlorum. Indicabat etiam pœnas illorum, qui incomparati uenirent. Summarium solum Euangelistæ ponunt totius cōcionis Ioannis. Scolastici autem theologi ex hoc loco tres partes colligunt pœnitentia, qui plane non sunt audiendi. Ex interpretatione satis apparet, quid sit resipiscere. Et in prophetis clarum est illud significare, à uia mala recedere. Neque confessio ibi fundatur, neque contritio, neque alia huiusmodi deliria: quamuis qui uerè pœnitent, à peccatis cessabunt, uirtutibusq; se exercent: nam illa sunt conseq̄tanea. Sed ideo illi nō possunt colligere, ex operibus nostris uitam esse æternam, et remissionē peccatorum acquiri etc. Nos etiam pœnitentiam prædicamus. Neque populus capax euangelij erit, nisi absterreatur à peccatis suis.

Nā hic est ille de quo dixit propheta, qui ait: Vox clamantis in deserto, para te uiā domini, rectas facite semitas eius.

Ioannes

Ioannes satis humiliter de se loquitur, & dicit se solum organum esse à deo electum. Ita paulus se nihil esse dicit, neq; Apollo. Vnum hoc possumus præstare, quod clamamus, reliquū ad deum pertinet. Spiritus est qui corda hominū illustrat cognitione uera dei, quiq; etiam incrementum præstat. Voces sumus clamantes, & præterea nihil. Tamen interim danda est opera, ut ministerio nostro bene fungamur, uti Paulus præco Christi nos docet. Est enim hic pulcherrimū exemplū illorum, qui docere Christum uolunt cum fructu, quomodo uitam instituere, & quomodo agere in contionibus suis debeant.

Parate.) Quomodo paratur uia domini? Nimirum si conuertimur ad ipsum dominum, ut ipse dignetur habitare in nobis. Sumus templum dei, quando corda nostra parata sunt, & firmiter ca credimus de Christo quæ scriptura nobis proponit: atq; tunc etiam habitabit deus in nobis. Per fidē enim habitat in nobis. Ita et semitæ dei rectæ fiunt, quandoquidem dominus dux noster esse uult. Videte ut & uos parati sitis. Habet autem in medio filiorum suorum dignabitur dominus, per gratiam suam potissimum. Ioannes magis uoluit ut corde uenirent & se pararent, quam pedibus & uestitu, quia postea hypocritas sæuerissimè arguit. Vult dicere: Hactenus uias non præparasti domino, humanis traditionibus & hypocriticis ceremonijs oculi pati fūstis, & que foris sunt, nō quæ intus mūdastis.

Cap. III. IO. OECOLAMPADII. IN
iam decet ante omnia ut plebs domini sit perfecta. Scindite corda uestra, non uestimenta &c. Plerique occurserunt Christo & externos honores exhibuerunt, sed neque ob id Christo gratiore & acceptiores fuere: neque sacrificia illorum hominum approbavit deus unquam. Summa igitur prædicationis Ioannis huc tendit, ut populum talem faciat concionando, qui dignè Christum accipiat, et cù quo dignè habitet. Hic quoq; scopus noster sit, eoq; tendat animus noster, ut paremus uiam domini. Speramus enim quod populus dei sic se habeat, quò deus magis magisq; inhabitet. Lucas citat alia ex illa prophetia, nempe: Omnis uallis implebitur, & oīmons & collis humiliabitur, & fient quæ obliqua sunt directa, & aspera uertentur in uias planas, & uidebit omnis caro salutare dei. Quæ sic exponunt: Quæ superba erant in hoc mundo, & quæ desperata, aduentuente Christo emendabuntur. Hæc in genere præmissa sunt, nunc autem ut testimonium Ioannis maiore auctoritatem habeat, sanctimoniam illius, & quantum autoritatis apud omnes habuerit, describit.

Ipse uero Ioannes habebat indumentum suum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos suos, Porro cibus illius erat locuste & mel siluestre.

Oportuit Ioannem, qui in spiritu & uirtute Heliæ uenturus erat, externo quoq; habitu Heliæ repræsentare. Nam etiam ille non habebat ciuilem cultum, sed multitudine

MATTH. ENARRATIO. 34

multuarium & aggrestem, quemadmodū minimus ex plebe. vestis prophetarum olim non superstitionis fuit, ut hodie monachorū hypocrisis affirmat, quæ pleraq; religiosius obseruat quam utile sit. Quamvis etiam qui religiones istas instituerunt, non in hunc usum instituerunt: idq; apparet in hoc, quia Franciscani apud Italos, & Dominicastri apud Hispanos communē habent uestitum. Stulta autem credulitas sic delectū habuit in uestitu, quasi religiosior quis sit apud deum & melior, hoc tam stolido uestitu. Cur nō in syluis habitant sicut Helias & Ioannes, & relinquunt pallatia regū? Vestitus Ioannis fuit tenuis, & talis qualē illi gerunt, qui in agris habitat, qui ferè uilissimis uestibus induiti sunt, & absq; cultu. Sunt enim multi camelii apud illos, ex quorum pilis omnino cōtemptissimas uestes faciunt. Ornatus præterea in zonis in ea regione frequens est, & superbus, quia gerunt aureas zonas &c. Ioannes autem Baptista nihil illius cultus habebat, sed quam simplicis simē ambulabat, ut uideamus quale regnū Christi. Nō oportet molliculas istas uestes spectare, quas molliculus grex sacerdotum nostrorum gerit. Valeant hi.

Cibus illius.) Plerique locustas putant Ioannem comedisse, & Plinius in esueas esse dicit. Aethiopes locustas aliquanto maiores nostris habent. Sit qualisq; cibus, fuit tamen uilissimus. Neque mel illud in delicis habuit, sed pro sustentamento uitæ. Illa uitæ seuerissimam autoritatē doctrinæ Ioannis fecit. Decet

Cap. III IO. OECOLAMPADII IN

ut nos castigemus corpus nostrum, ne reprobi efficiamur. Neque superstitione omnia imitemur, sed caueamus à crapula, & alijs rebus que incitamenta sunt ad uicia, ne male audiat per nos uerbum domini.

Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & tota Iudæa, totaq; regio undique finitima Iordanis, & baptisabantur in Iordan ab illo, confitentes peccata sua.

Vt uideas locū istum quasi in meditullio esse situm, ubi Ioannes populum ad se uenientem, & peccata sua confitentem, baptisabat. Veritas lucem non auersatur, immo fugit tenebras. Veritas prædicada, ubi populus multius cōgregatur. Paucis in præcedētibus prædicationē Ioannis Euangelista delibauit, nunc de symbolo suo quedam dicit, estq; sententia: Fatebantur se esse peccatores, pollicebātur se innonatueros uitā suam &c. Incep̄tē igitur colligunt papistæ confessionem. Quis autem negat, peccata non debere confiteri? sed deo, & lias nullam remissionē & misericordiā dei haberemus. Sed etiam remissio peccatorū nostris uiribus non consequitur. Illi solum se parabant, neq; habebant remissionem peccatorū: & ita se parabant, ut acciperent Christum, qui uerè erat remissurus peccata ipsorum.

LECTIO

VIdisti heri quomodo ad prædicationē Ioannis magna multitudo populi affluxerit, & tincta in Iordanē confiteri peccata sua cœperit, ut uidemus uerbum

uerbum dei nequaquam frustra emitti, quin affrat suum suum, sicut est apud Esaiam prophetā. Verum ut contingit in omni multitudine, inuenies ibi bonos & malos. Semper enim mali bonos in speciem imitari student, & quod ad externa ista attinet, nonnunquā etiam antecedunt bonos. Non est autem hæc minima pestis in ecclesijs, quamvis boni sic exerceantur. Proinde uidēs Ioannes quosdam animo minus sincerè accedere baptisma suum, illos satis acri oratione obiurgavit. Decet enim ut hi acerbius perstringantur qui sunt eiusmodi: neq; hoc lenitati spiritus præiudicat. Videmus id ipsum & apud Christum, qui publicanos non est aspernatus, & illorum accessit coniuia, quiq; passus est se tangi à muliere peccatrice, & publicanū in apostolum uocauit, cui denique ubiq; gratia est in sermonibus, idem tamen saceruissimè phariseos et hypocritas ubiq; perstringit, & miris coloribus depingit. Decet enim ut cōtemptores ueritatis grauius redarguantur. V idens igitur Ioannes multos phariseos & saduceos etiam confluere ad baptismū suum, sed non cum tanta puritate mentis quæ oportebat, quiq; mundabant id quod foris coinqua- tum, & relinquebant id quod in us erat. Vnde dicit:

Cum uidisset aut̄ multos ex phariseis & saducaeis uenientes ad baptismū suū, dixit illis: Progenies uiuperarū, quis uobis submōstrauit, ut fugeretis à uētura ira?

Ne à scopo aberretis, omnem sermonem Ioannes conuertit contra hypocrisim, & fictam Pharisaeorum mentem, quasi dicat: Fœtus uiperarū, qua mente uos huc aduenitis? quis ostendit hoc uobis? quóue autore id fit? Non utique spiritu sancto mouete uel ductore adestis, sed quæcunq; facitis, ad imperium ostentationis facitis. Ipsa ambitio, ipsa uanæ gloriæ cupiditas monstratur hunc fugeretis, quasi etiam ipsi uenturam iram externa ablutione illa amoturi. Et quandoquidem plurimum gloriabat in uirtutibus parentū, patriarcharum & prophetarū, dicit illos esse fœturas uiperarū: non filios Abrāhæ, sed potius filios diaboli, & serpentis uenenati: Diabolus enim pater mendacij est. Præterea etiam Iudæi naturam uiperarum, quæ matres suæ occidunt, habent: Nam illi omnes suos prophetas persecuti sunt & occiderunt. Dicit igitur: Vos fœtus uiperarum, non uenitis ueritatis gratia &c. Latebat dous in istorū pectoribus, ut Euangelistæ Lucas et Ioannes apertius commemorat, quomodo miserint sacerdotes à Hierusalem præcipuos quosam, qui interrogarent Ioannem Baptistam, nunquid esset Christus: quæ interrogatio non carebat dolo, unde & Ioannes uocat illos filios serpentum & uiperarum.

(Submonstrauit.) Quotquot huic ueniunt, hac ratione ueniunt, ut iram uenientē deuitent. Nunquid etiā uos sic aduenistis? Nequaquam. Hoc etiam falsis Christianis dicemus, qui sic ad nos ueniunt, nihil preter nō
piena

men & symbola quædā habētes: præterea sunt osores
ueritatis. Quis illis ostendit ut fugerent iram dei?

Facite igitur fructus, qui deceant poe-
nitentiā. Et ne sitis hac mēte, ut dicatis in-
tra uosipso : Patrē habemus Abrahā.

Non abiicerem uos, quamuis adueneritis animo mē-
nus iusto & pio, modo adhuc mutetis animos uestrōs,
& faciatis fructus dignos pœnitētiæ ueræ. Sicut hacte-
nus fuistis alieni à fide in Christum, & nimium fidutiæ
in uestra opera collocastis, ita nunc submissō supercilio
opera uestrane magnificatiſ, ſed deo detis gloriā, &
fructus qui decent pœnitentes, facite. Pro superbis ſutis
nunc humiles, pro iracundis mites, pro libidinosis puri
& casti, pro auaris misericordes ac liberales, ita ut ui-
deantur etiā iam boni fructus. Non ſatis erit effugisse
peccatum, niſi adieceris etiam uirtutes, & niſi fructus
bonos declaraueris. Vides hoc in loco externa opera
fructus uocari pœnitētiæ: que nimirū procedunt ex
interna fide, que hominem uerè pœnitentem faciunt.

Ne ſutis.) Ne uide amini, & pro magna re habeas
tis, quod ex patribus prognati ſutis, id est, ut cogitetis
intra uosipſos: dicere enim hic eſt cogitare. Ne
ſint tales cogitationes ueſtre, ne fallatis uosipſos, dicen-
tes: Abraham dicit & ſunt promiſſiones, & quandoquidē
illi dicit, & deus eſt uerax, nos quoq; non periclitabi-
mur, quia iuxta carnem ab Abraham ſemine descendis

Cap. III DE IO. IN ECOLAMPADII

mus &c. Porro qui fide illum refrunt, quicquid deum timet ut Abraham, hi germani sunt eius filii. Nam re uera Iudei isti non habebant Abraham patrem, nisi iuxta carnem: Deus autem carne non respicit. Habebant alias etiam gloriationes, sicut in templo, in monte Zion, in ciuitate Hierusalem, propter promissiones datas a deo. Illi autem non attendebat, quibusnam illae promissiones essent datae, et quod non ad infideles pertinerent. Sunt nobis promissiones plurimae & sanctissimae, ne dubitemus, quin deus omnia facturus sit quae promisit. Sed quibus haec sunt promissa? utique fidelibus, et ipsis qui uerè in deum credunt, et quorum fides per charitatem operatur: ipsis inquam fidelibus tam amplas promissiones dedit, et ipsis uerax erit deus. Iam si tu solis promissionibus uelis esse contenus, agens uitam cotaminasse tissimam, te ipsum decipies quemadmodum Iudæi: uana est huiuscmodi cogitatio.

Dico enim uobis, quod possit deus facere, ut ex lapidibus ipsis filii surgant ipsi Abrahæ. Iam uero & securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur.

Vult dicere: Non est uobis alligata diuina promissio: nam si uos male egeritis, deus poterit aliud populum excitare, et uos relinquere, cum sis omnino lapidem
ad omne

ad omne opus bonum, & insensatores animantibus,
in peiores gentibus, que nunc ligna, nunc lapides adorant. Ioannes Baptista omnino omnipotentiam dei
ante oculos Iudeis proponit, quod deus non uni genti
addixerit suas promissiones. Si Iudei non perfliterint
in uerbo suo, nihil eis debetur: nam sunt adiunctae con-
ditiones istis promissionibus. Infra cap. octauo habebi-
tis, quod multi ab oriente & occidente uenturi sunt, &
accubent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno
coelorum: filij uero regni ejicientur in tenebras exter-
nas, illic erit ploratus & stridor dentium. Haec etiam
prædictio Ioannes. Videtis quam ardua prædixerit illis,
nimirum uocationem gentium, & occocationem Iue-
dorum. Porro ut moneat illos, iudicium dei ante oculos
proponit, quod iam proximum sit.

Securis.) Per securim intelligimus iudicium dei.
Nam quemadmodum arbor que excutatur, quod per
securim fit, omnino omnem vim suam amittet: ita cum
uenerit iudicium domini, qui perituri sunt peribunt, &
amittent corpus & animam. Item bonos ramos securis
& malis separat. Gentem illam omnino excidendam
Ioannes dicit, nisi paenitentiam agat: quam non egit,
ideo quædam reliquæ abiectæ sunt, & quædam ex popu-
lo seruate. Securis hic diuini iudicij symbolum est. Com-
parat etiâ Iudeos arboribus, quod bene notandum est.

Omnis arbor.) Hoc erit iudicium: Nisi bonum fru-
ctum fecerint, ignis æternus & inextinguibilis perdet.

Cap. III IO. OE COLAMPADII IN

illos & consumet. Nam postquam arbor illa excisa fu-
rit, uel homo discesserit ab hac uita, sentiet illa. Prius
excinditur arbor, deinde mittitur in ignem. Credamus
uerum esse deum iudicem, qui nihil sinit impunitum,
sive Iudeus, sive Græcus, sive ex tribu Leui, uel regia
quis sit. Si non fuerit arbor proferens bonum fructum,
etiam si frondescat, excindetur, ut de fieri quam maledi-
xit dominus in Luca habetis. Huc usque perstrinxit
sadducæos & phariseos, qui accesserant ad eum. Tres
sectæ Iudeorum fuere, de quibus in alijs locis dicam.
Vbi autem illos satis humiliauit, testimonium Christo
incipit perhibere, ut etiam ante a præmisimus.

Ego quidem baptizo uos aqua ad
poenitentiā, at ille qui post me uenturus
est, fortior me est, cuius nō sum idoneus
ut calciamēta portē. Ipse uos baptizabit
spíritu sancto & igni: cuius uentilabrum
in manu ipsius, & repurgabit areā suā,
& cōgregabit triticū suum in horreum,
paleam autē exuret igni inextinguibili.

Vult dicere: Neq; in hac aqua qua à me ablui-
ni, confidendum uobis erit, quia ista nō poterit saluare,
licet in poenitentiā baptisemini, id est, moneo uos hoc
symbolo, ut faciatis rectas eius semitas, & dimissa infor-
delitate uestra, iam uera fide deo adhæreatis, & feratis
fructus dignos poenitentiæ, hocq; admonuerim meo ba-
ptismo

MATTH. ENARRATIO. 38

ptisimo. Colligemini igitur in unum, ut deus habitet in uobis. Externū quiddam solū confero, dominus autē ille est qui gratiam confert: quale & nos etiam possumus præstare, si dominus concesserit nobis uerbum suum. Docemus & admonemus, neque pectora hominū possumus mouere: aliis est qui intus hominem & moueat & doceat.

Fortior me.) Admodum humiliter uidetur loqui, sed magna encomia sunt Christi. Nam quæ Christo tribuit, nemo præstare potest, nisi & idem sit deus: facit enim Christum autorem omnis sanctimonie & omnium iæritutum, deinde & iudicem. Proinde Christus est dominus & deus, cuius est omnis potestas, & à quo omnis sanctificatio. Magna igitur in illis uerbis Christi laus ponitur. Dicit: Ego anteambulo eius sum, iuxta Malachiae dictum, qui ait: Ecce ego mitto ante te angelum meum &c. Et cum dicit, Post me: uult dicere, Statim post me. In Ioanne Euangelista habemus, Ante me factus est, hic fortior me est: ut uideas illius Christi longè ampliore dignitatem esse quam Ioannis, si Christum cum solo Ioanne contuleris. Necesse etiam Christum dominum confitearis, si seruulum agnoscas. Angeli non patiuntur ut salutentur à nobis tanquam domini, neque ulli sancti, quia illud nomen solius dei est. Vult dicere, Bene fortior me est, nam ego nullas uires uobis præstare possum, hic autem & uires & sanctimonia ueram. Ego eti si multa iussero, & legem tulero, nequaquam

Cap. III : IO. OE COLAMPADII IN

tamen possum dare illi uirtutem proficiendi: hic uero qui fortior me est, & illis qui me antecesserunt, & illis qui post me ueniūt, potest dare & perficere quicquid uult &c. Itaq; omnes quos Ioannes congregat, non sibi sed Christo congregat, & ad illum remittit.

Cuius non sum.) Habent hic aliqui multas allegorias, quas omitto lubens. Omnino Ioannes hoc modo loquendī suā on humilitatē indicare uoluit, & se non esse dignum qui seruat Christo. Ioannes longè sanctissimus inter omnes natos mulierū, cuiq; tantum testimonium per omnem scripturam, is dicit se indignum esse. Quid igitur cæteri confidunt in suis operibus, tanq; sublimē de scipis sentiunt? Dignū est ut illum sequamur, quanticunque simus.

Spiritu sancto.) Antithesis pulchra. Ego aqua baptizo, ille spiritu sancto & igni. Confer aquam & ignem. Aqua sc̄erē inutilis est & minimē efficax, ignis agilis & efficacissimus. Spiritus sanctus etiam ignis dicitur. Sic deus sua uirtute hominū pectora innouat, quæ anteā erant saxeā, & diuinæ legis minimē capaciabantur nunc carnea & mollia, ita ut in eis deus leges suas

Cap. 3 inscribat, iuxta testimonium Hieremiac prophetæ. Natura enim animales sumus, & ea quæ dei sunt non percipimus neque sapimus, quia omnes amamus nosmet ipsos. Natura negamus quodāmodo deū, neq; uerēmētuimus, adeò infecta est humana caro. Et quicquid cognitionis homini datur, minus est q̄ ut possit hominem permeat

permouere, ut toto corde deum amet: spiritu autem sancto dato cor immutatur, ut omnia alia homini displaceant et desipiant, & deus maximè placeat, ut nihil nō facere paratus sit propter deum. Illæ motiones humanae non sunt, sed diuinae. Huiusmodi nominibus nominatur illa motio, non enim possumus eius naturam exprimere. Videlicet quid uentus facit? nauim impellit momentum uno, per aliquot multa stadia, tanti est impetus. Talis etiam est fortitudo, & maior uis, diuini spiritus, ut id quod nobis omnino impossibile, acti illo spiritu, iam non frigide & tepide, sed alacres faciamus. Spiritus autem sanctus ad sola sancta & pia dicit, non ad obscenæ & turpia. Et quæadmodum spiritus, ita & ignis ardorem & feruore immittit &c. Filio omnes dati sumus, & per filium mittitur spiritus sanctus, iuxta illud: Ascendens in altum, dona dedit hominibus. Hec sunt dicta de misericordia domini & longanimitate, à quo speranda est salus. Qui uero illam contemnit sauerissimum dei iudicium subibit.

Ventilabrum.) Quasi diceret: Scitote illum esse iudicem, datum est ei omne iudicium. In manu eius, id est, in potestate sua habet. Comparamus nos uarijs granis. Nam si boni fuerimus, comparabimur granis tritici cum cōgregantur in horrea. Si autem impij fuerimus, & nullum bonum fructum tulerimus, palecis in quibus non sunt grana, & stipulis comparamus. Ipse igitur iudex erit. Cōparatio illa sumpta est ab agricolis,

Cap. III IO. OECOLAMPADII IN
qui purgant frumenta. Congerunt triticum, id est, qui bonum fructū attulerint, aliquando futuri sunt esca dei & cibus, in quibus deus oblectatur, & electi filii dei. Horreum, id est, regnum dei, in quo omnes sancti dei simul gaudebunt. Palea sunt illi in quibus nullus est fructus fidei, id est, qui nō crediderint in Christum: & quorum fides uana fuerit, illi hypocritis cōscruntur. Inextinguibili.) Omnis alius ignis extinguitur est, sed ignis ille æternus, quo cruciandi sunt impij, inextinguibilis est, ut in Esaiā cap. ultimo patet.

L E C T I O .

Tunc accedit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab illo. At Ioānes prohibebat illum dicens: Mihi opus est ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus dixit ad illum: Omitte nunc, sic enim decet nos ut compleamus omnem iustitiam. Tunc omittit illum. Et baptisatus Iesus, ascendit protinus ab aqua: & ecce aperti sunt illi cœli, & uidit sp̄iritum dei descendenter tanquam columbam, & uenientem super ipsum. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.

Connectit Euangelista hæc superioribus, & dicit:

Tunc

Tunc, id est, illo tempore quo Ioannes domino viam
præparauit, et cum populus congregaretur ad baptis-
mum Ioannis, & audiret instare nunc regnum coelorum,
& proinde agendam esse poenitentiam: tunc absque
omni mora et dilatione proficiscitur Iesus à Galilæa ad
Iordanem. Et iterum adimpletur quod dictum est per
Malachiam prophetam: Et statim ueniet dominator Cap. 3
&c. Nam ad populum suum & congregationem, an-
gelus domini, qui est Ioannes, talia dixit. Et postquam
orta est aurora, sol nihil cunctatur, sed & ipse statim
emicat & appareat. Erat tunc Christus, quemadmodum
habemus apud Lucam, annorum circiter triginta: neq;
hoc mysterio caret. Nolebat enim Christus à pueritia
inchoare prædicationē suam, sed in ætate perfectiori,
in qua plus est constantiae: admonens interim, ne quis
ante tempus currat non missus. Videbimus itaq; ab ini-
tio prædicationis quomodo Christus se aptauerit per
omnē humilitatē, nullum intermittē omnino officium,
quod uel minimum deceret. Itaq; tunc aduenit Iesus

A Galilæa.) Quemadmodū aliis quispiā è media
turba ad Ioannem uenit. Scimus à reditu suo ab Agy-
pto, interim domiciliū & morem habuisse in Galilæa:
noluit enim in Iudea habitare. Quid autem Christus
interim egerit, Euangeliſta nō explanat: sed cōiectare
facile possumus, neq; otiosum fuisse Christum, neq; uac-
casse literis, ut Iudei obijciunt. Nimirum subditus fuit
parentibus, nec etiam erubuit labore manuum illos iua-

Cap. III. 10. OE COLAMPADII IN

uare, sicq; uictum inde sibi parare.

Iordanem.) Fluuium insigne, & baptismo Ioannis magis celebrem. Multa miracula olim cum populus Iudeorum in terram promissionis transiret, in Iordanem facta sunt. Stetit enim Iordanis, & populo praebuit transitus. Sed nūc multò celebrior fit baptismo Christi.

Baptizaretur.) Res perquam mirabilis est. Nam si uideres uirtutem baptismi Ioannis, qui erat in pœnitentia, quiq; cōciliabat sibi discipulos expectantes regnum dei, & propter hoc pœnitentiā agentes, in cuius signum symbolo baptismi abluebantur, quod parati iam erant sic etiā sordes suas, hoc est animæ, abiecere. Venit Christus quasi unus ex peccatoribus, cum ipse solus omnium absq; peccato fuerit, quiq; baptismō misericordie pro seipso eguerit. Quamuis autem non erubuerit sic baptisari, tamen alia multa commoda nobis attulit: nempe ipse baptismum nobis consecravit, & initium fecit baptismi, ut illi qui ritè baptisantur, populo dei adaptetur. Sunt qui cōtendunt baptismū aquæ institutum esse, cum Christus apostolos mitteret ad prædicandum, sed falluntur. Certum est Christum suo baptismo illum sanctificasse, deinde discipulos baptisasse alios: & iam coepit maior esse baptismi dignitas, quam ante erat. Imò hoc nomine potissimum nos multum uenerari debemus baptismū, sic cogitantes, quis sit, & quantus sit dux noster, qui in omnibus illis uoluit etiam nos præcedere. Paucā habemus sacramenta ecclesiæ, illa nempe

MATTH. ENARRATIO. 4.

nempe quæ Christus primo initiauit, & suo usu com-
mendauit, baptismum & coenam, quæ iure omnibus
fidelibus sacratissima sunt. Quāvis autem omnia san-
ctificata sint, quæcunque unquam Christus pro nobis
fecit, alia tamē est sacramentorū sanctificatio in symbo-
lis. Externus baptismus non sufficit, sed qui in spiritu
fit, ut Ioannes Baptista prædixit. Magna insuper hic
apparet modestia Christi. Sicut non erubuit circuncidi-
& frequetare festa illa iudaica, quæ diligētissimè custo-
diebat, sic etiā nūc omnino humiliter se agit, dans ex-
emplum nobis omnibus, ut qui plus gratiæ habent, ne
se separēt ab alijs, quasi sanctiores et digniores, sed ma-
gis cæteris sese aggregēt, quō illos ad ueritatē ducant.

Opus est.) Obstupecit Ioannes, quia maximā Chri-
sti humilitatem uidebat in spiritu, et uerum filium dei,
messiā, prophetā, missum à deo, quomodo iam ante a
prædicauerat, & cui tantū testimoniuū perhibuerat,
quod in manu eius esset uenitabrum &c. Cum igitur
Ioannes illum magnum regem uideret, cuius autoritas
incomparabilis erat, planè indignum ratus est, ut
ipsum baptizaret. Estq; sententia Ioannis: Non so-
lum ego, sed etiam totus mundus opus habet, ut per te
purifetur, & tu uenis ad me, quasi ego aliquid sim.
Tu dominus es, & ego seruus &c. Nemo saluus fit,
nisi in nomine domini Iesu. Ita sanctissimi quiq; agno-
scunt se beneficio Christi saluos fieri.

Omittit nunc.) Consilijs dei omnino non est oba-

Cap. III IO. OE COLAMPADII IN

strependū. Ita Christus reprobuit etiā Petrum & dios, si
qdstatuisse illi interpellaret. Vult dicere: Scienter ago
quod facio, decet etiā hoc. Nō arguit hīc Christus Ioan-
nem quasi male locutus sit: nā res uerè ita sese habebat,
quia Ioannes opus habebat baptisari à Christo, & erat
quodāmodo baptizatus à Christo: sed ita necessitatem
huius mysterij uult nobis commendare. Discamus alijs
dare exemplū humilitatis. Nā si Christus nō baptiz-
tus esset, quotus quisq; non detrectaret baptisari? Opus
perficta fide, & fides illa perfecto opere se declarabit;
& ubi declaratio illa, ibi & cōfessio, tuncq; nostra fides
integra iustitia erit. Decens est ut nos etiam impleamur
perfictā iustitiā, in ijs quæ pertinēt ad cōfessionē fidei.
Baptismi & coenæ symbola instituta sunt, ut in illis si-
dem nostrā protestemur: quāuis iustitia exigat, ut fratē
alijs bonis operibus ornemus, sed huiusmodi symbolis
illud maximē declaramus. Hoc nos præcipue decet, qui
tanquā duces sumus religionis, & ut alijs aditum facia-
mus, & qd eis faciendū sit ostēdamus: hæcq; erit omnis
bus ianua religionis & ingressus. Quid si quis autē dis-
cat se credere, & perpetuò renuat baptisari? Scias il-
lius fidem esse uanā & fictam. Sic etiam licet iustitiam
uidere in ijs quæ minima uidetur. Parum alicui uident
tingi aqua? Fateor in specim p̄aua res est, sed maxis
mares si ordinem dei spectes, ut annumereris in filios
dei. Hæc numeratio nō esset, nisi Christus consecrasset
baptismum suo exemplo.

Omittit

Omittit illum.) Iam antea declarauerat necessitas
tem rei, ideo Ioannes non potuit amplius contradicere,
sed erat per omnia obtemperans. Fuit tunc mos com-
munis apud Iudeos, ut mergerentur quam sacerdissime in
aquis, id quod uerbi uis quodam modo indicat. Sed nulla
necessitas est, ut quicq; in profundum aquæ mittantur,
omnino sepeliantur aqua, quia minimum in aqua
externa existit. Ut cumque aqua attincti simus, modo
adsit fides, nihil refert, & ut annumereris populo dei,
per te uel alios. Pleriq; martyrum uix guttulis aliquibus
attincti fuerunt. Si quis autem curiosius contendere uelit,
hunc sinamus: nam nos scimus Christi baptismum in
spiritu esse, ubi corda nostra innouantur, ut clamare
possimus Abba pater: quamvis illa immersio ueram si-
gnificationem baptismi habeat. Baptismur in mor-
tem Christi, & quodammodo sepelimur cum Christo.
Egredimur ex aqua, ut sic resurgamus noui homines
cum Christo. Hoc mysterium ad Romanos & Colosa-
enses Paulus paucis indicat. Quod nobis bene obser-
uandum est, ut memores simus, quotquot baptizati su-
mus, in mortem Christi baptizatos esse. Quid signifi-
cabit, mergo in aqua, nisi quod testabatur se moriturū
& resurrecturū in nouam uitam? Unde est quod præci-
pitur eis qui baptizantur, ut renuncient huic mundo &
pompæ, id est, ut moriantur iam peccato, & incipiant
esse filii dei. Hec aut̄ est renūciatio, ut moriamur pec-
cato, & hæc quotidiana mors nouos homines facit.

Cap. III IO. OECOLAMPADII IN

Statim.) Illud statim, referri potest ad, Ecce cœli aperi-
ti. Vel coiunge cum avēlē, et sic habes mystriū: nam
non diu morti obnoxius futurus erat Christus, neq; diu
mersus aquis, neque diu mansit in flumine, sed statim
ascendit: nam tertio die debuit resurgere à mortuis.
Tribulationes uitæ momentaneæ hic indicantur. Ma-
gna autem consolatio est nos ab aquis tribulatio num
liberandos, & in nouam & immortalem uitam resti-
tuendos. Huiusmodi enim significationes baptismi nō
sunt nostra commenta: Paulus ijs est usus, ideo nequa-
quam licet illas contemnere. Videmus itaq; quomodo
baptismus Christi celebratus sit, sed qui effectus illius,
quæq; nos indipiscamur, posteriora indicant.

Aperti sunt.) Spiritualibus oculis uidet illa ma-
gna mysteria. Neq; necessariū ut asseramus, quasi que-
dam fissura sit in cœlo, quia spiritualibus oculis uiditiā
gratiam humano generi concedi, & paradisum, qui
clausus est homini propter peccatum Adæ, iterum ape-
riri. Omnia enim illa, quæ in Christo impleta sunt, ad
nos attinent, & nostri causa facta sunt, ut nobis aperi-
antur cœli. Christus qui semper in sinu patris est, ille es-
reuelauit, illeq; simul in cœlo & in terra est. Vnde non
propter Christū hæc facta sunt, et si humanitas Chri-
sti ita testimonium accipiat, sed propter nos.

Descendentē.) Vedit non spiritū iratum, sed colum-
binam mansuetudinē habentem. Nam Christus propa-
ter suam benignitatem & suavitatem mirè nobis conta-
menda

mendatur. Agnosci coepit, quod unctus esset spiritu dei, & querere esset Christus. In specie columbina ideo descendit, ut magis clare agnoscatur, cuinam deus testimonium perhibeat: nempe mansuetissimo omnium mortaliū, qui in gloria dei existens, non designatus est se humiliare propter nos. In illum uenit spiritus, nō quod ante a expers spiritus dei fuerit, sed plenitudo gratiarum dei per hoc significatur. Neq; poterimus auellere spiritum sanctum à Christo. Quando operationes spiritus sancti se manifestant, dicitur spiritus sanctus super aliquem descendere: ita etiam dicitur in eadē sententia diue uirgini: Spiritus sanctus obumbrabit tibi. Sunt etiam aliae similitudines propter quas spiritus sanctus assimilatur colubae, quas relinquimus. Una nobis sufficit. Christus propter unctionem & suauitatem potissimum nobis commendatur.

Hic est filius.) Hæc nimirum uox est patris, qua filium declarauit. Eandem uocem etiam audierūt Apostoli in monte Thabor, cum Christus transfiguraret se. Et additur illic: Hunc audite. Is dilectus est meus, & quotquot illum diligunt, per illum sunt dilecti deo patri: & quotquot gratiam consequuntur, per illum consequuntur, quia placuit deo per Christum omnia instaurari. Vox illa magna consolationis esse debet, quod pater illum sic commendauit, & quod iam non amplius irascatur. Dicit: Iam non est quod succensem humano generi, modo homines resipiscant: habent siuum redem

Cap. III IO. OE COLAMPAD II IN

ptorem, in quo bene gratus sum. Sic si nos quoque spiri-
ritu dei baptizemur, & si ueri Christiani sumus, per
Christum quoq; has dignitates assequemur, ut iam spiriti
tuales fieri incipiamus: & non solum columbina aderit
simplicitas, sed iam ouilla innocentia. Et sicut Christus
naturæ est filius dei, ita nos per gratiam in filios quoq;
adoptamur. Sic erimus templa dei, & conceditur nobis
uera sanctificatio, & uera felicitas, quia nihil nobis con-
tingere poterit optatius.

LECTIO

Proponitur nunc nobis Christus ipse, uitæ Chris-
tianæ dux, maximè autem & semper eorum, qui
Christum docere instituit. Non enim mox ut fuit imple-
tus spiritu sancto transiit ad prædicandum, sed adhuc ali-
quo tempore abstinuit. Vult etenim ante omnia etiam
ipse tentari, quemadmodum in epistola Hebreorum habe-

Cap. 4 mus in hæc uerba: Pontificē habemus magnū, qui pes-
netrauit cœlos, Iesum filium dei, teneamus profissionē.
Non enim habemus pontificē, qui nō possit affici sensu-
infirmitatū nostrarū, sed tentatum per omnia, iuxta
similitudinē absque peccato: ut etiam nobis tentationes
sint tolerabiles, & ut discamus quod omnes qui pie uis-
uere uolunt in Christo Iesu persecutionem patiātur, &
tentationibus expositi sint. Non dixit Paulus, uenit su-
ccubere temptationibus, sed uenit ut præualeat. Sic etiam
omnes qui fiduciam in illum habebunt, uictores erunt:
nam persecutiones ille cedent iustis in incrementum.

CAP V

Vnc Iesus subductus fuit in desertū à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum iejunasset dies quadraginta, ac noctes quadraginta, tandem esurijt. Et cum accesisset ad eum ille qui tentat, dixit: Si filius es dei, iube ut lapides iij panes fiant. At ille respondens dixit: Scriptum est: Non solo pane uicturus est homo, sed omni uerbo, quod egreditur per os dei.

Subductus uel sublatus à bono scilicet spiritu, & sancto, ingressus est Christus heremum. Discimus, ubi filii dei facti fuerimus, quod dei spiritu agamus Ro. 8. ne quid agamus per præcipitantiam mentis, sed audiamus dominum monentem, & eius imperio pareamus. Docet autem spiritus domini, ne subito proruamus ad ea quæ sunt gloria, sed humilitate sectemur: id quod etiam apud prophetas spectare licet, qui ipsi nonnumquam in solitarijs locis habitarūt, fortassis typum Christi gerentes. Insuper discernemus ne nosipso intrudamus ad dignitates, sed expectemus uocationis tempus. Præterea commonefacit omnes Christianos suo exemplo, ut à tumultibus huius seculi se subducāt. Non opus est, ut propterea relinquamus ciuitates, & hominum frequentiam, sed sollicitudinē istam nimia in rebus multo

Cap. III IO. OE COLAMPADII IN

danis, ita ut possit dominus habere quietem in nobis, ut sit mens nostra otiosa, et uacet deo, utque possimus diuinam contemplari. Quorum enim mens nimirum cogitationibus et curis obruta et sepulta, ea de rebus diuinis parum cognoscit. Expedit nobis, ut mox ubi hanc benignitatem dei senserimus, spirituale istud otium et sanctam solitudinem queramus, ut mens nostra uacet deo.

A diabolo.) Hoc est consecutaneum, solet enim fieri. Et Christus quoque hoc uoluit experiri, ut tentaretur a diabolicalis fraudibus. Nam haec uita est, ut quidam dicunt, περιπέτεια, quia uariè tentamur a sinistris

Eccles. 2 et a dextris. In Ecclesiastico legimus: Fili si accesseris ad seruuum dei, paratus es to ad temptationes. Maximè igit qui alios docere debent, sciant sibi non defuturas temptationes. Bonum est ut etiam ipsi antea fuerint congressi cum diabolo, quod melius possint docere ceteros, ne circumueniantur a rugiente leone et deuorentur. Videtur hoc commendari, cōcionatoribus præsertim, ut habeant quandam spirituum discretionem, sine qua nunquam recte suo munere fungētur. Nam saepè in angelū lucis transmutat se satan, et ita fuso quodam obumbrat sanctas disciplinas, quod simplicibus imponat. Et uix alia re ita opus est, quam discretione spirituum, qua discitur quid ad gloriam dei, quid uero non pertineat. Experiāmus deinde in nobis, ut filii dei simus. Non paruum munus prædicare Christum Iesum saluatorē totius mundi.

Ieiunasset.) Quadragesima dierum ieiinium fuit.

Vacauit

Vacauit interim precibus et contemplationibus. Sufficiiebat etiam illud tempus, quo nos commoneamur, ut demus aliquid temporis contemplationi, antequam ad docendum progrediamur. In die cibi fuit, sed absq; fame, quia fames postea successit. Proinde in epte quidam exemplum Christi nobis obtrudut, quod illum imitari debeamus quadraginta dierum ieiunio, cum nemo hominū sit, qui possit traducere unū diem absq; fame. Christus non esuriit, nisi exactis istis diebus. Erat hoc magnum miraculum. Cum Christus contemplationi uocabat, cibo corporali nō indigebat. Neq; Christum sequi uibemur in ijs, in quibus uires nostras transcendit: in illis enim illius diuinitas declaratur. Quod Elias & Moses aliquid ultra uires humanas egerunt deo ipsis sustentante, quid mirum? sed id nō omnibus datur à domino. Proinde argumentatio illorum uana erit. Nemo reprobat eos qui castigāt corpus suum, seruata tamen in hac re modestia. Ne autē putas Christum interdiu abstinuisse à cibo & noctu comedisse: omnino hos continuos dies quadraginta ieiunauit.

Esuriit.) Per quod declarauit se uerū esse hominē. Nam si sic perstisset, & per omne tempus prædicationis sue nihil comedisset, uerus homo non fuisset habitus. Probauit igitur hoc miraculo peracto se uerum esse hominē. Consolationē habemus, ut & nos ad similes tentationes parati simus. Sic etiam dedit quodāmodo satanā occasionē tantādi seipsum. Neq; Christus inua-

Cap. III. IO. OE COLAMPADII IN

tus potuit tentari, sicut nec postea inuadere eum Iudei
potuissent, nisi dedisset eis accedendi copiam.

Accessisset.) Vocat illū nunc tentatorē, quem prius
accusatorem. Nihil aliud iste agit, quām ut tentet, quō
nos posset accusare. Tentauit maximē Christum, quia
conscius istius uocis, Christum filiū esse dei. Tentauit
an sit filius dei nec 'ne, uel an aliud quiddam sublimioris
diuinitatis in eo reconditum esset. Verum an sancti dei
simus uel populus electus, satan non nouit: nam ea mys-
teria à potestatibus aduersarijs recondita sunt: unde
datus est ei locus accedendi Christum. Iam uideamus
quibus temptationibus mos satanae humanum genus cir-
cumuenire, & maxime illos, qui uerbum domini minia-
strant, ut sic exemplo Christi aduersus insultus democ-
niacos armemur. Primo de gula tentatur Christus, ut
primi parentes nostri tentati sunt. Sed non hoc potissi-
mum agit satan, ut à uoracitate Christum cognoscat,
sed potius institutum satanae est, ut à fide indeum Chri-
stum abducat. Dicit, Ecce si tu filius dei es, & permittit
te deus esurire, profecto non agit patrem, qui sollicitus
est de filio &c. Non rara tentatio inter mortales, dum
uarijs modis præmimur in hoc mundo, cum pijs nihil
aliud petant, quām gloriā domini promotam. Non nun-
quam nemesis ista & indignatio mētis, tales cogitatio-
nes inserit, quasi deus nostri nullam curā habeat. Ecce
uidemus malos feliciter agere, & pios qui se totos Chri-
stu consecrant periclitari. Periculum quoque est, si non
uerba

uerā fide illa intueamur, ut in deum fiamus blasphemū. Hocq; satan agit, ut inuidiosum reddat patrem cœlestem. Ecce si filij dei, æquum est, ut non patiatur uos sic affligi in hoc seculo. Ioannis cap. 15. habemus consolationē à Christo datam, in hac uerba: Si mundus uos odit, scitis quod me priusquam uos odio habuerit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret &c. Tempus erit quando glorificabimur. A gula satan solet immittere nouam improbitatem stomacho nostro: & scitis quam simus impatientes si cibus defuerit. Psalmi dictum deberet nos consolari, in quo auditur: Nunquam uidi iustū derelictū, & semen eius mendicās. Deus subuenit suis debito tempore. Homo si factus fuerit impatiens, statim recedit à fide: & si uictus fuerit à satana, omnino actum est de eo. Iam qui uerè Christianus est, & parauit se ad bella, et si sit in solitudine, & nihil adsit quod possit alere, attamen domino fidit, & satanam insidiantem non curat.

Si filius es.) Hæc est tentatio. Non solum uolebat ut lapides panes fierent, immo hoc agebat, ut omnino filij nomen auferret à Christo, & redderet eum infidelicem. Expectanda sunt illa diuina præsidia. Noluit Christus ex lapidibus humanū genus educare. Satan autem uno uerbo depellitur, hæcq; tela maxime odit: qui uero homo, qui diuinæ uoluntati fudit, non dubitat quin uerissima sint, que in scripturis sanctis traduntur.

Non in solo.) Quasi dicat. Etiam si deus non dedes

Cap. III. IO. OE COLAMPADII IN
rit nunc mihi panem, tamen suo iussu & uerbo poterit
me sustentare, si omnino deo placuerit me seruare: non
propterea opus erit ex lapidibus panem facere. Hic ui-
detis nulla in re Christum satanæ obtoperare, sed per-
cutit eum sacris scripturis.

Omni uerbo. Id est, in omni iussu dei. Quidam in-
telligunt de uerbo dei, id est de externo uerbo, quo eru-
dimur ad salutem, sed non pertinet illa sententia ad hunc
locum: Nam mens dei sua uoluntate pascere potest om-
nia. Si deus aliquid iussserit, necesse est id fiat. Si uoluerit
liberare, liberabit etiam si defuerit panis, & in summa
fame constituti simus: ita cogitandum erit nobis, sumus
enim nonnunquam aliquanto timidiiores, & tam paupe-
res, ut uideamus omnino derelicti in hoc mundo a deo.
Exemplum apostolorum cogitemus, qui & ipsi esurie-
bant, & multis nonnunquam indigebant, sed certi de
benevolentia domini, qua uult & potest suos liberare.
Ita Christus gulæ imperavit, & demonem repulit, ne
uoti sui fieret compos. Iterum etiam admonemur, ut si
semel uicerimus diabolum, ne gloriemur, neq; putemus
nos ob id beatos esse & uictores, quasi hostis perditus
sit. Nam sunt adhuc ei mille artes aliæ quibus solet im-
petere nos: unde si cum semel uiceris, & superior fa-
ctus fueris, iterum te aggreditur mox noua arte, & sum-
ma diligentia studebit te circumuenire. Sicut uaria in-
genia hominum sunt: alij magis uoluptates querunt cora-
poris, alij in anis gloriae studium, alij cupiunt magnifi-
cari

caric &c. sic et uarij doli & artes satanae. Videte quales
fitis, & qua parte inferiores, nam ea potissimum impu-
gnabit uos. Carnem nostrā fame aggreditur, si hac uia
non succedit, querit aliam &c.

Tunc assumit illum diabolus in san-
ctam ciuitatem, & statuit eum super pinna-
culum templi, dicitq; illi: Si filius es dei,
præcipita te deorsum. Nam scriptū est:
Angelis suis mādaturus est de te, ac ma-
nibus tollent te, ne quando impingas in
lapidē pedem tuū. Dixit illi Iesus: Rur-
sum scriptū est: Non tentabis dominum
deum tuum.

Maior pars interpretum illas duas tentationes se-
quentes, spirituales esse uolunt, & id mihi plane pro-
batur. Nam legimus Christum tantatum fuisse & du-
ctum à spiritu in desertum: sed quod diabolus cum cir-
cumue xerit non est uerisimile. Verum quemadmodum
prophetæ uarias uisiones habuerunt, in quibus multa
passi sunt, ita & Christus spiritualiter tentatus est. Et
sunt istae uisiones non absque tentatione: in ijs enim
perspicuitatem uidere licet mentium. Nam si satan im-
mittit temptationē sive in deserto, sive in alio loco, ut di-
gnus sis maximo honore, et negligeris ab omnibus, sta-
tim senties qui sies. Præterea si uisionē habes immixtā,
quasi quis tibi multos aureos daret, ut honestius uiue-

Cap. III. IO. OE COLAMPADII IN

res, ac si Cæsar mitteret munera: qui iam non habet spiritus discernendi rationem, & qui non sentit huiusmodi diabolicas suggestiones, perinde succumbit. Esaias nudus ambulauit tres annos, Ezechiel quadraginta dies do-miuuit in uno latere: istæ uisiones uel res non sunt facte corporaliter &c.

Ciuitatem.) Non propterea facimus Christum phantasticū. Certum etiam corporaliter esse tentatum per famē. Vult dicere: Ecce cæteri homines descēdunt per gradus, tu tantus es, & ad tanta fastigia uenisti, ut per aëra ire possis, non ut alijs homines per gradus &c. Taxantur quidam hic, qui uolunt & petunt operari per se miracula & dicunt, Deus da mihi gratiam operandi miracula, quasi ipsi sint homines, quibus dominus præ alijs debeat tale quid conferre. Indicia sunt superbitati. Videte autem artes satanæ: ubi cognouit Christum scripturis secum agere, imitatur etiā ipsum Christum, scripturisq; aggreditur.

Angelis suis.) Scriptum est: In omnibus uis suis, quam particulā omisit satan, & infideliter scriptoram tractauit. Ita omnes infideles eam tractant, & depravat illam adducunt, non iuxta mentem spiritus sancti, sed iuxta suas phantasias quas conceperunt, uel iniuria moti, uel inani gloria, quo semel imbabitum error rem stabiliant. Verum est, dominus Christus omnino custodiet se in uis suis, sed nō opus ut deiiceret se. Deus etiam custodit omnes fideles. Angeli autē administratioris

MATTH. ENARRATIO. 48

torij spiritus sunt, in hoc à deo creati ut nobis inferuiāt. Si deus nos nō seruaret uarijs periculis percuteremur, quæ alias effugimus per diuinam potentiam, quia nos defendit. Secunda illa tētatio decet nos, ne uana gloria succumbamus. Christus igitur repellit satanam. Et obserua quod satan è contrario scripturas adducit. Oportet igitur omnem scripturā conferre, non solum unum locum, & genuinum sensum elicere.

Non tentabis.) Tentare est dominum deum, cum possis aliquid facere, & uisid per miraculū fieri, aut in teipso experiri, an deus diligat te, ut amplius quid habeas quam alij homines. Habes fontem, habes panem. ijs medijs qui non utitur, tentat dominum. C auendum a uana gloria omnino.

Rursum assumit illum diabolus in montem excelsum ualde, & cōmonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dicit illi: Hec omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Tūc dicit illi Iesus: Abi satana, scriptū est enim: Domini nūm deum tuum adorabis, & illum solū coles. Tunc omittit illū diabolus, & ecce angeli accedebāt, ac ministabant ei.

Lucas habet ψ̄ στιγμὴ χρόνος, in puncto temporis uidit omnia illa. Verum nullus montium tam altius, in quo omnia regna mundi uidentur, ideo illa facta sunt

Cap. III IO. OE COLAMPADII IN

per iusionem. Tertio per auaritiam tentat. Multi enim sunt qui non curant inanem gloriam, neq; sunt uenitris mancipia, sed auaritiae uitio tenetur. Mēdax est satan, & aperit se omnino, quod insidetur diuine glorie: & mult ipse adorari, quod soli deo debetur. Promittit ob id omnia. Neque sine causa Mammon deus dicitur, & uerè deo opponitur: nam qui auaritia dediti sunt, omnino deum non curant. Satan putauit se excēcaturum Christum, ut maximā partē mundi, sed frustratus est.

Dabo tibi.) Vide mendatiū. Dicit, dabo, cum non possit dare, quia dei est dare, à quo omnia condita sunt & reguntur. Et iam non dicit, si filius dei es, sed si prostratus adoraueris me. Christus autem iam nō fert ultra tentatorem, sed illi respondet, cū iam gloriam dei inciperet obscurare.

Cap. 9 Abi.) Etiam hunc locum ex Deuteronomio sumspit. Scimus de adoratione & seruitute quæ deo debetur, quid scriptura dicit, etiam si homines adoremus, quod aliam rationem habet, ut suprà memini.

Solum coles.) Igitur honor iste simulachris non est dandus, neque idolis, sed soli deo. Sciat homo suam dignitatem, in quam positus est à deo ab initio mundi, ne se tam abiectum putet, ut ligna & lapides adoret.

Ecce angeli.) Certi sumus, ubi uictores fuerimus, deum nos non dereliquerum. Mittet angelos qui ministrent nobis, ut opus dei dignè exequamur.

LECTIO.

MATTH. ENARRATIO. 49
LECTIO.

AVdiuimus heri Christum per omnē uitā suam & prædicationem, nobis quoq; typum uiuendi præferre. Baptizatus, spiritu sancto impletus est, & declaratus filius dei: deinde tentatus, qui per se intentabilis erat. Victor autem comparuit, unde & diabolum in fugam compulit, & angeli ministrarunt illi. Horret caro nostra quoties temptationes audit. Et frè ij qui ad dei scriututē accedunt, certas temptationes experiūt: sed illi ipsi si consolationes illas acceperint, non grauāt illas ferent. Nam quemadmodū Christo angeli ministrarunt, ita etiā nobis aderūt spiritus administratorij, modo filij dei, & spiritus eius participes simus. In præfenti loco discimus, ne iterum temere ad docendū prouamus, sed temporis occasionem & oportunitatem expectemus. Scit enim fidelis minister, quo potissimum tempore mensuram tritici dispensare debeat.

Cum audisset autē Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaū, quæ est ciuitas maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, ut impleretur quod dictū fuerat per Esaiam prophetam dicentem: Terra Zabulon & Neptalim iuxta uiam maris, ultra Iordanem, Galilæa gentium, Populus qui

Cap. IIII. IO. OE COLAMPADII IN

sedebat in tenebris & umbra mortis, uidit lucem magnam: & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Ex eo tempore coepit Iesus prædicare & dicere: Resipiscite, instat enim regnum cœlorum.

Antequam Ioannes coniectus esset in vincula, Christus tametsi plenus spiritu sancto, & claresceret miraculis quibusdam, abstinuit tamen à frequentioribus consentibus, & non nihil gratiae concedes Ioanni. Sed ubi Ioannes in vinculis esset, prodijt, ut videamus uerbum domini minime alligatum esse. Ne autem decesset uerbum dei Ioanne ablato, obtulit se oportunitas, ut manifeste prodiret. Multa apud Ioannem & Lucam sunt, que hic noster non commemorat, neque hoc institutum eius erat. Spiritus tamē sanctus pulchre indicat, qua ratione Christus ad docendū sit progressus. Mutauerat quisdem aquam in uinum, uenerat in Hierusalem iterū atque iterū, & innotescere aliqua fecerat miracula, sed nondum tanta fecerat, quanta ubi Ioannes captus est. Hic licet uidere apud Euangelistam Ioannem, Christum quater iter instituisse in Hierusalem &c. Noster autem & Marcus, ferè non nisi unam profectionē describunt, unde fit quod multa omittāt, que ab alijs Euangelistis satis diligenter conscribuntur. Itaque hoc nobis erit hic obseruandū, quomodo mox post tentationē Matthæus ad hunc

MATTH. ENARRATIO. 50

ad hunc locum uenit, quod Ioannes captus est. Mens spiritus sancti est, Christum omnino sic uoluisse inclas- rescere: noluit enim ministerium Ioannis obscurare. Prodeisset hoc concionatoribus, si non nunquam obser- uarent, ne quis alterius ministerium obscurare & præ- uertere conaretur. Spiritus sanctus talia docet. Interim relinquamus affectus nostros, & omnia debito ordine- fient. Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Possunt etiam tempora præterita hisce coniungi: Nam alia initia legimus, ut in Cana Galilæe, cum filio reguli &c. Videbimus hic quando, & ubi debebat initium prædicationis fieri: et sicut supra commonuit singula facta esse prophetarum testimonij, ita iterum refert nobis initium prædicationis Christi per Esaie testimo- nium, ut uideamus omnibus modis adimpleri, quod an- te prophetæ prædixerunt. At qui quomodo captus fu- erit Ioannes postea habebimus. Galilæa hoc tempore subiecta erat Herodi tyranno, & in illa regione in qua Ioannes captus erat, instituit Christus prædicationis suæ initium, tantū absuit ut metueret Herodem: quamuis etiam antea illic domicilium haberet.

Capernaum.) Euangelista Lucas ponit, quomodo Cap. 4 Christus in synagoga initium prædicationis fecerit, sum- ptu libro Esaie prophetæ, in quo locū inuenit, ubi scri- ptum erat: Spūs domini super me, propterea quod un- Esa. 61 xit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ut sa- nem cōtritos corde, ut prædicē captiuis remissionē etc.

Cap. III IO. OECOLAMPADII IN

Mox municipes eius ciuitatis exarserunt in Christum & eiecerunt eum, & proinde non sine causa conceperit in alium locum. Implerunt hoc prouerbium: Propheta non acceptus est in patria sua. Capernaum ciuitas erat frequenter populis quam aliæ, & maritima. Nazareth in mediterraneo sita, neq; adeò frequens. Nam in locis frequentioribus debebat uerbum domini prædicari, quod nequaquam lucem fugit.

Neptalem.) Quasi dicat. Ecce olim prædictū est in hisce potissimum locis, summum esse prædicationis initium, in finibus Zabulon & Neptalem, ut impleatur Esaiæ dictum, cap. 9. Testimonium hoc aliquanto discursus hic sonat quam apud Hebreos. At si quis penitus introspiciat, nisi omnino fallar, inueniet illud Evangelistā satis germane citasse. Nam commentationē Hebræorum hoc in loco non video an liceat recipere. Ceterum est populu Israëlitarum principio in captiuitate ductum, quia non fuit emendatus alienis pœnis, nempe terræ decem tribuum, quæ bis capta: primum à Thes glathphalassar, ut habes 4. Regum 15. quod coepit duas tribus trans Iordanem, abduxeritq; multos captiuos nempe dimidiā tribum Manasse, Zabulon, & Neptalem. De secunda captiuitate 4. Reg. 17. inuenies.

In tenebris.) Hebrei tenebras, magnas tribulationes uocant & aduersitates.

Lucem magnam.) id est, miram dei gratiā. Christus etiā ipse est lux mundi. Vult Esaias propheta non solum dicere

MATTH. ENARRATIO. 31

dicere Hierusalem liberandam, sed quod illi ipsi uisuri
sint præ alijs lucem, cum priores in captiuitatem ab
ducti sint. Videbūt lucem magnā in ea regione, in qua
Assyrius inuaduit, nempe ut in ea incipiat Christus suā
prædicationē. Vergunt ad septentrionē hæ regiones:
Et si quis rectè expenderit, uidebit tres regiones ponī
è diuerso Iudææ. Galilæa gentiū orientē spectat, Ne-
ptalim uersus septentrionem, quā itur in Iudæā. Nuna-
quam mūdo tanta lux orta est, quām ubi Christus sua
prædicatione aduenit, qui nobis uoluntatē patris ape-
ruit melius quām alij omnes prophetæ.

Ex eo tempore.) quo scilicet Ioānes in iuincula con-
iectus est. Etiam si antea prædicauerit Christus, tamen
nunc maiori fiducia, & maioribus miraculis: quia iam
tempus erat ut se manifestaret mundo, quare uenisset.

Resipiscite.) Omnino consonat cum Ioanne Bap-
tista. Nam Ioannes suas cōciones incepérat, Pœnitén-
tiā agite, uel resipiscite. Et quemadmodum audistis
in superioribus, quid sit resipiscere, hoc est, se cōuerte-
re à iuis malis, & bonū operari, ita & in hoc loco acci-
pitur hæc uox. Verba omnino magnæ mansuetudinis
sunt. Loquitur Christus quasi pater benignus ad filios.
Quasi dicit: Video uos filij mei charissimi male agere,
nolite amplius ita uiuere, redite in uiā, iam salus uobis
annunciatur. Videmus igitur Christū mansuetius præ-
dicare quām Ioannem, qui minister erat, quiq; loqui-
tur de securitate, palea, & uentilabro. Christus huc spea-

Etat, ut agamus uitam innocentem, & relinquamus mundum, ut etiam ipsi efficiamur coelestes, mereamurque conscribi in numerum ciuium coelestium, ut possimus cum Christo regnare. Cæterum aliqui in pœnitentia opera ualde meritoria uoluerunt colligere, qui magis disperserunt quam collegerunt Christo, statuentes suam iustitiam, oblitarunt dei iustitiam. Si nostris operibus iustitia datur, iam omnino euacuamus gratiam dei. Et cum illis miseris factionibus quid aliud agitur, quam quod Christi sanguis in cruce effusus uilipenditur? Sed id parum piè dictum esse totus mundus nouit. Nos igitur mentem Christi simplicissimè accipiamus, & discamus quod nostrum officium sit, & quem scopum in prædicando seruare debeamus. Hucque spectandum, ut populum inducamus ad resipiscientiam, & ne ita inuolutus sit huius sæculi curis, ut possimus etiā nos facere populum coelestem. Iam id paucis uerbis dicit, sed postea pluribus uerbis illud urget, nempe in 5. & 6. cap. inueniemus ea quæ requiruntur in nouo homine, ut nos etiam conscribamur in regnum cœlorum, & simus ex eodem numero in quo omnes sancti dei sunt.

LECTIO.

Ad clariorem intelligentiam Euangelistæ multum facit, si sciamus quo ordine ipse historiam Christi persequatur. Heri indicatum est, à Ioanne Euangelista quatuor profectiones Christi describi, hic autem noster unam duntaxat sibi proposuit: & ab eo tempore

pore incipit, quo scilicet Ioannes coniectus est in uincula, postquam Christus liberius prædicauit, maioribusq; miraculis cœpit in clare scere: licet antea miraculis etiam uarijs inclarerit, tamen permisit illa obscurari alii quo modo. Hic profectionē eius in Hierusalem habemus, ut etiam apud Lucam, quae accusatur à Iudeis, quod commouerit populum incipiens à Galilæa usque huc. Ita tres illi Euangelistæ illam ultimā magis persequuntur & tractant profectionē. Erat autē ante omnia necessarium, ut Christus haberet omnium operum suorum testes, qui & doctrinam & miracula sua postea in mundum diuidgarent, de quo Actorum primo Petrus mentionē facit, cum iam amississent Iudam proditorem ex ipsorum numero, & eligendus alius esset in numerum duodenarium, qui numerus non absq; mysterio à Christo obseruatus est. Jacob typum istius rei gesit in duodecim filijs suis. Videlicet etiam hic, principio cum cœpit prædicare, colligit discipulos, quo autem consilio & qua ratione postea audietis: nam omnia plena sunt mysteriorum.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, facientes rete in mare (nam erant pescatores) & dicit illis: Sequamini me, & faciam uos pescatores hominum. At

Cap. III IO. OE COLAMPADII IN

illi relictis illico retibus, secuti sunt illum.
Et progressus illinc uidit alios duos fra-
tres, Iacobum filium Zebedei, & Ioannem
fratrem eius in naui, cum Zebedeo patre
suo, sartientes retia sua, & uocauit eos. At
illi protinus relicta naui & patre suo, se-
cuti sunt eum.

Ioannes Euangelista istorum discipulorum uocatione
nem etiam habet: qui cum adhæceret Ioanni Baptista,
& ab illo ad Christum mitterentur, non tamen Chris-
to continuo adhæserūt. Deinde aliam uocationē legi-
mus apud Lucam, non sine magno miraculo, cum iam
piscibus retia ita impleuerant, ut rumperentur, nec ta-
men Christo toti adhærebant: nunc autem ad simplex
uerbum Christum sequuntur, ita ut perpetuò eius fami-
liares sint. Quamuis me non lateat, plerosq; & que
apud Lucam, & que hic, pro una uocatione ponere:
sed mihi satis certum non est. Vide autem quidnam
Euangelista noster obseruarit. Voluit enim maiestatem
Christi uarijs modis nobis cognitā fieri, ut interim eius
diuinitatem clare agnosceremus. Sunt quidam qui pu-
tant Christum secundum humanitatē conscribi à Nata-
theo, sed ex miraculis licet satis uidere diuinitatē eius.
Cum celebrius incœpit prædicare, simplici uerbo uo-
cauit discipulos, qui & secuti sunt, quæ uocatio magni
miraculires erat. Capite nono etiam alios Christum uo-
casse

casse audietis. Noluit antea illos sequi propter capturam piscium, neq; ad prædicationē Ioannis, sed ad eius imperiū, quō se uerum dominū agnoscerent, à quo eleeti essent in discipulos.

Duos fratres.) Nimirum considerans qualemnam esset discipulos electurus, de legit ferè loca maritima, & magis frequentiora: etsi nonnunquam solitudinem quæreret, orandi gratia, ibi tamen ob ambulabat maxime, ut pescaretur sanctissimam illam piscaturam, & prædam illam, quæ olim ab hoste humani generis ablata. Ipse est qui uelociter prædatur, ut Esaias dicit. Ex Cap. 3 hoc loco manifestissimè apparet, quod gesta Christi notwithstanding simpliciter facta sunt, ut solum licet spectare quid cortex in se habeat. Christus æterna sapientia querens ista loca & tempora, in quibus poterat cognosci, quasnam ob causas talia facret. Ita pulchre alludit ista uocatio, si allegoriam spectes. Mare symbolū est huius mundi, & per pisces homines intelliguntur: nam postea seipsum declarat.

Faciam uos.) Quasi palam dicat eis: Putatis me illud temere agere? Ego aliam spiritualem uocationem scio, hac quam nunc exercetis clariorē & sanctiorem. Fraternitas etiam semper grata est Christo, quia deus princeps est pacis. Iam illi mittebat rete, nihil aliud exceptabant quam se uocando in hoc officium, tametsi ante uocati fuerant. Viderant Christi habitationem, uiderant miracula, tamē iterum conuersi sunt ad suum

Cap. III IO. OECOLAMPADII IN

opificium, neque sese totos addixerant Christo. In illis
et alijs Apostolis licet uidere mirum consilium dei, qui
idiotas et simplices elegit sibi in Apostolos: no diuites,
neque ualde nobiles, neq; li eratos, sed uiros ignobiles
et indoctos, ut magis diuina potentia fieret manifesta,
et ut sic omnis gloria deo, neq; humanis ingenijs tribu-
atur. Nam si uocasset philosophos et præcipuos phar-
iseos, multi causati essent mundum accessisse Christo,
propter illorum sapientiam et eloquentiam, qua non
nunquam simpliciores decipiuntur, ideo et deus elegit
infirmiora huius mundi. Et quamuis deus elegerit illos,
non tamen propterea contemnendæ sunt artes bonæ.
Et hodie opus est, ut sacris literis insistatur, id quod
Apostolus Timotheo præcipit. Nam id genus dono-
rum, quo statim edocti sunt Apostoli, nostris temporis
bus cessauit: sed sic oportebat in principio autorita-
tem euangelij concliare, quamuis postea multi eruditii
ad religionē nostram accesserint. Paulum Apostolum
scimus fuisse eruditū, et Lucam. Notum etiam est ple-
rosque ex sacerdotibus, ad Christi doctrinam uenisse,
illamq; summa diligentia prædicasse. Initio autem tales
uolebat Christus, ne istud initium humanæ sapientie
ascriberetur. Ita uidemus deum uoluisse ex nihilo mun-
dum condere, et hominē ex puluere. Opus uerè deo di-
gnum, cum cogitamus istos uiros non admodum tunc
magni habitos, totum orbem Christo subiungisse. Vt iaq;
opus dei fuit et virtus. Si nullū aliud miraculū factum
fuisse

fruisset, illud sufficere deberet. Quis aures illis præberet, nisi diuina uirtus adesset? Simplices Christus elegit, non pessimos. Vocauit eos dum mitteret rete, quod indicat eos libenter laborasse.

Piscatores hominum.) Hic iam rationem consilij sui aperit, id licet etiam in cæteris Apostolis dei sic cognoscere. Neque sine cauſa hos & illos deligit, & ad illa officia uocat. Vides imperium dei, maiestate Christi: quoscunq; ille uocat, illi uocem pastoris audiūt. Iam aliter uocat Apostolos quam postea, cum Matthæi cap. 11. dicat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Hic piscatores hominum facere uult. Et quicunq; ad hoc officium uocantur, non ad quietem, neq; ad delicias, sed ad laborem, ad curas, sollicitudines & uigilias continuas uocantur. Quia laborant uerbo, numquam quieti et ociosi erunt, semper manebunt illos opera aliqua. Etiam si multum laborauerimus, fieri tamen potest, ut admodum paucos capiamus. Si ociosi sumus, quæ tunc spes capture? Quamvis nemine uelim accelerare ad spiritualem capturam, nisi iubente spiritu. Sed cum uidemus mundi errores, & fratres à dæmonibus seduci, mirū est nos uelle esse desides. Interim multa sunt exortatione piscandi, quæ possunt concionatores, ueros piscatores consolari. Non est piscatorum quotquot uelint pisces capere, sic nec concionatorum est, multos uerbo suo capere, sed ex iussu dei. Bonos & malos eodem rete concludunt. Domini est discernere, &

Cap. III IO OECOLAMPADII IN

eligere ex ijs qui sunt boni, modo ipsi non sint ociosi.
Vidit Christus etiam hos aptos esse ad ministerium, qui
iam antea miram Christi potestatem cognoverant, qui
nunc iterum a Christo uocantur. Hic declarat Christus
potentiam suam, quia illi non regrediuntur.

Relicta nauis.) Ut postea gloriatur. Videmus hic q̄
parua sint quae Apostoli reliquerūt. Sed non sunt para-
ua, si quis animum spectat: nam toto animo se declarat
Christo. Sic oportet Christū sequi, ne nos postea mudi
uoluptas sibi deuinciat. Sciamus nos esse Christi, & in
illius operibus occupari. Etiam parentes nostros & cō-
sanguineos relinquere debemus: idq; olim Leuitarum
erat propriū. Infra habebimus de discipulo qui uolebat
sepelire patrē suū, quē Christus reprehēdit. Adeò uult
discipulos suos alienos esse ab affectionibus: non quod
inhumanitatē doceat, sed uult suos sibi esse addictissi-
mos, & ne ob illā causam ab hoc ministerio auocētur.

Et circuibat totā Galilæam Iesus, do-
cens in synagogis illorum, ac prædicans
Euangelium regni, & curans omnem
morbū, & omne in langore in populo
Et dimanauit fama illius in totā Syriā.
Et adduxerūt ad illum omnes male affe-
ctos, uarijs morbis ac tormentibus cōtra-
ctos, & dæmoniacos & lunaticos, & pa-
ralyticos, sanauitq; illos. Et secutæ sunt
eum

cum turbæ multæ, à Galilæa ac Decapo-
li & Hierosolymis & Iudæa, & à regio-
nibus trans Iordanem sitis.

In genere hec dicta sunt, nam postea inuenietis
quomodo Christus ob ambulauerit. Et duo potissimum
egit, docuit & miracula fecit. Miraculis siquidem con-
firmavit doctrinam suam. Non contempsit pagos &
uicos minores: ubi cunq; auxilio opus erat, ouibus erran-
tibus, ibi aderat. Potissimum autem in synagogis ubi
frequentior populus Iudeorum erat, docuit, ne doctri-
na eius esset suspecta, ut ipse testatur. Vnum templum
iussi habere Iudei quod erat in Hierusalem, in quo do-
cebatur lex dei, tametsi in alijs locis synagogæ erant,
ut sabbato conuenirent illuc audituri etiam legem dei.

Euangelium.) Dicens iam adesse regnum dei, &
quotquot uellent posse saluos fieri. Alterum, curabat
omne genus morborum. Bene positum est ταῦται,
omnis enim inueteratus morbus sit quicunq;, à Christo
sanatus fuit. Neque uenit Christus in mundum potissi-
mum ut istos morbos curaret, sed impleuit dictum per
Esaiam prophetā cap. 35. Tunc saliet sicut ceruus clau-
dicans, & laudabit lingua muti. Debebat enim Chris-
tus miracula ista operari, sed istis declarabat, quomo-
do morbos animæ curaret, propter quos potissimum uca-
nerat. Etiam multos morbos reliquit in terra, quos non
curabat: neque omnes surdos, cæcos, claudos &c. pri-
flue sanitati restituit, sed eos soluam qui adducebantur

Cap. IIII IO. OECOLAMPADII IN

curabat. Venit præcipue ut mentes illuminaret, curans
superbiam, auariciam, inuidiam, et alios pestilentes mor-
bos, qui homines detrudunt ad inferna. Et illa hic in ge-
nere dicta sunt. Vides iterum magistrum, doctorem et
medicum uerum, tam corporum quam animarum.

Dimanauit.) Scitis terram Syriæ admodum latam
esse: Galilea enim portio est Syriæ. Antiochia et aliæ
claræ ciuitates ultra Iudeam usque ad Ciliciam, ad Sy-
riam pertinent. Ad regionem gentium peruenit ista fama.
Iam præludebatur, gentes præualituras Iudeis. In
summa, omnes qui male habebat adducebatur ad Christum.
Et Christus quantuscunque erat, licet filius dei,
tamen humiliauit se: et licet morbo foetidos et terribi-
les, nec non demonio obsessos, qui truculentiam quan-
dam ostendunt, et a quibus sibi homines cauent, attac-
men demisit se ad eorum infirmitatem, illosque curauit.
Quidam etiam ægroti ualde molesti sunt et morosi,
nihilominus citra personarum respectum, quenque obui-
um curauit sine muneribus, quia gratis suam illis ope-
ram locabat. Varia ista genera infirmorum, declarant
nobis quam uarie infirmi simus in animis: impellimur
enim in peccata, corrumperimurque. Profecto quidam int-
uetrata consuetudine detenti, similes sunt paralyticis:
uerum qualescumque simus, ueniamus ad Christum,
quia ea est eius benignitas, ut nos curare dignetur.
Turbæ multæ.) Sponsum illum multæ filie se-
quuntur, dixerunt adolescentulæ, que significant mul-
titudinem

titudinem ecclesiae, quae in odore bonae famae subsecuta est. Ibi etiam quidam posset mirari, cum sub finem de Iordanie & Decapoli mentio fiat, an sit ultra Iordanum. Divisit Euangeliſta terram Iudeæ in duas regiones. Galilæa & Decapolis uersus septentrionem spectat, Galilæa ad occidentem uergit, & Decapolis ad orientem. Galilæa respondeat regno Iudeæ & Hierusalem, deinde Decapoli respōdet inferior regio Iordanis, quæ erat ex opposito Iudeæ. Nā sicut Galilæa habet Decapolim ē suo opposito ultra mare Tyberiadis, unde nō men habet, sic alia regio iuxta mare falso sum &c. Vult dicere: Omnis regio ex superiori & inferiori Iudea, ut uocemus sic Iudeam terram promissionis, ueniebat ad illum. Tam pulchro exordio cœpit Christus & tanta claritate euangelium suum prædicare.

Exorditur nunc orationē ſuā, & ostendit ſuam doctrinā uariā eſſe ab aliorū. Pleriq; expectabāt Mefſiā ob libertatē carnis, quam opinionē ſtatim ab initio refellit. Nam longē ſublimiore doctrine affert, quam huu iuſmodi ſapiētes: quinetiā longē ſublimiore quam ipſi pharisei. Ante omnia iterū uideamus, quomodo occaſionem capiet & opportunitatem docendi.

CAPVT V.

Vm uideſſet aut̄ turbas, ascendit in montem: & cum conſeſſiſſet, acceſſeruit ad illum diſcipuli eius: & postquā ape



Cap. V IO. OE COLAMPADII IN
ruisset os suum, docebat illos dicens.

Id factum est cum Christus uocasset discipulos suos, & nonnulla miracula operatus esset, & immines ret turba frequentior, auellit se ab ea, & in monte profugit orandi gratia, quod saepe facere solitus est: docens etiam nos, ut ante doctrinam oremus, & postea ad præces iterum conuertamur.

In montem.) Non quod turbæ illum secutæ sint in montem. Quis autem ille mons sit omnino incertum est. Sit mons Thabor, uel mons alias quidam in Galilea, quia nondum in Iudeam uenerat, parum res fert.

Discipuli.) Lucas & alij Euangelistæ habet, quomodo ex omnibus discipulis suis duodecim elegit præci puos, illosq; ad se uocauit, docturos eos mysteria regni dei. Porro orationem ipsam, quia Lucas dicit eum dixisse illam in loco campestri, possumus dicere sequentem orationem non in monte, sed ibi congregasse discipulos, & postea ubi descendit populo dixisse.

Aperiuisset.) Plenitudinem sapientiae sue manifestauit: que antea abscondita, nunc apertior fit.

Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum.

Tota illa oratio hominem internū instituit, ut ueraces coram deo, & per omnia innocentes comparemus, omnia in gloriam dei facientes, ne more hypocritarum externis operibus cōtenti simus. Quidam octo beatitudines ponunt, alij nouæ, quia nouies dixit, beati quamvis

quamvis postea mutet personā, cum oīties loquatur de omnibus, & alloquatur discipulos, Beati estis. Chrysostomus nouem etiam beatitudines recenset. Neque nos scolasticorum sollicitudo multum urgeat, qui numerum istum post Augustinum voluerūt adaptare ad ordinem aliarum virtutum. Scias autem huiusmodi beatitudines omnibus conuenire. Dicit, Non ueni ut uocem diuites huius seculi, & qui illos sectantur, sed eos qui pauperes sunt uoco. Et mendicos non simpliciter uoco, qui qualicunque necessitate premuntur, sed spiritu, id est, qui abnegarūt semetipos, & qui nō sunt addicti rebus terrenis. Ita Abraham, Iob, & alijs pauperes spiritu fuerunt: non enim adjiebant cor suum ad diuitias quas possidebant. Ea uera est paupertas, quando non solum possidemus diuitias, sed abnegamus nosmetipos, nihil sublime de nobis sentientes: & quando habemus cor contritum & humiliatum, quod deus non despiciet: super illud enim iuxta Esaiæ dictum, spiritus dei requiescit. Venit igitur Christus, ut tales pauperes nos faciat, quò uere ditescamus. Pulchræ antitheses sunt, cū mercenari contuleris cum beatitudine. Nunc beatus es, si talis es. Non spectamus illas externas diuitias, sed futuras delicias post hanc uitam, si animus rectè doctus fuerit. Qui prius in terrenis diuitijs putabat felicitatem esse aliquam sitam, iam neglectis istis, alium coelestem thesaurū sequitur, et omnia ista pro uanitate & umbra habet, iuxta Ecclesiasten, qui dicit: Vanitas uanitatum Eccles. 1 Cap. 66

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

Et omnia uanitas. Quam diuersum igitur Christus docet ab ijs, que pharisæi populo inculcabant. Nam illi interpretabantur legē, cum Iudeis paſsim benedictio-nes terrenæ eſſent promissæ: putabant remunerandos esse iustos &c. sed ab illis auocat, et ad aliud uocat.

Regnum.) Tales erunt digni discipuli mei, qui in cœlesti regno numerātur cum ceteris, qui mearū pro-missionū fūnt particeps. Non regnū terrenū, sed cœ-a-leste. Quorū animi pacati sunt, in cœlesti regno sunt: non superbi, non auari non fastuosi, non mēdaces &c.

Beati qui lugent, quoniam ipsis confor-mationem accipient.

Ne intelligamus simpliciter lugētes illos, qui afflidi sunt. Sunt qui amissa bona tempora via uehementer lu-geant, et amissa iustitia nec lachrymulā emittant: illi enim nō curāt se ueritate destitui. Sed de illis loquitur hic, qui uersantur in magna animi miseria, id est, qui felicitatem non constituant in hoc seculo, et non se-quiuntur ineptias huius mundi. Sunt qui putent se mul-tos habere amicos et cōsolatores, sed cum ad rem uen-tum fuerit, frustra expectant consolationem. Lugētes igitur illos uocat, qui hic non habent consolatorem, et odio habentur propter ueritatem ab intimis amicis, quandoquidem semel elegerunt hanc uiuendi uitam ut deo seruiant. Postea promittiit suis, quod non sit eos re-licturus orphanos, et longè alia consolatione quam illius mortaliū poterit, suos consolatur: nam per ſpi-ritum

Virtutem sanctum accipiunt consolationem, & sciunt se fieri filios dei: & si totus mundus se contra opposit, dicunt, Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Nam alijs qui serè propter aduersam ualitudinē lugēt, uel qui amicis destituūtur in periculis, non propter regnum coelorum lugent, neq; se extinxunt cœlestia: uersantur inter cœlum & terram, nec hinc neq; inde consolationem accipient, & sic utrīq; destituuntur, uolentes deo & mammonē seruire.

Beati mites, quoniam hæreditatē accipiēnt terræ.

Mites, qui sunt tractabiles, etiam licet patiātur gratia, tamen adhuc seruat animi placiditatē. Christus uoluta se discere has uirtutes, cum dicit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Dicit igitur, hanc uitatem uobis principio commendo, tales opto discipulos qui mansueti & tractabiles sint, quorum uita gustus est omnibus acceptus. Quae illa terra? Una est promissio regni coelorum, & consolationis: deinde satietas, misericordia & uisio diuina cōiuncta sunt. Igitur ne somniemus, quod mites huiusmodi sint hic regnaturi, quæ admodum Cæsares & Imperatores: quamuis non alia uirtus que reges magis deceat, quam ipsa mansuetudo: atqui Christus non uenit, ut huicmodi felicitatē promittat. Certè placidi placide uiuit, minus ab alijs infestatur, quam hi qui nati sunt ad contentiones. Vult Christus suos esse mites, & nō facile exacerbabiles, illisq;

Cap.v IO. OE COLAMPADII IN

promittit longè aliam hereditatem, etiam si quis auferat ab eis bona, uel tunica, uel aliam rem: is longè maiora in futura patria possidebit, quam si nihil ablatum ab eo esset. Longè generosior est ille à quo quid auferatur, quam qui auferat, dummodo seruet animæ virtutem illæsam. Habet suam terram tranquillam, & uiuit uerè rex super terram. Qui se uincit, longè fortior est quam qui multa regna expugnat. Placiditas animi potissimum probatur, quando exercemur, & quando inferuntur aduersarij. Expoliamus nonnunquam, sed animi uirtutē non poterūt auferre aduersarij, quia deus protector erit suorum, cuius est terra & plenitudo eius.

Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsis saturabuntur.

Dicit: Discipulis meis potissimum curæ sit ipsam iustitiam sectari, non temere, neque paruo studio, sed magna fame & siti, hoc est, summo desiderio: hi erunt beati, & his etiam aliquid continget. Qui cum fastidio ueritatem audiunt, & tam somniculosi sunt, non merentur ut sacra eis manifestentur & abscondita: sed qui sitiunt, et nihil sublimius censem, quam sic erudiri in lege domini, ut psalmo primo habetur, hi florebunt, et habebunt suam promissionem, id est, uerè satiabuntur. Christus ipse est panis uitæ qui uerè satiat, quiq; mittet spiritum sanctum, qui est aqua uiua quæ situm extinguet: omnes aliae sciencie quales quales sunt, recte siliquis conferri possunt, & cœlestis sapientia tritico, illa enim satiat

tat. Si nondum agnouerimus deum patrem nostrum, affectus nostri adhuc ieiuni sunt & siiculosi. Neque satisfactum erit homini, et si omnes facultates impedit in illa studia. Non satiabuntur animi nostri, nisi Christus contingat. Diua uirgo dixit: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Antea etiam habuimus, pauperes spiritu & humiles deo probari. Sunt iam per rigi qui sectantur delicias huius seculi: uos delicias animalium querite, que ueritate pascitur. Satiabit alij uentre, uos mentem satiate. Ne sit autem uobis satis, si ipse bene institueritis mentem uestram, sed per omnia diuinam mentem imitemini, qui inquam deus, cum sit in se ipso bonus, alijs bene facit & uult: unde in deo maxime laudatur misericordia.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Superbi non miserentur alijs re uera, et si se fingant esse misericordes. Immisericordes sunt, in quibus uera charitas non est. In plerisque nonnunquam magis teneritudinem mentis inuenies, quam misericordiam. Pij autem qui ex corde miserentur aliorum, multo ampliorem consequetur misericordiam, quam ipsi alijs exhibet. Neque misericordes ipsi essent, nisi misericordiam consecuti essent. Sitis igitur charitatis amantes.

Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Cap.v IO. OECOLAMPADII IN

Omnia quæ agimus erga proximum, agamus ueraci corde, & absq; hypocrisi & fuso. Hoc si fecerimus, respiciamus in ipsum deum, & uerum deum cognoscemus. Nam si duplice corde fuerimus, uel nobis placeamus, uel mercedem propter opera nostra nobis proponimus, tunc nō est purū cor nostrū. Quidā contemplationē hic à Christo exprimi dicunt, quibus non multum refragabor. Pura sint corda, puri sint oculi, et omnia pura erunt, quia puri uident summū bonum. Si oculus tuus simplex fuerit, tunc pure uidebis deum, magisq; probabitur tibi deus quam alijs: & quanto plus proximo feceris, tanto plus cupies facere.

Beati pacifici, qniā filij dei uocabūtūr.

Tantum abest ut uos disseminetis discordias. Quisdam de interna pace, qua animos nostros placamus, intelligunt dictum illud, ita ut non sint obnoxij carni, & infestationi concupiscentiarū. Sed reūlius pacifici intel liguntur, ut suprà misericordes, nempe hi qui externā pacem seruant, & qui erigunt illam amotis discordijs. Componamus quotquot poterimus, ut hi quoque habeant pacem. Solemus præterea dicere, Pax huic domui: hoc est, bene sit. Parum est si misericors sis simili corde, reliquū est ut beneficias, & tunc uerè imago dei in te apparebit. Opere idipsum declarā, an pacem & pacificos diligas.

Beati qui persecutionē patiūtūr propter iustitiam, quoniam illorum est regnum

gnum cœlorum.

Quoniam autem male remunerat iste mundus, & plerique male grati sunt, & ubi maximum studium demerendi proximum, reportamus nonnunquam malam gratiam, hoc est, deteriora dabunt: ideo animus noster sit rectus, ut etiam si immineat mors, paupertas, persecutio & cetera, non cessemus tamen ueritatem prædicare. Multa adulteri, homicidæ, fures, latrones, & alij impiorum homines patiuntur, sed non propter iustitiam, & illi non habent quo gloriæt. Pij nihil mali faciunt quod multa dignum sit, & hi discipuli sunt Christi. Hoc satis docet ea quæ sequuntur: Vos sal terræ estis, id est, omnino alios discipulos uolo habere, quam hactenus mundus habuit. Si vulgaribus contenti sumus, ut solet plebs, non est ut multum gloriemur in christianismo. Neque hoc reddit hominem deteriorem, si moriatur propter iustitiam. Illi enim uerè pertinent ad meos discipulos, tantum abest quod ego offendar in illis. Docet igitur Christus ferendas esse tribulationes: & sic in genere locutus est. Nunc ad discipulos suos sermonem uertit, & prædictit illis quid sit futurum.

Beati estis cum probra iecerint in uos homines, & infectati fuerint, & dixerint omne malum uerbū aduersus uos mentientes, propter me.

Signanter dicit, propter me, propter prædicatio-

Cap.v IO. OECOLAMPADII IN

nem. Possimus nonnunquam & laudes Christi prædicare sine periculo. Sed si uerè prædicas Christum, & que Christo disflicent redarguas & reprehendas, humana figura rei scias, (nam illi qui solūmodo dicunt nudis uerbis Christum filium dei esse redemptorē &c. tolerabiles sunt etiam papistis) parum gratus eris mundo. Quomodo sapientiam dei prædicabimus, nisi redar guerimus insipientiam? Christus est iustitia, igitur reprehendenda est iniustitia. Veritas reprehendit mendacium. Et inde oriuntur ista dissidia in hoc mundo. Verum propterea non obmittendum euangelium, sed resistendum usq; in finem. Non facile cessabunt nostri aduersarij, quasi indignis causis agamus: & ubi uidentur se nihil proficere, expellunt nos de ciuitate una in aliam. Hoc apertissimè hodie uidemus: nam non pudet illos mentiri, & testari que manifestissime falsa sunt: haecq; turbare nos non debent, nisi non doleamus simplicissimos impediri à ueritatis uia. Nam quidā abhorrent à ueritate summistri abiiciantur, non considerantes Christum illud prius prædixisse. Haec sunt uincenda innocētia lūtae. Deus statim reuelabit innocentiam suorum. Si ob aliam causam periclitaberis, nō dico te beatum. Volo uobis maximum studium esse, ut nomen meum glorificetur in toto mundo, etiam si sint gravissimae tentationes. Principio si quis se cognouerit humili spiritu, & non multum de se sentit, non habebit magnas consolationes in hoc mundo, sed in deo saluatore suo,

suo, etiam si male accipiatur ab alijs: erit enim quasi non fuerit afflictus, & nihil amiserit, & magno studio conabitur ut assequatur ueritatē. In hoc mundo nunquam perfecti sumus, ut tamen progrediamur necesse est. Eodem studio fratres commendati sint afflitti, non solum ut eis panes demus, sed ut illos erigamus & consolemur. Alij simulant se misericordes, cū potius avaritidini mentis sue indulgent & bili, alias seipso pri-
mum emendarent. Pij faciunt pacem, ut bene habeant & ipsi & alij, et si multa ferenda sint.

Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Sic enim persecuti fuerunt prophetas, qui fuerunt ante uos.

Occulta est merces uestra, iam nulla apparet in hoc mundo, sed uestra merces omnino uobis dabitur in cœlis. Bene cōfidite de patre uestro cœlesti, nō quod illam mercedē mereamini, quasi uestris uirtutibus id ascribi debeat, sed ex mera gratia illa dabitur uobis. Pater nō relinquet suos, habet in cœlis multas mercedes. Scitis quotquot piè uiuere uolunt in Christo Iesu, persecutio-
nem patientur. Incipite ab Habel ad Zachariam usq;
quis ex numero prophetarum persecutionē non susti-
nuit? Beati sunt qui propter Christum persecutionem
ferunt. Doctrina Christi planè excellens doctrina est,
& plane totum requirit hominem &c.

Cap.v IO. OECOLAMPADII IN
LECTIO.

Nuper inchoans Christus sermonem suum, multo perfectiorem doctrinam protulit, quam uel pharisei, uel huius mundi philosophi solent, quia totum hominem et iustum esse uult, maximè internum, et ut in corde quis quam humillimè de se sentiat. Non enim laquitur de mendicitate sordida, dum beatos dicit pauperes, sed potius de animo contrito, et scipsum agnoscente, uel non magnificante. Requirit itaque initio a nobis animum humilem, non querentem solatia in hoc mundo, sed potius consolationem a deo: ideo beati lugentes. Nec subsistit in illo, uult nos tranquillo animo et placido esse, ut malis affecti ab alijs, patientiam non amittamus. Iungamus patientiae insatiabilem suum iustitiae, ut nihil his tanti desiderijs requiramus atque iustitiam ipsam. Hec autem nobis præcepta sunt, ut in nobis ipsis rectificiamus. Quantum deinde ad proximum attinet, uult non minus illius mala sentiamus quam nostra, et sic simus misericordes. Omnia ista fiant coram deo simplici corde, cui non possumus imponere. Neque solum ut misericordes simus, sed uult ut beneficiamus proximo, id est, benefici simus. Præterea si nos affligamur ab alijs, non ob id cessemus amare. Hec nimirus perfectum Christianum dare possunt. Illis igitur prædictis, haec sequentia pulchre annectuntur. Quamuis haec recte apostolis congruat, et qui populo præesse debet, quia ab his honestior uita requiritur quam ab alijs. Attamen haec nihil

nihilominus omnibus Christianis dicta sunt, hæcque etiam omnes seruent: nam omnium est studere, ut profici proximo, ut lucrificiant etiam alios Christo. Dicit igitur:

Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil ualeat ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculetur ab hominibus.

Ne miremini quod tanta à uobis requiram. Qui uolunt esse ciues regni cœlorum, & in numero Christianorum haberí, ab ijs requiritur maior uitæ honestas, ita ut sint quasi sal quoddam aliorum hominum qui in terra habitant. Sitis sal cæterorum mortaliū. Salis duæ conditiones magis insigne. Nam solet preservare à corruptione, deinde etiam cibum reddere sapidiorem. Ita uitam nostrā tam piā esse decet, ut quotquot nos uiderint, deum laudent & imitentur, ut postea illud exponit dicens: Luceat lux uestra coram hominibus &c. ut uidentes honestam nostram uitam, etiam ipsi emendent se, & ut redarguantur maxime in conscientijs suis. Decet id facianus uerbis & prædicatione, non minus autem doctrina uitæ. Et talēm decet esse doctrinam, quæ alios homines poterit meliores reddere, & à corruptione quæ in hoc mundo est, seruare in uitam æternam. Nam nisi summa cura nostra fuerit, ut talēm doctrinam proferamus quæ homines reddat meliores, nihil omnino efficiemus, etiam si in Christianorū numero uel apostolorum censemur.

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

Quod si sal.) Sal, hoc est, concionator uerbi dei,
insipidus est si non habuerit hanc mordacitatem, ut re-
prehendatur mundus. Opus est igitur mordacitatem
quadam salis, quam habet in se uerbum dei, quod ho-
mines malos non nihil exasperet. Sed quandiu est eis ani-
mus peccandi, illos non reddemus meliores, neque adu-
lando, dum coniuierimus ad eorum uitia. Primo igitur,
quantum ad doctrinam, bene doceamus, deinde quan-
tum ad uitam bene uiuamus. Nam si multum clamau-
rimus ad populū, & nos plebe peiores simus, nihil boni
efficiemus, etiam si usq; ad raucedinem clamauerimus.
Si Christiani qui profitentur euangelium doctores esse
uolunt, & alijs non prosunt, per quos terra emendabis-
tur? uel quis uos docebit? Alij exponunt, iam nemo est
qui uos corripiat. Nam ferè fieri solet, ut hi qui alios do-
cere debent correptiones & grē ferant. Malim dici illud
de proximo. Nam deus ita instituit hoc, ut per piscato-
res sibi populum congreget. Si illi negligentes fuerint,
grex pessum ibit & perit. Nulla salis utilitas, si insipi-
dus fuerit. Sic quicquid talentorum concessum tibi est,
utere illis. Et concessum talentum in utilitatem ecclæ-
siæ dispensemus, ut alijs etiam per hoc simus utiles. Iam
si defoderimus talentum, omnia perdemus. Proinde
contemnetur ille ab omnibus, & nemo mortalium sua
doctrina melior erit, imò plerique erunt detersiores.
O quam rationem is deo datus est! Illud nunc alias
militudine confirmat.

Vos

Vos estis lux mundi.

Christus propriè lux mundi est, que illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum: sed per participationem etiam apostoli lux mundi dicuntur: & quemadmodū nos filij dei dicimur, ita etiam lux possumus dici, si Christū habuerimus in pectoribus nostris. Vult dicere, Estis constituti in lucem mundi, ut homines scilicet in uos respiciant, & doctrinam uestram audiant. Subiicitur ut suprà, si lux non fulserit, nōnne homines in tenebris ambulabunt? Quae utilitas uestra, si non prospicit? Hæc natura est ueritatis, que rectè lux appellari potest, ut quamprimum corripuerit cor hominis, in seipso meliore reddit illum. Lux illa non est contenta illustratione hominis qui ueritatem accepit, sed omnibus se impertit: & quanto maior lux in homine, tanto magis cupid sua luce omnibus luccre. Unde in quibus amplius donum est prophetiae & illius lucis, hi magis periclitantur, imò non timent periclitari, etiam si pro ueritate pereundum sit. Videte ne frustra ueritatem acceperitis.

Non potest oppidum abscodi supra montem situm: neque accendunt lucernam & ponunt illam subter modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui sunt in domo.

Tertia similitudo. Vos quoq; estis ciuitas que in alto

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

monte posita est, quam nemo potest uel debet abscondere: nam debet ut emineat, et sit conspicua omnibus. Ecclesia ipsa significata est in scripturis per montem Zion, et ciuitatem Hierusalem in montibus sitam. Ecclesia magnificata est a deo, uera coelestis Hierusalem, quam deus nequaquam uult esse occultam. Alij montes, sanctos homines esse dicunt. Non hoc curo, abudet quisq; suo sensu. Christus respicit ad similitudinem quam proposuit. Omnes qui uident mores ecclesiæ, uel offenduntur deteriori uita, uel exemplo bono ad emendandam suam uitam trahuntur. Si uerè ex illa ciuitate estis, ne uelitis ita latere. Hic uidemus qualem uult Christus esse uitam christianā. Sunt quidam putantes beatam uitam esse, si contemplationibus uacent assiduis, et si quis deo uiuat et sibi, et lateat in angulo quodam. Sed illud Christo non probatur: uult ut sui sic uiuant, ut multos inde possint lucrifacere. Idem quarto exemplo dicit.

Lucernam.) Vfus lucerne est, ut preferatur hominibus, quo tutè magis ambulent. Et hic eodem sensu uocat lucernā, ut prius lucem, quam uult ponì super can delabrum, ut omnibus uiciniis luceat. Sit cura nostra, ut quam plurimū possimus ædificemus proximū. Verba sequentia premissa pulchre exponunt. Quid sibi uult, uos sal terræ estis, uos lux mundi, et lucerna super can delabrum dic, quorsum hæc?

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificant

MATTH. ENARRATIO. 64
ficientē patrem uestrū, qui in cœlis est.

Lux igitur ueritatis luceat, & Christus qui est in uobis nō sit otiosus. Nam quamuis non tribuamus ope-
ribus nostris iustitiam, quia necesse dicamus, inutiles ser-
ui sumus, nihilominus si Christus habitat in cordibus
nostris, non sinet nos esse otiosos, sed omnino urget
nos, ut bona opera faciamus. Recta opera quæ deus ius-
sit, faciamus inter homines: non tamen ut probemur ab
hominibus, & uanam gloriam uenemur, uel ut laudent
nos homines. Christus non uult nos hūc sp̄ctare, ut
postea patebit. Is scopus omnium operum uestrorum
sit, ut quām plurimos lucrificati deo. Etiam hīc bona
opera uocat, per quæ possumus deo alios perquirere.
Illa opera, ut multa itinera cōficere &c. ut mos fuit,
quid utilitatis proximo attulerūt? Nūquid glorificatur
pater cœlestis? Nequaquaquā. Interim illi etiā negle-
xerunt opera charitatis erga uxorē, liberos &c. Vera
opera sunt, quando prosimus proximo in laudem dei.
Qui haec tenus mundo placuit, iam reconciliet sibi pa-
trem cœlestē, & habebit fauentē & propitiū. Necesse
quisque primo animum suum informet diuinis præce-
ptis. Hypocrita unum & alterum opus in specie facit,
sed cessabit post, & nō perficiet. Qui autem spiritu dei
agitur, & à cœlo pendet, id est, cœlestibus consolatio-
nibus nititur, & cæteras uirtutes habet suprà enumera-
tas, is non erit ociosus, sed offitiosus. Proinde non est
periculum, si euangelium docemus, quod cessura sint

Cap.v IO. OECOLAMPADII IN

*bona opera. Alia non moramur quæ deus non probat,
& alijs non utilia sunt.*

*Patrē uestrū.) Hoc nō sine emphasi dicitur. Cuius
enim gloriā magis querere oportet quam patris cœle-
stis? Si illius gloriā ex toto corde quæsieritis, tunc illius
gloria uestra gloria erit, quia filij eius patris estis.*

*Ne existimetis quod uenerim ad de-
struendam legem aut prophetas: imo
non ueni ut destruam, sed ut compleam.
Amen quippe dico uobis, donec præte-
reat cœlum & terra, iota unum aut unus
apex non præterierit ex lege, quoad om-
nia facta fuerint. Quisquis igitur solue-
rit unū ex mādatiis hisce minimis, & do-
cuerit sic homines, minimus uocabitur
in regno cœlorum. Quisquis autem fe-
cerit & docuerit, hic magnus uocabitur
in regno cœlorum.*

*Quoniam Christus declaratus est nonnulla que
in lege dicta sunt, & quæ pleriq; ex phariseis falso in-
terpretati fuerunt, & populum sic docuerunt, ne do-
ctrina sua suspecta esset et aduersaria Mosaicæ et pro-
pheticæ, per occupationem respondet tacitæ obiectioni,
qua possent obijcere: Affers nouam doctrinam: non
satis est ut uiuamus & doceamus quemadmodum pæ-
tres nostri? Dicit, Non ueni ob eam causam, sed idco ut
omnia impleatur. Bene obseruādus est iste locus contra*

Catilæ

Catabaptistas & Marcionitas, qui ueterem legem omnino abieciunt, quasi superfluam. Certe apostoli nihil aliud docuerunt. Vnde enim prædicarūt Christum, nisi ex lege & prophetis? quia neq; euangelia, neq; epistola conscriptæ tunc temporis erant. Cur igitur illi abhorrent à lege & prophetis, cum illa consonent cum Christo? Fatalem & nos ceremonias esse abrogatas, sed mens adhuc stat legis. Adducūt, Mosen esse legislatorem Iudeorū, & propterea nihil ad nos: Christus autem non uenit solucre legē. Vidēda igitur mens legis. Quid illa uult: ut per fidem iustificemur, spiritu sancto moti ad uera opera facienda: & uult nos agnoscere Christum, qui exhibitus nobis, quiq; passus & surrexit. Iam ille ipse adest, qui non soluit scripturā. Sacramēta mutata solum sunt, non ipse res: de qua re lege Augustinum contra Faustum lib. 19. Ea quae erant promissa antiquis, iam sunt præstata. Nam & sacrificia, circumscrip̄cio &c. promittebant illis uenturum Christum. Iam sacramēta quae nos habemus, indicia rerum completarum sunt, ut idem Augustinus dicit in loco supra citato. Præcepit deus internam iustitiam, & cupit hominem uerē esse iustum, castum, humilem, pauperem, contritum spiritu: uult hominem esse ueracem. Lex non præcepit simpliciter iurare, uult ut uerē iuret homo: uult igitur ueritatē. Simus in corde ueraces, & exterum iuramentum nihil offendet nos. Si amatores temperantiae fuerimus in corde nostro, nihil offendet cibus

Cap.v 10. OECOLAMPADII IN

ille uel alius &c. Si seriamur à peccatis, etiam si non illum aut alium diem cum Iudeis celebramus, nihil refert, neque lex impletur ob id: si autem deo uocabimus, iam adimplebimus legē. Neq; oportet putare deum ita mutabile esse: nam quod deus tunc probauit, id etiam hodie probat.

Donec prætereat.) Nihil minus quero quam ut legem soluam: lex saluasit. Adeò sancte Christus loquitur de lege, quia noluit aduersarium habere Mosen: nihilq; horum damnavit quae Moses scripsit, si sano intellectu scripta illius accipientur. In epistola Petri post
z.Pet.3 riore habemus quomodo cœli incēsi soluētur, et elemen-
ta æstuantia liquescēt: sed cœlos nouos ac terrā nouam
iuxta promissum illius expectamus, in quibus iustitia
inhabitabit. Observandum illud quod aduersarij obijciunt,
de lege adimplend, aquasi id in nostra potestate sit
situm. Nihil est sic arguere. Si alas habes, uolare potes-
ris: nam non possum propterea probare quod alas ha-
beas. Omnino ostēdit Christus legem fore necessariam,
et si ex lege nō saluabimur. Nō sequitur, lex necessaria
est, ergo saluat: sed si spiritus Christi extimulat nos, qui
hactenus negligētes ad faciendum sumus quæ in lege
cōmīsa sunt, tūc alacriter faciemus quæ lex iubet &c.

Soluerit.) Satis aperte loquitur. Deus nō amat solum
gis amatores uel doctores, sed factores. Quid est si una
manu edificemus, et altera destruamus? Quid igitur
si nō seruo sabbatū externo ocio? nōne lex per me ne-
gligitur?

glogitur? Nequaquam, quia nō soluis mandatū si à peccatis cessas, etiā si manu labores. Vide autē ne aliquod offendiculū des fratri tuo. Qui autem uitam suam non emendat, et si gloriosè loquatur de lege, nihilominus legem transgreditur. Deus etiam impiorum uoce utitur ad admonendum probos. An non ueritas æquè est quam deus per Caiapham prædixit, uel Bileam, quam si ipsi apostoli dixerint? sed minimus dicitur in regno cœlorū, sicut etiam Iudas. Si quis autem iunxerit opera doctrinæ quā docet, is maximus uocabitur. Dicit Christus: Tales uolo, non loquaculos, sed operibus claros. Nos per Christum digniores sacerdotes sumus facti, quam olim summus ille fuit. In ueste sacerdotali sanæ doctrina designabatur: aderant mala punica ob fragrantiam bonæ uitæ, & grato incessu incedebat. Illud nobis omnibus commendatur.

LECTIO.

Totus huius sermonis scopus huc spectat, quod Christus longe ampliorem iustitiā à suis exigat, quam uulgò requiri solebat à Pharisæis. Ea autem excellens iustitia interna est, qua homo uerè reparatur, & id quod primus homo amisit, iterum inuenit.

Dico enim tibi, nisi abundauerit uerstra iustitia plus quam scribarū & phariseorum, non possitis ingredi in regnum cœlorum.

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

Nam illi magis externā iustitiā spectabāt, quam
internā, etiam si quis metu poenae, uel amore merce-
dis bonum aliquid faceret, & non amore uirtutis, uel
in dei gloriam potissimum, id quod solet uera iustitia.
Quando corda nostra spiritu sancto aguntur, tunc etiā
si per media pericula & poenas ad uirtutes fuerit con-
tendendum, absq; omnibus præmijs, nihil intermissione
sumus. Vult igitur iustitiā nostram multò amplius abun-
dare quam phariseorū. Præmia recte agentibus nō de-
erunt, sicut nec poenae malis & peruersis hominibus.
Nequaq; intrabitis in regnum dei, nisi iusti uerè fueritis:
illiq; soli uerè Christi nomine gloriari poterūt. Iam in-
ternus homo diaboli uiribus potissimum ualeat: una nēpe,
quæ ab excandescencia uenit, id est, ex irascibili uio: &
altera ex cupiditate, id est, ex cōcupiscētia: & utraq;
Christus reformat, nō more scribarū q; ex externo opere
tantū cōtentī erāt. Neq; hominis est scrutari cor, quod
inscrutabile est. Si iste due uires recte reformarentur
in nobis, probè uiueremus, nempe si ire & cupidita-
tibus imperaremus. Suprā, Beati qui lugent, quoniam
ipsi consolationem accipient. deinde, Beati mites, quo-
niam ipsi hæreditatem accipient terræ. Quæ su igitur
uera ista mititas, & quis sit planctus iste deo gratus, po-
terimus ex hisce cognoscere. Non enim illos duntaxat
mites & mansuetos dicemus, qui non occidunt, & qui
non conuicijs proximum incessunt, sed longè amplius
quiddam spectamus. Neq; illos lugentes dicimus, quasi
destitutos

destitutos consolationibus præsentibus, qui nō alienum
thorū intrant &c. sed planè mundiora peccora requi-
rit dominus, que nequaquam uoluptatibus ijs inhiant
prohibitis: talesq; requirit dominus discipulos.

Audistis quod dictum sit veteribus,
Non occides. Quisquis autē occiderit,
obnoxius erit iudicio. At ego dico uo-
bis, quod quisquis irascitur fratri suo (te-
mère) obnoxius erit iudicio: quicunque
uero dixerit fratri suo rhaca, obnoxius
erit concilio. Quisquis autem dixerit fa-
tue, obnoxius erit geennæ incendio.

Hoc etiam in lege quidem dictum est Mosaica, sed
pharisei aliter interpretabātur, & uim legis nō agno-
scabant. Nam re uera etiā Moses idem prohibuit quod
Christus quoq; non tamen sic solebant scribe & pha-
risei interpretari. Non nouum dictum, benefacere ho-
stibus. Apud veteres talia etiam, ut Tertullianus inter-
cetera cōmemorat, cōmuni uoce celebrata sunt, quod
hostibus sit beneficiendum.

Non occides.) Quidam sunt qui externa innocen-
tia sunt contenti: ego aliam innocentiam requiro, mite-
peclus & placidum.

Obnoxius.) Id est, dignus est qui exploretur per in-
dices, an dignus morte, & dignus de quo iudicetur:
nam non omnes homicidae postulabantur ad mortem.

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

Si quis per casum, uel furorem, uel per motum iræ aliquem occidisset, habebat locum refugij &c.

Dico uobis.) Interponit suam autoritatē. Ego dico. Videamus etiam Christum à nobis requirere id quod lex imperauit, tantum abest ut nos absoluerit à lege: tamet si uult ut nequaquā nostris operibus fidamus.

Fratri suo.) Videte ne quis temerè succēseat fratri. Et signanter ponit nomen fratris. Quamuis Hebrei in usu habeant etiam proximos fratres uocare: uerum multò plus afficit nomē fratris, quam proximi nomen. Si cogitas te habere eundem patrem, magis cohibebis manum &c. Hieronymus dicit non lectum fuisse olim illud, Temerè: sed siue sit adiectum siue non, nos nihil mouet. Si oborta in te fuerit perturbatio mentis aduersus fratrem tuum, que est cum quadam excandescētia, qua utimur ad repellendam uim in ultiōibus, & illas siuum effectum habuerit, obnoxius eris iudicio. Possu-

Psal. 4 mus etiam irasci citra ulciscendi uim, ut in psalmo: Ira scimini et nolite peccare. Seneca dicit, cotem uirtutum esse iram. Vult dicere Christus: Ecce inde ego incipio legem, & auctor ab hoc fonte: uide ut pectus illud tuum in initio sit placidum ab hisce perturbationibus. Sicut illi explorabāt, si quis occidisset aliquem, an per furorem, uel temerario quodā casu, uel malignitate, ita omnes animi tui perturbationes obnoxiae sunt iudicio, & merentur dijudicari, undenam proficisciatur, & at innoxium sit cor tuum. Nam irasci fratri ut prosis, non est

est peccatum. Christus discipulos suos fatuos dixit, & Apostolum iratū fuisse legimus. Illi bene usi sunt illa ui, quæ ingenita est homini. Nemo mortalium est, cui nō sit aliquid fellis: quæ animi perturbatio per se nō est mala, nisi à mala cupiditate proficiatur. Si iam animus internus vulneratus est, & male incipit sentire, oportet fonte hūc obturare. Frustra operies alios riuos, nisi fontem unde scaturiunt omnia mala, obstruxeris. Triplex genus iræ & pœnarū hic exprimitur. Quemadmodū surgit peccatū & crescit, ita etiā crescit iudiciū. Princípio dicit, Si quis irascitur, & turbationē quam intra se coepit emittit, deinde prodit uoce quam affectus fit, tertio signāter ostendit suā irā. Primo imperfētè prodit, tamen indignabundū se ostendit: deinde non occultat quantum contemnat proximum suum: tertio uerbo denunciat quid in corde suo lateat, nempe ad ipsum opus uenit, sicq; homicidium perficitur. Similiter etiam pœnas constituit ordine. Primo iudicium quo res exploramus an ita sint, & causam ex qua quis inductus sit ad irascendum, uel aliquem interficiendum: deinde solet congregari iudicium, uel confessus iudicium: postremo pœna geennæ, id est, ignis æterni suppliciū, quæ longè grauior pœna, quam homo posse constituere.

Rhaca.) Vox est indignantis. Quid si à malitia nomine haberet: γάρ apud Hebræos malum significat. Ex Chaldaico uel Syriaco sermone vox mutuata esse uidetur. Vox est talis, qua quis animum non satis pro-

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

dit, neque omnino uolens proximū notare, nec tamen
sibi temperat. Et res est quae non omnibus amplius ob-
scura est & ignota, sed iam innotuit aliquo modo.
Præterea cum iudices confident, ferunt sententiam ad-
uersus illum, si temerè egit. Parentes aliquando contra
filios suos, & præceptores contra discipulos indignan-
tur, & illis non sine causa irascuntur, sed magno cum
fructu: illud enim nemo reprehendit. Tertius gradus,
quando eō ueneris ut proximum tuum stultum uoces:
& sic manifestè malignitatē animi tui prodis, & laedit
non solum uerbis, sed si data esset occasio uel licentia,
eundem etiam occideres. Necesse est ut in ijs uerbis ui-
deamus mentem Christi. Simpliciter nonnunquam stul-
tum uocare, iocandi gratia, peccatum non est: tametsi
non probantur huiusmodi, neq; decet Christianos hec
scurrilitas. Sit sale condita oratio nostra, non digna ge-
enne. Si autem illa vox profluat ex maleuolo animo,
non potest homo magis contemni, quam si dicatur ei to-
tam mentem esse ademptā: imò negatur id quod sum-
mum est in homine, & quo potissimum imaginem dei
scrimus, & sine quo dicimus similes brutis. Idē etiā est,
si diceres asinū, & hominis sic auferres dignitatē &c.

Geennæ.) Græci mutuati sunt hanc uocem ex
Hebreo sermone, ut etiam pleraque alia nomina.
Nullis est. Ante portam Hierusalem Tophet locus
sacrificiorum, in quo immolabant liberos suos, ut in
Esaia & Hieremia patet: & locus fuit maximè abo-
minata

minabilis, qui & Geenna ex consuetudine appellatus est. Quemadmodum deus magna præmia suis constituit qui iuxta uoluntatem eius ambulauerint, ita etiam gravissimas poenas & nunquam finiendas, uialis minatur.

Itaque si obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tuum ueniens offer munus tuum,

Illa animorum placiditas & unanimitas usque adeo deo placet, ut multo gratiior sit, quam si multas hostias deo offeras. Nulla opera respiciet deus, ubi deficerit charitas & pax. Igitur si attenderis te eo in loco esse, sci as nihil te debere, quam ut reconcilieris fratri. Neque solum caue ne illum offendas, sed etiam uide ut redeas in gratiam cum illo. Et more Iudeorum loquitur, quia adhuc uigebat lex, & erat offerendi cōsuetudo, ideo & opus altaribus. Si quis autem inde colligere uelit etiam hodie eo ritu sacrificandi opus esse, & altaribus, is simili stræ ageret. Nam Christus accommodabat se moribus sui temporis. Quamuis non eo inficias, si etiam nostras ceremonias ritè obseruauerimus, ut in coena domini nihil debet esse antiquius, quam ut ante omnia reconciliemur fratribus. Nihil minus possunt ferre ceremoniae nostræ sacræ, quam inuidiam, quam ultionis auditaem, quam irascentiam &c. Omnia proximo cōdone-

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

*mus, ubi speramus deum condonantē peccata nostra.
Offeramus nosmetipſos in sacrificium uiuum, hocq; ſit
donum noſtrum.*

*Aduersum te.) Non dicit, aduersum illum, quod te
iniuria afficerit, ſed ſi ipſe habet aliquid aduersum te,
¶ potest te accusare. Si igitur uides animum eius mi-
nus placidum, relinque donum. Deus enim nō opus ha-
bet externis ceremonijs, ſed potiſſimum uult ut tibi ad-
ſit animus tranquillus. Neq; accedas cum tanto animi
rancore ad altare domini, ſed tunc ueni, quando recon-
ciliatus eſt. Addit magnam fiduciam animis noſtris, ſi
nobisipſis bene conſcijsim⁹, nihil in nobis eſſe erga
fratres, imo pro illis ex corde rogam⁹, quod bene ſit
eis. Vbi pectora noſtra pacata & tranquilla fuerint,
tunc preces noſtre gratiae futuræ ſunt deo. Et cōfirmat
illud ipsum alia ratione, nempe à periculis, quia admo-
dum pericolousum eſt diu ſeruare rancorem animi, cum
dicatur in ſcriptura: Ne ſuper iracundiam ueſtram ſol-
cadat. Humanum eſt ut moucamur hifce perturbatio-
nibus, cauendum tamen ne in nobis inualeſcant: & niſi
hoc fecerimus, grauiter periclitaturi ſum⁹: quod ex-
emplo nos docet.*

*Habeto beneuolentiā cum aduersario
tuo cito, dum es in via cū illo, ne quando
te tradat aduersarius iudici, & iudex te
tradat ministro, & in carcerē cōijciaris.
Amen dico tibi, non exibis illinc, donec
persol-*

persolueris extreum quadrantem.

Potes te nonnunquam transfigere cum aduersario tuo, antequam litem contesteris: si autē illa contestata fuerit, nō poteris euadere. Vide ne permittas ut tandem dissidentes cum proximo tuo, quousq; coram iudice aduersarius causam dixerit. Antea de oblatione & reconciliatione, hic idem dicit sic: Sis benuolus aduersario tuo. Quando ambo pergitis iam ad iudicem, potestis causas uestras intra uosmetipos componere. Nam periclitantur iudicio illi nonnunquam qui bonam causam habent, & ideo non euades damnum, sed potius auges. Hæc est similitudo, qua potissimum uoluit dominus docere, ut iram & ultionis cupiditatē non sine remus in nobis radices figere, sed uult ut quamprimum fratribus reconciliemur, ut geennam ignis evitemus. Papistæ carcerem purgatoriū hic extruere uoluerunt, cum mens Euangelistæ aliud doceat. Hæc de ira dicta sint. Nunc autem & concupiscibilem hominis uim reformare uult, ne uoluptuosissimus super terram.

Audistis quod dictū fuerit antiquis, Non committes adulterium. At ego dico uobis, quod quicunq; aspicerit uxorem alterius, ad concupiscendum eam, iam adulterium cum ea cōmisit in corde suo. Quod si oculus tuus dexter obstaculo tibi fuerit, erue illū & abiice abs te.

Cap.v IO. OE COLAMPADII IN

Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum coniisciatur in geennam. Et si dextera tua manus obstat tibi, amputa eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum cōisciatur in geennam.

Stuprum, adulterium, & id genus manifestas turpitudines, nemo non abominatur: sed ego exactiorem uiuendi modum inquiro. Ego dico uobis (in qua uoce autoritas Christi apparet) si quis solum aspercerit uxorem alterius tali peruerso animo & immundo, is adulter erit. Ut olim adulter merebatur lapidari, ita hic obnoxius iudicio erit tali. Christus non damnat oculos, neque eruendi ob id, si quis insignem creaturam domini uiderit, sed si illam uidet animo adultero: ideo addit, ut concupiscat, & ut abutatur. Iterum igitur uult concupiscentias nostras moderari, ne abutamur aliquo nostro membro. Nihil tibi tam gratum sit, & tam dulce, quo uelis uti in damnū tuum. Non oportet maius commodum propter minus omittere. Oculis in multis poteris commode uti. Id est, nihil tibi tam preciousum sit, quo non libenter careras, si damnum tibi inferre solet. Non nunquam hæc uoluptates quæ alienæ uxoris sunt, & grē relinquuntur, sed necesse ut auellaris à mala consuetudine, & abiicias illam, quam non legitimè foues. Non possumus

possimus illa, certū est, ad literā exponere. Etiā si quis oculos erueret, nondū tamē cupiditatē animi eruisset. Erue cupiditatē animi, & implebis præceptū domini.

LECTIO.

Christus uenit totum hominem reformaturus. Salus autem nostra nequaquā subsistet, nisi interna nostra primum fuerint emendata. Bonum igitur est si internus homo penitus agnoscatur, & quæ potissimum illius uires sint: quarum tres numerātur. Due auditæ sunt heri, nempe irascibilis & concupiscibilis: in illis enim uult deus hominem esse omnino purum, & à malis affectionibus alienum. Igitur ab irascibili passione austert ulciscendi cupiditatem, omnem inuidiam atq; malevolentiam. Similiter à concupiscibili, quæ potissimum solet in adulterijs & stupris agnosci: unde dixit: Omnis qui aspercerit uxorem alterius &c. & ibi aperte internam cupiditatem tollit, illam suam legem cōfirmans, ostendesq; grauitatē periculi. Nam si indulseris genio tuo, periclitaberis: & uide ne totum corpus pereat. Proinde etiam si sit tibi uxor, uel concubina, longè satius est tibi ut illam dimittas uel deuites, quam illa non relicta, intrare in geennam. Illa sententia potest exponi cōmode de uoluptate etiā mala. Nam postea uidebimus alios Euangelistas hac sententiā in usum alium uti, quia ubiq; hic agimus de internis affectionibus emendandis. Mihi hoc potissimum placeret, ut per oculum & manum dexterā, illa interna quæ nobis ad-

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

modum arrident, cijceremus, ut ab alijs essemus liberi. Relinquo cuiq; suum iudicium in hac re. Suprà habui-
mus, qui widerit uxorem alterius &c. Fortè illa est ut
manus dextra, et expedit ut illam relinquas. Iam mani
festè apparet fornicationem quoq; simplicem prohibi-
tam esse, & à regno cœlorum excludere, contra quos-
dam qui negarūt diuino præcepto tale peccatum pro-
hibitum esse. Nam si audiunt interpretem Christum,
& cognoscunt internam concupiscentiam abominabi-
lem esse coram deo, necessariò colligent istam immuni-
tatem fugiendam, & deo esse ingratam. Confirmatio-
nem aliam addit, iterum felicius interpretando scriptu-
ram quam Pharisæi.

Dictum est autem: Quicunq; repu-
diauerit uxorem suam, det illi libellum
diuortij. At ego dico uobis, quod quis-
quis repudiauerit uxorē suam, nisi causa
stupri, efficit ut illa sit adultera: & qui-
cunq; repudiatam duxerit, adulterium
committit.

Ita lex habet de libello repudij. Iudei autem ob le-
uisimas causas libellum repudij dabant uxoribus, &
putabant sufficere causam undequaq; questā, & nihil
referre si quis uxorem dimitteret, dato libello repudij.
Atqui Christus ostendens mentem legis, indicat nobis
iterum quam grata sit deo uera cordium munditia. Si
quis

MATTH. ENARRATIO. 73

quis uerba illa expendat, inueniet Christum non de simili lapsu mulieris loqui: illa enim potest reconciliari &c. sed uult dicere: Omnia illa ipsi dixerunt censenda pro adulterio, in quibus studium spectatur scindendi matrimonij, & non seruandæ fidei coniugalis. Nam qui ob alias causas quam causa stupri dimittit uxorem suam, non ueram illum querit causam, sed fingit sibi aliquam. Etsi in alijs locis, ut cap. 19. propter duritiam cordis dicitur Mosen legem hanc dedisse, non nihil praefracto populo permittens, de quo suo tempore loquemur. Igitur quo magis fieret fornicatio abominabilis, hanc solum causam tanquam iustissimam ponit. Christus etiam permisit, ut daretur libellus repudij. Si peccatum aliquod fuerit eiusdem abominationis, etiam in illo poterit libellus repudij dari, quia idem casus est, & eadem ratio, si quid similiter fidei coiugali præiudicat. Alia insuper causa naturalis, que solet dirimere matrimonium, mors scilicet, uel illud quod morti præfertur. Verum sic haec intelligenda sunt. Omnes isti qui aliquid fraudulenter moliuntur, ut dirimatur inter illos coniugium, uerè sunt adulteri coram deo. Nam Christus non uoluit omnino hic legem ponere, ut ista que repudiata est, si pescasset, nullo modo permittatur uiuere: posset alteri uiro nubere, uel nullus posset ducere illam. Neq; hoc agit Christus hic, sed illud potissimum, ut uerum adulterium ostendat, quod solū causa stupri fit. Interim alias leuicias causas excludit, ob quas Iudei solebant uxores suas

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

repudiare. Caveamus etiam ne polluto corde, et mas-
lis cupiditatibus pleni, putemus nos esse mundos more
phariseorum. Verum de illo est hic mentio, qui dicit,
Non uellem istam non repudiata, non uellem non disun-
ctum esse hoc matrimonium: is in corde non est purus,
et sic aliquo modo talis molitur non nihil contra dignitate
matrimonij, et adultera censembitur quae deformis uel
sterilis est, uel quae non peperit masculum. Nam in pre-
cedentibus si mente domini uideamus, uult pectus esse
multo purissimum. Cui matrimonij dissolutio placet, is
nequaquam uerè fidelis est, neque munditiam quae deo
placet amplexatur. Sic possemus etiam de ijs loqui, qui
in matrimonio constituti sunt, sed male uiuunt. Uxor
uiro deprecatur morte, et uir uxori, ut impurius possit
postea uiuere, uel altero marito frui: ijq; uerè adulteri
sunt, nam pectora eorum nequaquam pura sunt. Et ita
admonet Christus discipulos suos, ut bonam curam ha-
beant cordium suorum, id est, affectionum, ut sint quam
refrenatissima.

Rursum audistis quod dictum fue-
ret antiquis, Non peierabis, sed persolues
domino ea quae iuraueris. At ego dico
uobis, ne iuretis omnino; neque per coe-
lum, quia thronus dei est; neque per ter-
ram, quia subsellium est pedum illius: ne-
que per Hierosolyma, quoniam ciuitas
est magni regis; neque per caput tuum
iurabis,

iurabis, propterea quod nō potes unum
pilum album aut nigrum facere: sed erit
sermo uester, est est, non nō. Porrò quod
ultra hæc adiungitur, ex malo profici-
scitur.

In anima, audistis, principatū tenet rationalis uis,
qua & gaudet in contemplatione ueritatis, qua nihil ma-
gis homini utile, si cōcessa fuerit. Christus inquam uult
mentes nostras esse lucidas, & amantissimas ueritatis.
Atqui referto illa nihilominus libenter ad affectiuam il-
lam uirtutem & concupiscibilem, ut studium sit nobis
acquirendæ ueritatis. Etsi ueritatē appræhendere non
est nostrū, attamen studium summū nobis sit ueritatis,
tunc dabitur illa à domino. Suprà admonuit dicens,
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi sa-
turabuntur. Et illi nequaquā sitiunt iustitiam, qui nullo
ueritatis tenentur desiderio. Vbi autem ueritas deside-
ratur, actum est de uirtutibus omnibus. Pharisæi igi-
tur iterum parum dignè legem interpretabātur. Si quis
per nomen dei iurasset, dicebant eum esse debitorem,
ut perficeret hoc quod iurasset. Contrà si quis per cœ-
lum, uel per caput, uel per barbam, uel quomodo cunq;
iurasset, iam non putabāt eandem esse necessitatē: qua
interpretatione apparent illis non fuisse studium uerita-
tis: aliás sufficit dicere ad negandū aliquam rem, non.
Veracibus hominibus non opus est multis iuramentis,
qui simplici uerbo id quod promittunt etiam præstant.

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

Et illud nō minus seruāt, quām si iuramentū iurassent.
Inuenta sunt iuramenta, ut ueritatē protestaremur per
nomen dei. Et per se mala non erant iuramenta per no-
men dei facta, etiam in ueteri lege, quia dominus iusse-
rat iurare. Non est dictū, quod omnino non iurare de-
beamus, sed, non peierabis. Deut. 6. & 10. Et per no-
men ipsius iurabis. Deinde etiā in multis alijs locis, ut
in psal. 62. Laudabuntur omnes qui iurant per eum.
Esiae 19. satis manifestē dicitur de quinq; ciuitatibus
in Aegypto, quæ lingua Kenaan loquuntur, iurantes
per dominum exercituum: quæ de ecclesia dicta sunt.
Similiter Hieremias propheta, ubi de regno Christi

Hier. 4 agit, dicit: iurabū in iudicio, iustitia & ueritate: appo-
sitis his cōditionibus ueri iuramēti. Et ex ijs satis appa-
ret iurare per se non esse malum. Aliquando ob multas
causas opus est iuramento, ut contentiones finiantur.

Heb. 6 Paulus in epistola Hebreorum in tali necessitate per-
mittit ut interponatur autoritas nominis dei. Si uitium
nomine domini, deus nō ægreserit, saltem ne abutamur
illo, neq; in uanum sumamus illud sanctissimum nomen.
Si autem in proximi utilitatem illo uteris, scias deo gra-
tam te facere rem. Videmus in hoc loco quantum aber-
rent Catabaptistæ, qui alioqui nequaquam amantes sunt
ueritatis, tamen cum datur eis iuramenti à magistris
tu, nulla ratione adduci possunt ut illud seruent, quod
profec̄t̄ per merā agunt hypocrisim. Christus omni-
bus istis uerbis commendat, ut pectus sit uerum, nulla
ratione

ratione proximū cupiens decipere. Si pectus tuum ita
syncerum est, iam satisfecisti præcepto Christi.

Omnino.) Huic uerbo miseri Catabaptistæ mordi-
cus inhærent, & putant se uictisse. Verum si spectarent
mentem Christi, quod nō uenerit apicem legis delere,
certè longè aliter & sentirent & loquerentur: quia pa-
lum est in lege, iurandum esse per nomen dei. Si senten-
tia eorum uera esset, oriretur magna pugnatio dictio-
rum dei. Neque deus sibi ipsi contrarius est. Præterea
in similibus istis sententijs Christi quæ præcesserunt,
geminæ uerborum Christi interpretatio querenda est.
Dixit, si stulte fratribus tuo dixeris, obnoxius eris iudicio:
& tamen Christus stultos suos discipulos dixit, & non
peccauit. Idem fecit Paulus, Galatas stultos uocans.
An dñe in dñe, id est, & equitate quadam opus est, ut recte hu-
iusmodi loca interpretetur. Vult igitur sibi illud om-
nino, ne scilicet absq; iusta causa, quemadmodum phar-
isæi interpretati sunt, iurarent &c.

Neque per cœlum.) Qui per cœlum uel terram iu-
rabant, non faciebant sibi conscientias, ac si per nomen
dei iurassent: tamen deus hoc non spectat, si adonai uel
schaddai, uel quocumq; nomine iuraueris, sed an pectus
uerax sit, & ut quod promisit seruet &c. Etiam caput
tuum nō est tuum. Omnia quæ sub cœlo sunt mea sunt,
dicit dominus apud Iob, cap. 41. Domini est terra, &
omnis plenitudo eius. Psal. 23. Nam si tu dominus es,
muta album pilum in nigrum: sed nō poteris, quia non

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

es dominus, cur igitur abuteris illis? Videmus Cataba-
ptistarū nārias figmentū merum esse. Si deum ipsum
uelent uera & pura religione obseruare, eodem studio
religiosi essent & puri. Quid est si non uis uti nomine
dei, & decipis fratrē iurando per caput tuum? Nōnne
eadem mentiendi libido habitat in pectore tuo? Conclu-
dit igitur pulchre Christus & dicit:

Sermo uester.) Id est, sermo uester sit constans, ue-
rāx, & alienus ab omni deceptione. Non enim ad bres-
uiloquium omnino urget nos hisce uerbis dominus, eti-
am adjiciēdo. Vult Christus dicere: Quod abundat, à
malo est. Habemus 2. Corinth. 1. eadem uerba, quibus
Paulus se ueracem esse ostendit, & euangeliū suū
quod prædicauit certissimū, cum dicit: Ut sit apud me
quod est etiam, etiam, & quod est non, non. Vbi plane
uidemus non de paucitate uerborum factam esse mens-
tionem, sed de certitudine prædicati euangelij. Simili-
ter & hunc locū interpretemur. Si dixero, sum factus
rus aliquid, perinde est ac si dicam, etiā. Si quid autem
adieceris hisce uerbis, ex maligno est. Fieri potest ut
alius qui tibi non uult credere, homo suspiciosus, quiq;
male de te sentit, petat iuramentum à te, id licebit pre-
stare. Si autem adieceris aliquid, ex malo est: uel tu si su-
spicaris illum tibi non credere, iam suspicio mala est.
Quamuis nonnunquam necessitas sic urgeat, fieri tamen
potest ut necessitas illa à malo sit. Nunquam uersutijs
locus erit. Illa enim additamenta, quando uitimur nomi-
ne

ne dei, ex malis hominum moribus processerūt. Nam longē melius haberent res humanæ, si simplici cōtentī affirmatione uel negatione essemus. Quia autē mutuū non credimus, tu mihi, nec ego tibi, nisi præstita fide, opus erit iuramento: & si ita ad iudicium uenitur, & iuras, non peccas, neque index qui iuramentū dat, neq; iste qui tunc non uolens iurat. Nam in iuramento etiam includitur an magnificias nomē dei uel non. Si magnificas, extra periculum futurus es. Qui non est proclivis ad iurandum, laudatur in scriptura, neque iurat nisi cogatur, uel proximi utilitas requirat: alias propter leuiculam causam nō iurabis. Nam etiā hoc apud gentes inuenimus. Pythagoras relinquere optimā causam uoluit quām iurare: eamq; reverentiā diuino numini etiā gentes habuere. Itaq; neque nobis licet in re tam parua iurare. Hieremie locus bene obseruādūs erit, qui dicit, Hier. 4
in ueritate esse iurandum. Studium nobis sit iustitiae & ueritatis iudicijq;. Res pro iudicio agatur, an dignum sit ut pro tanta re iures uel non &c. Interim etiam hoc considerandum est, quām indecorū sit Christianis, singulis uerbis interponere iuramentū. Infamant seipsoſ qui tales sunt, quasi indigni ſint fidei. Oportet autoritatē parare ſeruando fidem per etiam & non, ut nemo ex nobis petat iuramentum. Meus plane mos est, ut nullis minus credam, quām ijs qui ſemper iurant. Ceterum uelim uos hic admonitos esse, cum Chrysostomus aliquot homilijs id multis agat, ut iuramentū tollatur.

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

de vulgaribus iuramentis potius mentione facere, quam
ut euerat iuramentum quod in publico usu erat. Augus-
tinus & alij qui mentem Euangeliæ clarius inspexer-
unt, aliter interpretati sunt, quos libenter & sine peri-
culo sequemur.

LECTIO.

AVdiuimus quomodo pharisei legē dei sinistre
interpretantes, populū à uera iustitia abduxer-
int. Christus autem ouem erraticā reducturus, ipsam
mentem spiritus sancti nobis clarius manifestat. In istis
igitur octo beatitudinibus, quas præmisit, perfectū ho-
minem nobis deliniauit, & in quo olim aberratum fue-
rit uarijs exemplis commonstrat. Sic audimus, Eccl
pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Exposuimus
illos esse pacificos, qui benefaciunt proximis. Nam
pax apud Hebreos non solum concordiam significat,
sed etiam salutem: & pacifici, benefici sunt. Contenti
autem erant pharisei, si benefacerent amicis, neq; soli-
citi adeò ut inimicis benefacerent, imò offensi reperi-
tiebant. Vnde etiā legem interpretati sunt in hunc sen-
sum, quæ apud Mosen Exodi cap. 21. & cap. 19. De
teronomij scripta est.

Audistis quod dictū fuerit, oculum
pro oculo, & dentem pro dente. At ego
dico uobis, ne resistatis malo: sed quis
quis impegerit alapam in dexterā tuam
maxillam, obuerte illi & alteram, & ci-
qui

qui te uelit in ius trahere, ac tunicā tuam tollere, permitte illi & pallium: & quī te adegerit ad milliarium unum, abito cum illo duo. Petenti abs te dato, & cupientē mutuum accipere, ne auerferis.

Phariseorum interpretatio erat, licere omnibus uim ui repellere, id quod pleriq; ex legibus sibi licere desumūt. Quod si uerum esset, ut quisquis possit se uincare, quid opus iudice? Manifestè apparet hoc dictū pertinere ad magistratum, cui dominus gladium commisit ad puniendū malos: illi autem de prauarunt dictū domini, priuatis ipsorū affectibus accommodantes, quod magistrati peculiarter dictum est. Illius enim est ut & equum iudicium iudicent, prout res ipsa postulauerit. Significat per illud, & quam poenam inferendā his qui alios læserunt. Certum est hoc magistrati dictum esse, & à Christo minimè abrogatum, et si illi pharisei male accommodarint. Non cuiusvis est dicere ius, & uindictam sumere. Vnde pharisei abusi sunt hoc dicto, & Christus illos sua doctrina cœlesti emendans dicit:

Ne resistatis.) Heri indicauimus de malo homine qui innocentē affigit, & quomodo non obſistendum ei qui affigit propria autoritate, quia non est priuati hominis ultio. Parati simus non solum ad patientiā, sed etiam ad beneficentiā, ut subiunxit, orandum esse pro inimicis. Neque dicit non obſistendum ei qui sic affixerit, sed si quis in dexterā maxillā impegerit &c.

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

Maxillam.) Iam iterum animaduertendū est, quo modo hæc à Christo dicta sint. Vult animum hominis sic præparatum esse ad ferendū iniurias, si quidem utilitas sit proximi : aliás non expediret aliam maxillam præbere. Christus præcepti sui mentem declarat, cum percussus in unam maxillam esset apud Annam pontificem, qui non obuerit aliam, sed increpat illum de facto, dicens: Si male locutus sum, testare de malo : si bene, cur me cædis? Non semper expedit alteram maxillam præbere aduersarijs & impijs. Charitas adhibenda est in consiliū, quæ docet quid proximo profitetur, quæq; totam legem nobis exponit. Videndum etiam, quid in utilitatem ecclesiæ sit. Si utilior nostra patientia fuerit, æquium est ut feramus omnia. Si autem hoc cesserit in dannū ecclesiæ, iam nequaquam occasionem demus aduersario in nos sœuiendi. Non iubeo autem referire, quia id nō est in præceptis domini, sed uiderit magistratus qui gladium habet, ut innocentem e manibus iniquorum eripiat. Priuati enim homines gladium non habent, quo seipso tueri debent, nisi à magistratu iubeantur, & necessitatis causa. Cede in locum aliquem si potes, ne illis des ansam sœuiēdi uel percutiēdi. Christus non dicit, sistat se aduersario, & præbeat se uarijs plagiis percutiendū &c. Vnctio & charitas id docebit. Sed si quis mentem Christi in omnibus ijs uult uidere, sciat Christum in nobis requirere pauperem spiritum, & corporatum ad flagella, modo glorificetur nomen.

dcl.

dei. Christus ipse nonnunquam cessit furori aliorum. Si possimus aduersarios lucrificare cedendo, quanto melius quam si obuerentes maxillam alteram, peccatum exaggeremus? Quod hic tibi dicitur, etiam in alijs dictis esto. Nam Christianis etiam nonnunquam licet petere apud iudicem, quod suum est. Hypocrita dicit: Ecce Christianus repetit pecuniā, cur non aliam dat pecuniam? &c. Si rem recte perpendis, etiam repetendo pius pro futurus est malo, ne illi sit ansa abuti Christianorum benevolentia, & innocentissimos quosque tales diripere. Pius et si repetit quod suum est, nihilominus internam mansuetudinem seruare potest, etiam si apud iudicem compareat. Quamvis non damnauerim illos, imo laudo, qui adeo contemnunt res externas, ut ne repeatant quidem si ablatae fuerint. Nonnunquam opus uirtutis fuerit, si quis aliorum tutelam subierit, ne penitus ab impiis spolientur & opprimantur. Hoc ideo dixerim, ne cum plerisque temere iudicetis plurimorum facta, quae possunt bona conscientia fieri.

Trahere in ius.) Ita ne obsistas affligenti te, ut malis esse nudus, quam amittere uirtutem patiēti. Placiditatem & tranquillitatē animi pius seruat, etiam si omnia sua amittat. Sed hoc rariissimum apud sanctos inuenies, quod iuxta literā abiecerint hostibus uestes. Neq; mens Christi est, ut tale quid urgeat, sed uolebat nobis tales esse animos.

Adegerit.) Si ita res postulat, si cesserit in utilitas

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

tem proximi, tunc etiam hoc utile erit. Tu uide ut be-
neficiencia possis lucrari proximum.

Petenti abste.) Quæ nunc subiunguntur bene no-
tanda sunt, ne peruersam sententia inde haurias. Nam
si hanc legem uoluerimus cōstituere Christianis, ut om-
nibus potentibus dare cogātur, igitur & furioso petenti
dabimus gladium. Et plerique solent ab alijs ea petere,
quæ ipsi dilapident. Vnde in omnibus his consilenda
est charitas. Tua profunda ne tu egeas, alijs postea onc-
rosus tua mēdicitate futurus: sic neq; tibi neq; alijs con-
sultum erit. Paulus in secunda Corinthiorum epistola,
regulam nobis ponit, dicens: Tua abundantia, aliorum
infirmitati succurrat. Fiat quædam æqualitas: statim li-
cet uidere, quæ sit alterius inopia, quibus etiam tu ne-
cessitatibus tenearis. Quis enim unquam omnibus mor-
talibus dedit, uel dare potuit? Certum tamen est hoc no-
bis præcipi, ut omnibus animū beneuolu demus. Cupi-
as benefacere cunctis mortalibus, omnibusq; qui petūt
da, si quid habes dandum: & paratus sis dare illis, quod
maxime illis prodest. Ecce deus, quo nihil melius, uel li-
beralius, nō omni peteti dat, sed sœpe frustratur preces
nostras, longè maiora daturus quam petimus. Eadem
ratione non licet cōiungere, omnibus, ut omnibus mu-
tuū demus, cum hoc impossibile sit, si uel Crœsi diuatis
possideres. Avaritia tales interpretationes inuenit, uel
simuis ocium turpe Catabaptistarum & aliorum ne-
bulonum. Nam illi mox, si quis negarit mutuum petenti,
indicant

iudicant illum non esse Christianum, & immisericordem aut auarum pronunciant. Lex Christi hoc non vult, neq; illud uoluit iniugere, ut omnibus mutuo des. Animum petit benuolum, candidum & pium erga omnes. Auersare autem faciem a paupere, indicium est hominis sordidi: & non communicare alijs si potes, du ritia quedam animi est. Vult Christus ut homo animū beneficū habeat erga omnes, sed adhibenda est charitatis regulā, quæ docebit quādō, quādiu, et cui dandū sit.

Audistis quod dictū sit: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū tuum. At ego dico uobis: Diligite inimicos uestrós, bene precemini deuouentibus uos: benefacite ihs, qui uos odio persequuntur. Orate pro ihs, qui lœdunt & insectantur uos, ut sitis filii patris uestri qui est in cœlis, quia solem suum exoriri finit super malos ac bonos, & pluviā mitit super iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt uos, quod præmiū habetis: Nonne & publicani idem faciunt: Et si cōplexi fueritis fratres uestrós tantū, quid eximiū faciatis? Nonne & publicani sic faciunt: Eritis igitur uos perfecti, quemadmodū pater uester qui est in cœlis perfectus est.

Cap. V IO. OE COLAMPADII IN

Hoc nunc alia lege urget, quam iterū pharisæi per se
peram interpretati sunt, addito additamento. τὸν οἰοπ
tum uicinum tum proximum uocat. Iam omnes morta
les proximi sunt. Et quamuis frequenter persecuti sunt
Amorrah eos &c. aduersus illos enim licebat bellige
rare, quia iussi illud à domino: sed ob id nō pro cuiusvis
libidine arma sumenda, sed imperāte uel rege uel iudi
ce. Lex nō docet odiū, sed in multis locis beneficiendū

Cap. 19 esse ijs qui odiunt. In Leuitico dicitur: Ne sis memor
iniuriæ ciuium tuorum. Nōnne est diligere inimicum,
cum omnem iniuriam iuberis diluere & abradere è pe
ctore, ut amplius non cogites? Qui non illis benefacie
bant, & qui nonnunquam redarguebant illos propter
peccata sua, illi mox pro inimicis habebātur. Ut uide
mus hodie, quomodo pleriq; inimicantur pijs: & qui
maxime amici sunt, hi habētur pro hostibus. Qui mo
rem impio non gerit, illum pro hoste existimare solet.
Moses præcipit, ut bouem uel asinum inimici reduca
mus. Et ibi manifeste nobis præcipitur, ut inimico be
nefaciamus, tantum abest ut Moses præcipiat malum
malo retaliare. Iudicem aliquem quisquis habet si pati
tur accedit, quiq; punire debet. Vnde Christus ad be
faciendi consuetudinem trahens nos, dicit:

Diligite.) Sicut supra alias sententias exposui, ita
& hanc expono. Sæpe non prodest inimicis, ut benefac
tias illis: sed nunquam nocet, si diligas eos toto corde,
si ores dominū pro illis, si excuses facta illorū. Silendo

¶ sedendo nonnunquam etiam benefacimus. Sunt quidam gradus hic. Diligimus animo, benedicimus ore, benefacimus opere. Illa que apud quosdam minime uidetur, difficillima ferè sunt. Nam aliquem toto corde diligere magna res est, præsertim si ab eo fueris offensus: si autem hoc impetraverimus, statim impetrabimus ut etiam beneficias ei. Sæpe benefacimus illis, quibus non bene uolumus, ut uidemus in falsis fratribus quotidie salutantes nos fratres & amicos, sed simulant pacem, & dolum in corde habent. Obsequuntur etiam aliquando, donec major opportunitas facili obuenierit: interim semper rancorem seruant in cordibus suis. Igitur exorditur Christus & dicit: Diligite, id est, uestra pectora sint placida & benefica. Quoties cogitamus nos peccatores & inimicos dei sic reconciliatos per sanguinem Christi patri coelesti, inde facile moueri possemus ad diligendū alios, indeq; oritur charitas in cordibus fidelium. Si uerè & ex corde condonauerimus, certe benefaciemus proximo: cognoscemus etiā fratres & filios dei, & eorum miseriā qui seducti sunt diabolica peruersitate. Et rectius dolendū de ijs, quam male uelle. Nam si deum diligis, meritò eius creaturā diliges. Rationem autem conciliandi fratres Paulus Ro. 12. pulchre describit, qui dicit: Ne sitis arrogantes apud nosmetipso, neque cuiquam malum pro malo reddatis, prouide parantes honesta in conspectu omnium hominum, si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus in pace uiuentes.

Cap. V IO. OECOLAMPADII IN

nō uos metipsoſ ūlciſcētes dilecti, quin potius date locū
Deut. 32 iræ. Scriptū eſt enīm: Mihi ultio, ego rependā, dicit do-
minus. Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum: ſi ſiſt,
pota. Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in-
caput illius. Ne uincaris à malo, imò uince bono malū.

Bene preceſimi.) Exemplum in Christo crucifi-
xo habemus, qui orabat patrem pro crucifigētibus ſe,
excuſans illos, ſic dicens Luc. 23. Pater remitte illis, ne-
ſciunt enim quid faciunt.

Filiij patris.) Eandem promiſſionem ſuprā audiui-
ſtiſ, nam dixit: Beati pacifici, quoniam filij dei uoca-
buntur. Neq; ubiq; hanc promiſſionē adiungit. Igitur
rectè illam commendat à Christo beatitudinē animad-
uertamus, & ita referetis patrē uestrū qui eſt in coelis,
quiq; omniū maximus et potentissimus eſt, cuius tanta
maueſtas, quam nemo non debebat reuereri. Ille quo-
tidie à multis blaſphematur, eius ministri concuſcantur
à peſsimis mortalib⁹, tantam tamen patientiā habeſt,
ut illos ſinat uiuere. Sermo Tertulliani de patientia pul-
cher eſt, quem legere poteritis.

Super iuſt.) Moueat igitur uos exemplū patris ue-
ſtri, qui diſſimulat tempus. Nunc nō eſt iudeſ, ſed ſuo
tempore iudicabit. Nūc promiſca illa beneficia omni-
bus cōmuニア ſunt bonis & malis, idq; facit dominus, ut
omnes ad bene agendū prouocet: uerū bonis omnia in
bonū cedūt, mali autem indurantur quando proſperan-
tur, & in ſua impietate putat ſe gratos eſſe deo.

Si

Si dilexeritis.) Antea admonui scopum istius sermonis esse, quod Christus multò commendationē uitam commendat quam populus iuuere soleat. Dicit, quia decet ut uos sanctiorem uitam agatis quam cæteri, nolite esse ita degeneres, quia fortes milites fortia facta decent. Deus interim non prohibet quin amicis beneficias, sed iam recepisti mercedē. Neq; propter regnum cœlorum beneficas, sed quia amicus est. Deum specta, & alibi mercedem habebis.

Publicani.) Faciunt id ipsum latrones, qui sunt amici inter se, & fures se mutuum iuuant in facinoribus suis. Igitur erit character christiani hominis, aliquid habere quod uulgas hominum non habet.

Sitis igitur.) Non est talis perfectio ut nihil omnino nobis desit, & sicut pater est per omnia perfectissimus: sed pro nostra infirmitate & uirili laboremus, ut illi similes simus: & quomodo perfectus est, misericors, pius &c. erga uos, similia imitamini, & habete animū paratum ad benefaciendum omnibus.

C A P V T VI.

 Ttendite ne eleemosynā uestrā præstetis corā hominibus, quō spectemini ab illis. Alioqui præmiū non habetis apud patrē uestrū qui est in cœlis.

Ex superiori cōcione didicimus, qualē Christus uelit esse populu suū, nempe multò sanctiore hypocritis &

Cap.VI IO. OECOLAMPADII IN

phariseis, atq; uulgo hominū qui externa cōtentis sunt iustitia, & internā non admodū curant. Christus uult habere populum perfectissimū, deoq; uerè consecratū. Præscripsit multa quæ nunc clarius interpretatur. Ad diuinus beatos eos esse qui mūdo sunt corde, & qui huiusmodi sunt, deum uidebūt. Hæc mundities cordis pos fidetur à nobis, ubi omnia simpliciter agimus, & in ueritate spectamus in deum ipsum magis quam ad homines. Requirit igitur eam munditiā in omnibus nostris operibus, siue dandæ sint eleemosynæ, siue castigadum sit corpus, siue orandū, ut cognoscamus nos esse seruos dei, & non hominum. Præterea spectemus ad deum ipsum, à quo remunerationem expectamus, & non ad homines, quantū illi nos glorificant pro nostris operibus. Inter bona opera tria potissimum recēsentur magis frequētia, nempe eleemosyna, ieiuniū & oratio. Eleemosyna pertinet ad dispensationem facultatum nostrorum. Et dum opes nomino, interim nō excluderim etiā alia dona diuinitus concessa homini, quibus iuuatur proximus, si uel eloquētia uel consilio &c. In summa, quocunque modo subuenis destituto, eleemosyna dicitur. De nomine nō contēdimus, sed hæc uox de extensis ferè quæ largimur pauperibus dicitur. Ieiuniū uero ad carnem pertinet: unde ieiunij nomine omnes castigationes corporis, siue humicubia, quæ à Græcis Xætuviae dicuntur, siue peregrinationes, inediæ, uigilie, &c. quibus rationibus corpus in seruitutem potest redigi.

redigi. Sic orationis postremò nomine comprehendimus ea quæ animum ad diuina subleuant, ut in lectionibus & gratiarū actionibus, quando mens diuinis rebus occupatur. Hæc potissima opera sunt, quibus se Christiani iure exercet; nullus tamē illis abutatur, ne mercede careat. Instruit igitur nos de singulis, quomodo eleemosynam demus, quomodo uerè ieunemus, & quomo do oratio nostra deo placeat, & dicit:

Attendite. Non simpliciter prohibet eleemosynam dare in conspectu hominum, hoc enim nihil male in se habet. Supradixit, ut uideant bona opera uestraz sed hac cōditione quæ adiecta est, ut spectemini ab illis. Studium ostentationis prohibet: uult ut caueamus à pessimo uitio inanis glorie, ut cupias celebrari ab hominibus. Satis nobis sit ut celebremur à domino. Seruī dei simus, non hominū. Est autem hoc peccatum nusquam non familiare ijs qui uidentur nonnihil profecisse in uirtutibus, et ferè qui habiti sunt sanctissimi, sua opera perdunt, quia illi cogitant solum, quò uideantur ab hominibus quibus auxilio sunt, non quò placeant deo. Maxima certe iactura, inani gloria mercedē amittere. Quanto pluris est celebrari à patre cœlesti, quam ab homine, cuius iudicium fallax est, qui fortasse etiam te iudicat quasi uane glorie studiosum, & longè aliter in pectore opus tuum probat, quam uerbis exprimat. quare ab illius pendes iudicio? Vide potius patri cœlesti placet, & totus illi datus sis, qui nouit cor tuum: & si ei

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

adhæseris uero corde, honestabit te in die iudicij, neque
coram uno & altero, sed coram omnibus angelis suis.

Itaq; cum præftas eleemosynam, ne
tubis canatur ante te, quemadmodum
hypocritæ faciunt in conciliabulis, &
in uicis, ut glorificantur ab hominibus.
Amen dico uobis, habent mercedem
suam. Cæterum cum tu præstabis elee-
mosynā, nesciat lñstra tua quod facit
dextera tua, ut sit tua eleemosyna in oc-
culto, & pater tuus qui uidet in occul-
to, ipse reddet tibi in propatulo.

Non fuerunt tam stulti pharisei, quod huiusmodi
pompa uti solerent, sic tamen solet describi hyperbolis
cōs, ut amplum studium magnificandorū operum ex-
cludere posset. Nam qui æternam memoriā student ha-
bere, etiam si non adhibeant tibicines, magis tamen sua
opera populo decantari faciunt quam abscondant: in
quorum numero sunt hi qui in marmoribus inscribunt
nomina sua, & ea quæ dederunt in templo, uel in elee-
mosynam, & sic immortalitatem uolunt assequi. Audit
uimus nuper Gen. 10. quomodo deus succensuerit illis,
qui turrim Babel extruxerat. Item quod Saulem regē
ob eam causam reiecerit. Vnde in Psalmo 52. Græciles
gerunt, ὅτι ὁ θεὸς στενόγμον ὁσα καθεωπά-
ρολων. hoc est, quoniam deus dissipauit ossa eorum
qui

qui hominibus placent: cum Hebrei habeant, circundantū te. Ab hoc hyperbolico modo non oportet abhorre, cum maximè in prophetis sēpissimè occurrat. Dicis, Non utor tuba, propterea non praeuaricor hoc præceptū. Satis si cōduxeris aliquos, qui opera tua magnificis uerbis deprecācēt. Dicis præterea, Vbi hypocritæ id fecerūt, uisi sunt ab omnibus: ego longè aliter ago. Hypocritæ si tam benignis pectoribus fuisse, utiq; alijs temporibus tales se etiā exhibuissent pauperibus: sed uidentibus hominibus simularunt se esse uales de misericordes, & tali specie deprendabant alios. Hæc est merces illorum, id est, nulla est merces illorum, quia non quæsierunt solidam mercedē: habeant igitur illam uanam, imò iam præmium suum receperunt. Nihil illis debet d̄cis, quia sua opera non fecerūt ut deo placerēt, sed ficto pectori simularunt se esse bonos.

Dexteræ.) Neque sinistra neque dextra aliquid scīunt, quia illis scientia non ascribitur. Est sententia: Ne apud te ipsum magnificas opera tua: sufficit quod animus tuus spectet gloriā dei: adeò occultū sit quod facis, ut etiā te ipsum lateat. Malè igitur faciūt hi qui dicunt: Tot & tanta fecisti opera &c. nostrum non est sic dignare opera nostra.

In occulto.) Expositio illius dexteræ & sinistre est. Vult dicere, occulte & clām facias: non tamen sic occulte & clām, ut uelis abscondere ab omnibus, sed ne uelis in eo gloriari. Celebrantur alij, dicis, in magno honore

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

&c. Respondet Christus: Pater restituet in die iudicij, finito alijs uanam gloriolam. Neque dubites quin omnia opera coram deo clament, & indicent se. Eleemosyna enim est quæ recipit in sedes beatorum, etiam si tu illud ignores. Proinde refrenemus animos nostros, ut mundo corde faciamus quicquid faciendum est, idq; in gloriam dei solum, & utilitate proximi. Quod autem ad opes terrenas attinet, postea dicit, ne simus solliciti admodū. Properat iam ad alia opera, & docet ut sic simus instituti, ne orando cupiamus placere hominibus, sed ipse deo, qui preces nostras solus exaudire potest.

Et cum oraueris, non eris quemadmodum hypocritæ. Nam illi solent in conciliabulis, & in angulis platearum stantes orare, quò conspicui sint hominibus. Amen dico uobis, quod habent mercedem suam.

Hypocritæ omnia faciunt ad ostendandum, quasi sint ualde religiosi. Plus operæ insumentum, ut quæ facimus, animis exequamur, quam uerbis amplificemus. Nemo ignorat quid sit oratio. Generali autem nomine sub oratione comprehendere possumus alia studia, quibus animus illustratur cum loquitur deo in lectione diuinarum scripturarum, in gratiarum actionibus &c. Iterum uidete quod eradicare nitatur studiū ostentati. Nihil mali habet psallere coram populo, sed ad ostentationem canere, & quæstum ex pietate facere, hoc ne
qua^{to}

quaquam religiosum est. Fortasse non in angulis platearum orarunt, sed in templo: nam Christus studium ostendit ante oculos nobis solum proponit. Etiam si illi non fiant compotes uotorum suorum, non curant, solummodo ut laudentur ab hominibus, & habeantur in numero piorum. Interim discimus, debere nos adorare patrem cœlestem, & non alium quemcunq; sanctum. Si studium ostendandi prohibetur, utiq; alia prohibentur, quæ gloriam dei minuant.

Tu uero cum oras, introito in conclave tuum, & occluso ostio tuo ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, persoluet tibi in propatulo.

Christus non facit tale præceptum, quod nusquam orare oporteat quam in cubiculo, sed uult animum esse quietum et tranquillum à strepitu huius mundi, ut agat secum sabbatum. Hi enim qui in cubiculis sunt, quietescunt, & non habent tot interturbationes. Ita nos omnes uagam cogitationes orando, quæ insipidam reddunt orationē, caueamus. Siue in templo cum alijs Christianis oraueris, siue etiam solus, hoc potissimum cogita ut sis solus, ne alij te interturbet. Scipio se nunquam minus solum esse, quam cum esset solus, dicebat: sed hoc propter frequentes curas quas habebat. Omnes prophanae curæ omittendæ sunt, & quicquid mali nos uexat relin-

Cap. VI. 10. OECOLAMPADII IN

quendū est: in mente pura ad montem dei ascendamus, ut quietē cum domino loquamur. Claude ianuas tuas, dictum est etiam ad custodiā sensuum. Sensoria, ut oculi & aures, sere sunt sicut ianua mentis, ut per ea quae nidentur, intromittantur sicut per fenestras. Imaginativa & excogitativa, ut philosophi dicunt, uis sepe abducit nos. Igitur à uanitatibus auertamus oculos nostros, alias non intento animo orabimus. Si hominum nugas attendit quisquam, & orat deum, indicium est animi minus religiosi. Paret sibi homo quietem sub hora orandi, sensus ab omnibus cupiditatibus amoueat, neq; cupiat uideri ab hominibus. Peſima res est uelle placere hominibus, & contentus esse ea laude, etiam si non sis pius. Tuus, emphatice dictum est. Habet benignū patrem, qui omnia uidet, ad quem alium ibis? Videre in occulso, est audire preces. Visus auditum comprehendit. Omnia deo cōspicua sunt, et nullæ tenebre apud illum. Omnino perspicuum erit te fuisse uerum ministru deli, qui non seruieris hominibus, sed potius deo patri.

Verum orantes ne sitis multiloqui sicut Ethnici, putant enim fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes istorum.

Excludit aliam stultitiam uulgarium hominum, qui putant deum posse demulceri prolixitate precum, uel uerborum elegantia, uel ornatu. Ita uidemus superstitionis quosdam sibi ipsi ita blandiri. Preces uerae in affe-

affectuū seruore sunt, non in multiplicatione uerborū. Modo affectus sint prolixī & synceri, nihil refert qui buscung; uerbis proferes id quod petis: si iusta à deo petis & digna, exaudieris. Gentes stultos deos sibi fingunt, qui cantu mulcentur, & multitudine orationum, & persuadēt sibi, si tot & tanta dixeris, exaudieris, magis sonum uerborum, quām rem ipsam & affectus estimantes. Hęc stulta opinio apud uulgas hominum. Plato & alij philosophi agnouerunt deum in spiritu esse adorandum: et si quidam philosophorū multū aberrauerint, ut Pythagorici: etiam quidam ex Platonicis, qui putabāt ore nequaquam esse orandum: & illas orationes solum esse sanctissimas, quae fiunt ab ijs qui planè carent materia, & sic excludere externam orationem uoluerunt. Christus autem non sine causa exemplum illius præstis. Qui superbi sunt, & creaturam dei infamant, quasi caro non posset comparari spiritui aliqua in parte, non mirum quod indignam orationem dicant esse, que ore & labijs fit &c. Idem iudicium est de multiloquio. Alij numerum nouenarium, alijs septenariū elegerunt, quasi deus quodam modo hisce numeris adiunctur.

Similes.) Spectemus quomodo Christus ipse oratur, & quomodo Apostoli, & illos imitemur, ut illi imitatores sunt Christi: sed in omnibus ijs non sit studiū ostentandi. Nihil enim pijs antiquius, quām patrem cœlestem celebrare perpetuò, & corda illorum orabunt, & nullus finis erit affectuum.

Nouit enī pater uester quibus rebus
opus sit uobis priusquam petatis ab illo.

Iam antea decreuit deus, quidnam sit nobis datus
rus. Dicis: Quare oratur, cum antea sciat id quod pe-
timus? Non oratur ut nesciat, sed ut nos eius benefi-
ciam magis agnoscamus, & grati simus, & donis eius
bene utamur. Multa statuit præterea deus orantibus se-
uelle dare, que nequaquam est illis daturus qui pre su-
perbia mentis, & præ mera ignorantia nolunt orare. Oro-
ne post hac simus ita tepidi. Presertim quæ ad sacra
pertinent, orationibus impetrare debemus. Petite sapientiam à deo, & ea dabitur tibi.

LECTIO.

Magna pars nostræ felicitatis consistit in refre-
nanda ipsa mente: immo mente bene reformatâ,
totus homo recte habet. Iam in mente instituenda hoc po-
tissimum spectandum est, quomodo nos gerere debeamus
erga patrem cœlestem. Petenda enim ea sunt, quæ max-
ime prosunt: id fieri solet in orationibus, per quas deo
familiares efficimur. Multæ autem superstitiones in preci-
bus irrepserunt, quas Christus hic emendat. Dicit igitur:

Ad hunc ergo modum orate uos:
Pater noster, qui es in cœlis, sanctifice-
tur nomen tuum. Veniat regnum tu-
um, fiat uoluntas tua, quemadmodum
in cœlo, sic etiam in terra.

Non quemadmodum solet superstitionis illud uid
gus,

gus, quod multitudinem uerborum, uel ornatum atten-
dit, quando deo loquitur: sed uidete uos quid sit precan-
dum à deo . Apostolus & dominus testantur ignorare
nos, quidnam petere debeamus: & planè ignoramus
illud, nisi à spiritu diuino edociti fuerimus . Christus autē
probè illud docet . Sed multi et si uerba teneāt, nondum
tamen persuasum habent hoc potissimum à deo peten-
dum, quod sit dei uoluntas: unde fit, ut nihil minus facie-
ant, quam quod orent tempore precum . Neq; magnis
faciūt nomen domini, qui quotidie peccatis se maculat:
neque petunt ex corde ut ueniat regnum dei, qui in se-
ipsis nomen dei non sanctificant . Porrò quamuis ueræ
preces sola mente fiant, uerba tamen quedam etiam
præscripsit Christus, nō quod cogat nos semper ad cer-
tam uerborum formam, uel quod in ipsis uerbis exter-
nis quedam uis sit sita, ut quibusdā superstitionis uide-
tur, sed quia ea hominū est infirmitas, ut ferè petamus
quæ indigna sunt, & quæ parum conducunt, ideo ex-
presit qualia sint à nobis petenda . Etiam si non hisce
uerbis semper ores, perinde erit si alijs uerbis precabe-
ris, quibus usi sunt Psalmista, & Prophetæ, modo in
eandem sententiā conueniant ea quæ tu oras . Nam om-
nes preces possunt ferè in illas reduci, et cōtinentur om-
nia in istis quæ oranda sunt, uel si ad deum ipsum respe-
xerimus, uel etiam si ad nos . Ut autem in alijs orationi-
bus præfari solemus, id & in hac oratione uidemus.

Pater noster.) Habetis conueniantios de hac oras

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

tione dominica satis prolixos, ob id non est necessariū ut diutius immoremur in expositione . Expedit habere unam certam istius petitionis normam. Res autem ista nō agitur disputationibus, sed affectibus puris. Excitantur affectus, si omnē spem in illum posuerimus. Iam nō occurrit aliud nomine quo magis affectus nostri possunt excitari, quam nomine patris . Deum patrem appellamus, & omnia bona de eo nobis pollicemur. Qui pater dignatur esse, nequaquam mortem filiorum suorum petit, sed potius salutem . Utinam initium istius orationis possemus toto corde orare . Nō oramus quemadmodū Iudei & gentes, qui etiam cōfidentur deum cœlum & terram creasse: sed patrē deum uocamus, quia nos illius esse filios cognouimus per spiritum, qui dedit dicere ex toto pectore, Abba pater . Non est cuiusvis tales uoces ex alto pectore dicere, sed eorum solum qui spiritu dei aguntur, quiq; sciunt deum curam ipsorum agere .

Cap. I In Malachia increpat dominus quod eum solum uerbis colerent, & dicit: Si ego pater sum, ubi honor meus? ubi amor? Agnoscite igitur illum & honorate. Primo igitur uerbo, nempe patris, excitantur affectus nostri, & est ac si dicas: Rex regum, dominus dominantium, pater omnium que in cœlis sunt & in terris &c. Etiam satan talia dicere potest, sed uero corde non potest dicere, Pater noster, quia tales affectus nō habet quem uerifilijs. Nos Christiani, qui agnoscimus nos esse redemptos per Christum Iesum, qui natura filius dei est, per quem

quem & adoptionis gratiam sortiti sumus, longè alio affectu deum patrem colimus quam ceteri populi, qui non sunt vocati per filium eius. Ille filius dei dedit potestatem ijs qui credunt in eum, filios dei fieri. Cognito hoc quod donavit deus pater filium suum, cor nostrum totum rapitur erga patrem, ut optima fiducia orare possumus, quod nequaquam sumus derelinquiendi. Neque Christus docuit orare, Pater meus: sed ut charitatem nobis maxime commendaret, dicit noster, ut sic fraternitas inter suos discipulos conciliaret, qui se scirent unum patrem in celis habere, & ut seruarent pacem & unitatem inter se maiori studio. Si ceteros pro fratribus non habemus, quomodo illum patrem nominabimus? Fides & charitas in hoc pulchre nobis commendantur.

In celis.) Non solum hoc ad gloriam dei spectat, sed etiam nos admonemur nostrae dignitatis. Supradicatis audistis, patrem in celis nobis redditurum premium. Spes nostra respicit ea quae nondum apparent, & ad illa quae in celis sunt. Non sumus ex eorum numero, qui presentia solum respiciunt, neque ad carnalem partem animus noster spectat, sed tota spes constat in istis inuisibilibus. Alij interpretantur, quies in celis, id est, qui es pater coelestium, id est sanctorum, ut celi sint coelestes & sancti dei. Non reiicio piam illam expositionem, sed malo simpliciorem. Hoc omnibus modis agit Christus, ut animum nostrum euehat ad summa. Nunc ordine ponit preces. Sunt quae ad gloria dei pertinent,

Cap. VI IO. OECOLAMPAD II IN

*¶ sunt quæ ad nostram utilitatem et necessitatem.
Vnum in tribus istis cupiunt, qui sanctificatum nomen
petunt: uolunt etiam regnum et uoluntatem domini
fieri. Dicit:*

*Sanctificetur.) Per nomen intellige, non nomen
quod scribitur, sed celebritatem nominis dei et gloria.
Tua gloria sancta sit apud omnes mortales, tu lauderis
et prædiceris ab omnibus: sicque omnino tollitur nostra
superbia. Ferè petimus, ut nos commendemur ab homi-
nibus: et ita exploremus nosipsos primū: quia in hoc est
nostra felicitas, si domini gloria ubique laudetur. San-
ctificetur nomen domini, non prophano modo uel uul-
gari. Ab angelis etiam discimus hanc orationē, qui in
¶sa. 6 Esaia dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus exer-
cituum, plena omnis terra gloria eius: id est, sis sanctissi-
mus in omnibus, nemo de te male sentiat, uel loquatur,
omnia in gloriam tuam cedant, et in caelo et in terra.*

*Veniat regnum.) Quomodo igitur sanctificamus
nomen tuum? Ita ut regnes in omnibus, et tu sis rex
regum. Non regnet in nobis mortale peccatum, quod
hactenus membra ista sibi uendicauerat, sed tu deus re-
genes in nobis, et omnia tibi seruant. Nemo tibi contrad-
dicat. Fiamus igitur serui dei. Oremus ut regnum dei
ubique augeatur, id est, ut omnes homines deo seruant.
Incipiendum autem est in nobisipsis, ut nos totos dedicemus
deo. Seruant membra nostra illi, tunc etiam opus est
quicquid nostrum est deo seruiet, ubi est regnum Christi,
nisi*

nisi ubi deo puro corde seruitur? Nō est hic perfectum regnum dei in hoc mortali corpore: cum autem facie ad faciem deum uidemus, tunc adebit. Nunc precamur ut Christus regnet in nobis, sed non contenti sumus di midia illa felicitate, quia petimus perfectam beatitudinem, ubi dominus regnat cum sanctis suis. Veniat igitur regnum illud, neq; aliud cupimus. Cupimus ut omnes uerbo tuo pareant et imperio. Apparet in his uerbis, quod pauci bono animo hoc petant, proinde nō mirum insipidas nostras esse preces. Vbi regnabit Christus quando tua uoluntas fit? Ideo sequitur:

Fiat uoluntas.) Qui in coelis sunt et iam sanctificati, nihil gratius habent quam ut uoluntatem tuā perficiant: ita et totus mundus in hoc laboret, ut etiā ipse tuam uoluntatem peragat, sicq; nomen dei sanctificabitur. Ex hoc cognoscimus officium nostrū, quodq; opus nostrum esse debeat. Spectemus huc ut nomen dei celebretur in omnibus operibus nostris. Alij in coelo et c. id est, in mente et corpore exponunt. Alij: Sicut in ipsis qui Christum agnouerunt, sic in ijs qui non agnouerunt. Insuper obserua: in his omnibus dicitur, nomen tuum, non nostrum: regnum tuum, non nostrum: uoluntas tua fiat, nō nostra. Etiam Christus ita precatus est, ut uoluntas patris fiat, non sua: et haec ad gloriam dei pertinet. Nūc procedit ad ea quibus indigemus. Opus est nobis bonis quibus sustentemur: deinde opus est ut mala auertantur, que deus à nobis auertere potest, et

Cap. VI IO. OE COLAMPAD II IN

*prout animæ nostræ conueniūt, temperare: & ita pre-
cations & deprecationes fūnt.*

Panem nostrum quotidianū da no-
bis hodie: & remitte nobis debita no-
stra, sicut & nos remittimus debitori-
bus nostris: & ne inducas nos in tenta-
tionem, sed libera nos à malo (quia tuū
est regnū, & potentia, & gloria in secu-
la seculorum) Amen.

Obsecramus panē illum supersubstantialē, mente
potius quām liquidū panem interpretantes, id est, ma-
ximū panē. Et per hodie, quotidianū intelligere possumus.
Quomodo enim nos homines subsistere poteris-
mus? profecto nō nostris uiribus, neq; uirtutibus, neq;
ingenijs, neq; laboribus, neq; solo externo pane, sed in
uerbo dei. Ipse igitur Christus panis cœlestis est & uer-
bum dei per quod cœlum & terra condita sunt, & per
ipsum conseruantur omnia & consistunt. Quæ con-
sistunt in sua natura, necesse est uerbo dei consistant.
Igitur opus maximè diuina gratia, & uerbi dei assisten-
tia. Et panem cœlestem petamus, ut Christus sit in pe-
ctoribus nostris, ipse nos regat & pascat. Sciat etiā ho-
mo se nō alia ratione posse subsistere, ideo magnis des-
iderijs panis ille petatur. Quāvis interim ea quæ quo-
tidianis usibus necessaria sunt, nihil impedit ut queras
mus à patre cœlesti, sed primū regnū cœlorū inquiras
mus. Igitur panem cœlestē ex animo petamus, & des-
iderantes

derantes simus æternorū bonorū, & studium sit conser-
uand.e animæ. Si enim Christus pro nobis, quis contra
nos? Si ille cibat, quis famem immittet? Super substan-
tialis panis quotidie nos conseruat. Et addit, hodie, ut
tollat solicitudinem mentium nostrarum, ut quotidie
precemur, ne cogitemus quid futurum post decenniū,
uel uiginti annos: nescimus enim si tot annis uicturi su-
mus. Si petimus panem, uel sustentationem corpo-
ris, uideamus ut solum habeamus uictum & amicium.
Petamus potius ut anima habeat cibum coelestem unde
uiuat. Porro propter peccata nostra indigni sumus, ut
compones uotorum nostrorū reddamur. Vult deus re-
mittere peccata nostra, sed nos multò duriores et impla-
cabiliores deo sumus. Vnde dicit:

Debita nostra.) Cōtraximus multa peccata, quæ hic
debita uocat, propter quæ meruimus dānari, sc̄peliri,
& detrudi in infernū. Filii sumus ætern.e mortis, hocq;
propter peccata nostra. Et quāuis sciamus remitti deli-
cta nostra per Christum Iesum, nihilominus uult pater
coelestis ut oremus per Christū. Nisi fidē in Christū ha-
buerimus, nequaquā toto corde orabimus. Nō dicit pi-
us, dimitte debita mea, sed pro omnibus orat. Etsi in
psalmis inuenietis à Dauid dictū: Miserere mei deus se-
cundū magnā misericordiā tuā: quod tamē orat, nō ut
alios excludat, sed se p̄ alij dicit maiore esse pecca-
torē, idq; summa humilitate. Nemo est q̄ nō multis pec-
catis obnoxius sit. Valeat Nouatiani et Catabaptistæ.

Cap. VI IO. OECOLAMPADII IN

Ioannes in epistola sua 1. Ioan. 1. dicit: Si dixerimus peccatum non habemus, nos ipsos fallimus, et ueritas in nobis non est. Item inuenis etiam tam miserios homines, qui audent dicere, non opus illis esse oratione. Christus prescripsit illud, ut agnosceremus semper in nobis aliquid esse peccatorum: ideoque semper orandum, quod illa dimittantur.

Remittimus.) Repetit illud, & quare iniunxit adeo charitatem maximi faciendam esse, aperte ostenditur. Non vult ut odiant se homines inuidem, etiam si offensi ab alijs. Propter Christum, qui multo plura remisit, remittamus nos alijs in nos peccantibus. Nullus est qui non habet peccata aliqua. Certum indicium charitatis dei erga nos, quando dimittit nobis peccata nostra &c.

Ne inducas.) Deinde quia imminent quotidie mala, sunt praesentia mala, et sequuntur, in hac ualle lachrymarum in tempore nostro sumus, & nullum momentum habemus, quo simus securi. Hoc magnum est, si non ingrediamur in temptationem, id est, si non uincamur, cum tam uarijs modis satan nos inuidat. Ne sis pusillo animo, sed forti: nihil potest aduersum te, si dominus tecum est. Vide ne succumbas in temptationibus. Christus etiam tentatus est, & multi sanctorum. Si non esset temptatione, neque esset uictoria.

A malo.) Satan hic significatur potissimum, qui multa mala nobis facit quotidie. Libera pater a maligno, qui

qui facit nobis negotiū, quiq; cupit nos impedire à rē-
gno Christi. Cupimus igitur ab hoc malo liberari: &
ita ferè omnes ueteres exposuerunt. Scio etiam quid
neoterici dicant de istis uerbis. Insuper sciamus uigila-
re hostem nostrum, ideo admoniti simus, ut queramus
auxilium. Ob id adiuncta est sequens particula ad con-
firmationem spei nostræ.

Tuum est regnū.) Quia tu uerè rex es, & potens
super omnia, bona fiducia sumus preces nostras non
esse frustrādas: & hoc sonat amen: imò nō dubitamus,
quā preces nostræ tibi sint gratæ. Qui pīj sunt, habēt
orationē in quotidiano usu. Et si uerè agnoscimus deū
patrem, profectō multō ardenter orabimus &c.

Proinde si remiseritis hominibus er-
rata sua, remittet & uobis pater uester
cœlestis. Quod si non remiseritis ho-
minibus errata sua, nec pater remittet
errata uestra.

Præteritis omnibus alijs, hoc maximè charitatem
inter nos mortales conciliat, si iniicem remittimus pec-
cata. Et iterum uult Christus, ut pacem seruemus inter
nos mutuam, & alter alteri condonemus debita. Nemo
sit iniuriæ sibi factæ memor. Sunt nonnulla emendāda,
sed citra iniudiā & rancorē. Suprà indicaūmus, quate
nus bona facienda sunt pro malo. Vultis orationes ue-
stras esse exaudibiles, & ne frustare oretis, benefacietis
proximis uestris, & peccata remittetis eorum. Si autē

Cap. VI IO. OECOLAMPADII IN

uos duri super hanc terram fueritis, ne quaque mentem
inuenietis patrem in cœlis. Posset quis inferre:
Propter opus meum deus dimittit mihi peccatum meum,
igitur ex operibus iustitia. Indicavi ex istis quedam in-
dicia esse fidei, non quod deus debeat tantam liberatia-
tem ex operibus istis, sed quod nos certi sumus de remis-
sione peccatorum. Si igitur mihi nulla fides, neque est ut
sperare mihi remitti peccata, nisi uelim me ipsum seduce-
re. Si nulla in me charitas, quid sperabo de patre? Nō
dum pater est, quia nolo commendatos habere fratres.

Errata.) Non unum dicit, sed multa errata. Plerique
que preterimus, si semel ille in me peccasset, dimittere.
Infra habebitis septuagies septies remittendum esse.
Tantum de precibus.

Porrò cum iejunaueritis, ne sitis ue-
luti hypocritæ tetrici: obscurant enim
facies suas, quod perspicuum sit homi-
nibus ipsos iejunare. Amē dico uobis,
habent mercedem suam.

Ad tertium nunc opus accedit, nempe iejuñū, quo
corpus castigatur, ut animus tanto magis seruiat deo,
et mens magis sit perspicua. Pius non curat iejuñū ui-
ginti dierum, uel quadraginta, nisi simul seruiat proximo:
neque est ut Papistæ colligunt hic sua bona opera:
sed si quid impedit te à cultu dei, hoc reseces omnino.
Si nō prodest cibus, abstineas, ut serenior sit spiritus ad
diuinam meditanda.

Obscur-

MATTH. ENARRATIO. 90

Obscurant.) Tetrici sunt homines, seueri uultu, quæ dedita opera facies suas extenuant, ut uideantur pallidi & macilenti. Nam quia pallescunt, & non læto sunt uultu, uolunt religiosiores uideri. Verum ne hic friuole iudicemus aliquos, quia non pallescunt, sed alacri facie sunt: nam non omnes natura æquales finxit. De his hic mentio, qui huiusmodi laruas induunt, quò uideatur sancti: & qui simulant Catones, & in cute sunt nequam. Apud plebes simulat se ieunos esse, & domi ebrij sunt, lautissimeq; uiuunt. Qui Curios simulat, & bacchana lia uiuunt. In summa, illis omnia fucata sunt.

Amen dico.) Imò nullam mercedem habent: pa-
rum enim est quod ab hominibus accipiunt & nihil,
quia nulla laus ab hominibus, quæ alicuius sit utilita-
tis coram deo.

Tu uero cum ieunias, unge caput
tuum, & faciem tuam laua, ne conspi-
cuum sit hominibus te ieunare, sed pa-
tri tuo qui est in occulto, & pater tuus
qui uidet in abdito, reddet tibi in pro-
patulo.

Non omnino prohibet, ne quis indicet se ieunasse.
Nonnunquam prodest proximo si dicas, hodie est ieu-
num: sed caue ita laudari ab hominibus, quasi sanctior
cæteris sis. Apud illos mos erat inungere caput oleo,
cum ieunarent: attamen non ponit præceptum Christus, ut tu prodeas candidus, sed studium ostentandi pro-

Cap. VI IO. OECOLAMPADII IN

hibet. Neq; nos ipsos prædicemus, si ieunamus, uel alio-
quid boni operis facimus. Quid ad patrem cœlestem
utilitatis uenit, siue ieunamus, siue non? Interim tamē
commodum habemus, eo quod corpus in seruitutem
redigitur. In die autem iudicij reddet dominus præmiū
bonis, omnibus angelis uidentibus, & sanctis.

LECTIO.

VARIJS temptationibus obijcimur, & obnoxij sus-
mus, & ferè quando unam euadimus, in alterā
incidimus: ideo admonuit per quam diligenter, ut caue-
remus ab ostentādi studio, ne sic bona opera nostra de-
prauarentur. Est autem inuenire non paucos, preser-
tim eos qui minus generosi sunt, quiq; non admodum ti-
tillantur isto gloriæ studio, uerū nō omnino liberi sunt
à temptationibus, sed ab hoste alia uia quadam tentātur,
nempe cupiditate rerum terrenarum, dum timent ne sa-
tis ipsis à deo prospectum sit, eamq; ob rem ualde soli-
citi sunt quomodo sibi thesauros congregent: & ple-
riq; etiam ministerium suum, uel opera sua sic perdūt.
Si preces illorum spectares, audires magis rogantes
deum pro pecunia & auro, quam pro uirtutibus. Simi-
liter in ieunijs eorum maior est cura congregandarū
diuitiarum, quam compescendi corporis, et carnis casti-
gandæ. Ita etiam nonnunquam dispensant eleemosy-
nas, ut magis inde lucrifaciant. Eradicare igitur Chri-
stus conatur etiā hanc pestem ex hominū mentibus, ne
illam cupiditatem terrenarū rerum habeat. Sicut prin-
cipio

cipio Adam antequam peccasset in paradiſo bene ha-
bebat, neque cupiditatibus nociuis obruebatur, sed po-
stea cum peccato ſollicitudines, & ſuperuacaneæ iſtæ
curæ obrepferunt: ita & in nobis ſunt propter pecca-
ta. Verū ut animus recte inſormetur, et melius deo ſer-
uire poſſit, expellendæ & extirpandæ huiusmodi curæ
ſunt, ne nos omnino perdaſt. Nihil enim magis à con-
templatione diuinarum rerum auocat, quam hæ ſoli-
citudines uane.

Ne reponatis uobis theſauros in ter-
ra, ubi erugo & tinea corrūpit, & ubi fu-
res perfodiunt ac furantur; ſed recondi-
te uobis theſauros in cœlo, ubi neque
erugo, neque tinea corrumpit, & ubi
fures non perfodiunt, neque furantur.
Nam ubi fuerit theſaurus ueſter, illuc
erit & cor ueſtrum.

Ne ſit uobis ſtudiū colligendi theſauri, ſed ſitis mini-
ſtri dei, & ueros theſauros querite, qui perpetuò pro-
deſſe poterint: alias opes fures diripiunt. Quicquid igi-
tur corruptibile & perpetuum non eſt, à pijs non
eſt magnificiendum. Neq; omnino Christus prohibet
poſſeſſione omnium rerum, neq; ſic uult deiſci ut nihil
omnino poſſideas, ſed planè non uult animas noſtras ijs.
eſſe addictas, iuxta dictum psalmi: Diuitiae ſi affluant, Psal. 61
nolite cor apponere. Nocte et die cogitamus quomodo
opes multiplicare poſſimus, & præ illis curis non uacat

Cap. VI **IO. OECOLAMPADII IN**

Nobis rebus cœlestibus incumbere: uel etiam alioquin impediunt nos ne sumus misericordes proximo. Vbiique dum cogitamus quo pacto cumulemus opes, et dum se etiamur ea quæ nobis prosunt, non mirum quod dei obliuiscamur. Ostendit autem Christus res illas esse uiles, et planè indignas homini, quia omnia propter hominem condita sunt. Hoc meum præceptum est, Reponatis perpetuos et immortales thesauros uobis. Hoc autem faciemus, si fidem in deum habuerimus, et ipse thesaurus noster fuerit. Hoc autem non fit, nisi nihil ipso charius habeamus. Item qui dederit eleemosynas, et eas ex hac fide, deo placere hunc quis dubitat? Alias si omnes facultates tuas sine charitate profuderis, nihil profutus re sunt. Lege 1. Cor. 13. Paulum. Quicquid boni ex his de illa feceris, manebit saluum.

Vbi fures.) Simpliciter est generalis sententia: Quodcunq; tibi ualde adlubescit, huc apponis pectus tuum, omnia denique studia tua et desideria. Si igitur quis habet pro thesauro grandem summam pecunie, futurum est ut cor suum ad illum thesaurum agglutinetur. Non oportet haec sic stupere, et admirari: nam principio antequam illas opes habemus, admiramur, quas si multū in illis situm sit. Quantus uero moeror si adhæserimus, et quantum gaudium si reliquerimus,, cogitate uosipsci: et si illa uiles sunt quæ per se transitoria sunt, non amplius erit locus admirationi.

Lucerna corporis est oculus. Si igitur

tur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidū erit. Quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuū tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in uobis, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?

Bene congruit ista sententia superioribus. Vnde enim mens hominis admiratur diuitias terrenas, nisi quia tenebrosa est, & male iudicat? Omnis nostra ratio nescit discernere inter bonū et malū. Vbi igitur oculus hominis, id est, mens humana &c. Loquitur enim de interno homine. Si oculus, id est, ratio tua pura erit, omnia bene ages. Sicut oculi uiam ostendunt corpori quā sit eundum, ne homo periclitetur, ita mente uideamus quidnā sit agendum. Nam multum refert an oculus tuus sanus sit. Si hallucinetur oculus, & non bene uidet, totum corpus secum abripit more ebriorum hominum: ideo nihil melius quam uerbum domini discere. Si autem nos, contempto illo, tanquam magistros sequimur, facile decipimur, quia pro optimis habemus, quæ non merentur bona dici. Nam dux corporis est oculus, & omnia studia tua bene habitura sunt, si mens sana sit. Bene iudices tecū quid primo loco sit amandū, & quid secundo loco. Vbi autem mens bene intelligit, affectus quoq; similes erunt. Insuper scias Christum non omnino prohibere diuitias, neque persuadere paupertatem. Vide ut mens tua recta sit & simplex, non auara, non

Cap. VI. IO. OE COLAMPADII IN

polluta uarijs cōcupiscentijs. Vide ante omnia mentem tuam purifaces. Si mens tua est mala, etiam si planè pauperis, & nullas pecunias possideas, nihilominus in tenebris cōcupiscentiæ incedis: unde necesse est ut occlusus mentis bene informetur.

Tenebræ.) Vult dicere: Si interdiu tenebræ sunt, quantæ in nocte erunt? nam in die oportebat esse lucē. Et ubi stellæ non apparent, densiores sunt tenebræ. Si ipsa mens & ratio tua sic obscurata est ut non ualeas iudicare, quid possent cæteri affectus tui? nonne in maximis tenebris ambulas? Qui accipiunt lumen à mente, tenebras ignorantiae inducūt, & que ac si quis solem vel lunā cœlo moueret. Curandum est ut mens nostra bene instituta sit, ne perturbetur stultis opinionibus. Nunc soluit Christus utilē questionē, quæ serè in ore omnium mortalium uersatur. Nam posset quis dicere: Quid si seruia mundo, & colligam pecuniam, & nihilominus deum amem? Ita enim omnes auari causantur. Illam Christus obiectionem soluit, dicens:

Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim hunc habebit odio, & alterum illum diligit: aut huic adhærebit, & alterum illum negliget. Non potestis deo seruire & mammonæ.

Quid dicas te uelle Deo cœli & terre seruire, & mundo? ne quaquam id fiet: uerum necessitatibus mun
di

di uti possumus, sed non sumus serui. Pecunijs & alijs rebus necessarijs utamur, sed caucamus ne illis sumus addicti. Sit igitur unus dominus, qui totum cor nostrū occupet. Seruire uerbo dei & pecunia, impossibile est, quia pecunia diuersa præcipit, & contraria est mandatis dei. Proinde ne thesauris etiis huiusmodi thesauros, qui impediunt à seruitute summi dei: alios thesauros mente concipite, qui perpetuò durant. Cur instabilia ista queritis &c.

Propterea dico uobis: Ne sitis solici ti uitæ uestræ quid esuri sitis, aut bibi turi, neque corpori uestro quibus indu mentis usuri.

Videtis illa quomodo pulchrè cohæreāt? Quidam dicunt se nō querere thesauros magnos, sed paucis esse contentos, si solum haberent necessaria ut sustentent se per dies uitæ. Nimia autem solicitude cum peccato irrepit. Erit igitur huiusmodi solicitude adimenda ex corde hominum. Dicit: Ne corde sitis solliciti. Victim & amictum habentes contenti sitis.

Nonne anima pluris est quam cibus, & corpus pluris quam indumentū?

Affert tres rationes in sequentibus, quibus frugaliatatem nobis persuadet, ut sic solitudinem ex cordibus hominū eximat. Primo à beneficijs, que iam olim accepimus. Qui maiora, dicit, præstat, etiam minora

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

prestabit. Qui animam dedit, quæ longè preciosior est
quam panis, uel c. ro, dabit etiam alimentum. Vnde om-
nibus modis uerisimile est, ut qui dedit animum, datu-
rus sit corporis sustentationem. Argumentamur et nos:
Si filium dedit deus, certe quæ ad alimentū pertinet
haud negabit. Rectè igitur domino confidimus, quod
non sit nos derelicturus, quia iam antea maiora pre-
stit. Sic de corpore & uestimento dicit. Nónne corpus
præsentius, quam uestis? Vnde corpus? Nónne domi-
nus dedit illud, & fouet mirabiliter? Igitur ne sis supra
modum sollicitus. Iam ab exemplis illud probat & infe-
rioribus rebus, dicens:

Vertite oculos ad uolatilia cœli,
quia non serunt, neque metunt, neque
conuehūt in horrea, & pater uester cœ-
lestis alit illa. Nónne uos longè præcel-
litis illa? Quis autem ex uobis sollicitè
cogitando potest addere ad statutā suā
cubitū unum? Ac de indumento quid
soliciti estis?

Si deus bruta animalia & uolatilia, quæ omni solis
citidine carent, neq; magni aestimantur, pascit & con-
scruat, quanto magis hominem nobilissiman creatu-
ram? Propterea & dicit: Nónne duo passeris uene-
unt asse, & pater cœlestis curat illos, ut nullus sine eius
uoluntate in terrā cadat? Et si omnia alia animalia que
condita sunt propter hominē, pascit, te qui filius es dei
(Nam

(Nam dicit, Pater uester cœlestis) non pascet? Et magna emphasi dicit, Pater uester, non auium, neq; aliorum animalium, et si omnia à deo condita sint. Cum igitur illis infimis proficit, putas quod hominem ad sui imaginem creatum derelinquet? Et quia homo multò melior est, maiorem etiam spem de deo concipere debet: & efficax argumentū est. Tertio admonet nos ab inutili cura. Impossibile quod nos curis aliquid proficiamus, si perpetuò sinus solliciti, neq; maiores efficiuntur in corpore nostro, neq; minores, illaq; solicitudo nihil proderit nobis, & uana omnino est. Quis ad staturam suam cubitum adycere potest unum? Impossibilis est res, & inutilis solicitudo. Maxima utilitas hominis, si consilio Christi acquiescit. Neque uult Christus ut deum tentemus. Aliud est operari, aliud liberum esse à superfluis curis. Operare in ijs donis quæ deus tibi concessit. Si ingeniuū est, da operam literis. Non tentes dominum, ac si non te discente euadas doctus. Agricola relinquuit solitudinem deo, colens nihilominus agrum summa diligentia. Quæ deus concessit media, illis utemur, aliás tentamus dominum, quod non fit sine maximo peccato.

Cognoscite lilia agri quomodo crescant: non laborant neque nent. Attamen dico uobis, ne Solomonem quidem in uniuersa gloria sua sic amictū fuisse, ut unum ex ijs. Quod si gramen

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

agri quod hodie cum sit, cras in clibanum mittitur, deus sic uestit; an nō multo magis uobis id faciet, ô parum fidentes? Ne sitis igitur solliciti dicētes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur?

Tertio lilia agri adducit, per hoc commonefaciens nos, ut omnem solitudinē hanc uanam abijciamus. Neque hic loquitur de lilijs, quae in hortis domesticis plantantur magna cura, sed de ijs quae in campo sunt, quorum neq; pictores per omnia possunt natuum colorē feliciter imitari. Et exempla leguntur aliquorū, qui conatis sunt omni industria & arte adhibita, imitari naturam liliarum, sed frustra omnem operam adhibuerunt: immo Solomon qui ditiſsimus rex fuit, nec in omni sua gloria tam ſplendidus fuit, neque tam decenter suam familiam ornauit ut haec lilia, quae sponte sua crescunt in agris, domino ita ordinante.

Quod si gramen.) Inducit argumentum, & concludit: Si gramen deus sic uestit, an uobis aliquid denegabit? An non est hoc certissimum indicium, minimum esse in uobis fiduciae? Deus omnes creaturas sic uestit, quae propter hominē condita sunt. Ne igitur nos simus solliciti, dicentes:

Quid edemus.) Hoc non simpliciter Christus prohibet, sed cum ista mentis solitudine, & cum illa incredulitate. Similiter in alijs rebus agamus. Adoremus domi-

dominum, & quod nostrum est sedulò laboremus, &
ijs quæ deus concepit ut amur suo tempore. Etiam cura
in deum proijcienda est tempore bellorum, quæ huma-
nis brachijs confici non possunt. Interim tamen discas
deum prouidentiam non prohibere, sed infidelitatem
illam, qua omnia corradimus per fas & nefas, quasi
deus non habeat curam suorum.

Nam omnia ista gentes exquirunt,
Nouit enī pater uester coelestis, quod
opus habeatis his omnibus. Quin po-
tius quærите primum regnum dei, & iu-
stitiam eius, & hæc omnia adiçientur
uobis. Ne sitis igitur solliciti in crastini-
num: nam crastinus dies curam habe-
bit suūp̄sius. Sufficit sua diei afflīctio.

Deum non agnouerunt æθ̄eos isti, nescientes tan-
ta bona propter hominē facta esse, quia putant omnia
necessitati subiecta esse, ut sunt multæ stultæ opiniones
Ethnicorū. Si animus hominis non recte institutus fue-
rit in ijs, necesse est ut in huiusmodi sollicitudines inci-
dat. Tota enim uita ipsorum uersatur in hoc, ut possint
conquirere opes, ut se & suos uestiant, alant &c. neq;
putant id diuino beneficio acquiri, sed suæ prouiden-
tie totum istud ascribunt.

Nouit.) Non incedis sic coram deo quasi ignotus
sis, scit quibus indiges. Qui prius aluit, etiam posthac
non deseret.

Cap. VI IO. OE COLAMPADII IN

Regnum.) Videte ut deus in uobis regnet, ut si iustitia illa dei in uobis, hocq; sit unicum studiuū uestrum. Cura si quereris regnum dei ut innocenter uiuas, & omne studium adhibeas, ut deus inueniat locum in te. Si amor iusti & recti in te fuerit, regnum dei habes. Si autem illa non adsunt, similis es alijs gentibus.

Adiijcentur.) Si opus habes cibo, diuitijs, hospitio, defensoribus, patrono, dominum ora, & prout fidelibus illa expediunt, ita dispensabit &c.

Soliciti.) Hoc s̄epe admonet, quia nō parue sunt tentationes quotidianae. Igitur & uos fitis admoniti.

Craftinus.) Nō est dies sine afflictione. Stulti sumus qui nos grauamus inutilibus curis, alioqui plus satis grauati. Videamus ut præsentia bene dispensemus: ubi craftinus dies illuxerit, aderūt nouæ curæ, & illas bene dispensemus. Interim habeamus fiduciā in deū, qui inse sperantes nō deseret.

LECTIO.

OMNINO ad uiuū sanitatē nostram optimus amarū medicus Christus querit nobis restituere. Non est autem aliud perniciosius malum ipsa hypocrisi. Nam hypocrism taxauit in eo, quod ferè illi spe etant humanam laudem, & se ostentare cupiunt, gloriam dei obscurates. Est etiā aliud internū uitium, quo multū de seipsis sentiunt, etiam si nequaquam innocentes sint, imò propter insitam sibi superbiam admodum proclives sunt ad iudicandū alios, & ad obtrectandum. Vnde certissimum indicium est illos charitate destitui-

Opor-

Oportebat igitur Christum hoc malum sic emendare. Antea præscripscrat beatos esse misericordes. Certum est nequaquam illos uerè misericordes esse, qui ad obtrectandum alijs proclives sunt. Nam peculiare est charitati, nō esse suspiciorum, & omnia in bonam partem interpretari, quantum fieri potest. Igitur Christus ut etiam in hac re medetur, dicit:

C A P V T VII.



Olite condemnare, ne condemnemini. Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de uobis: & qua mensura metimini, ea metientur uobis aliij.

Id est, ne temere ruatis ad obtrectandum. Illa quæ obscura sunt, ne uos tanquam certa pronuncietis. Quia quis enim homo internus sit, unus cordium cognitor nouit deus. Nos externa uidemus solum, de quibus possumus iudicare, ut scortatio, homicidium, auaritia, furtum, &c. & de ijs nihil prohibet iudicare. Si quis illum corripiat ob scelus aliquod commissum, non contra hoc dictum Christi peccat. Si enim iste dolet de peccatis perpetratis, lucrasti illum. Contra illos autem hic loquitur, qui peccata aliorum solent exaggerare: nam fieri potest ut quis scortator fiat, & peccet per infirmitatem, & tamen illum iudicas per meram malitiam peccasse, non considerans eius infirmitatem. Certè ibi fit excessus, neque habetur ratio charitatis. Quæ autem aperta sunt pec-

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

cata, hi quibus datum est, illa iudicent. Fratres enim arguendi sunt spiritu lenitatis si possent restaurari, alias iudicium est dei. Si igitur inuaseris tribunal dei, & illud occupare studueris, uide ne iudiceris. Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de uobis. Si reperti fueritis immisericordes erga proximos, etiam nullam alibi misericordia sperare licebit, si quidem uobis adhuc probatur uestra immisericordia. Hæc est mensura quaremetur dominus.

Metimini.) Id licet uidere ferè per omnes prophetas, ubi creberrima mentio de iudicijs dei, in quibus semper proponuntur que ab hominibus facta sunt, cum poterint subiunguntur. Et licet uidere pulchram quandā respondentiam, & modum peccatis congruentem. Qui non fuit obediens summo domino, ille cogitur inferioribus obdire. Qui male educauit filios deo, uidebit illos ad stultitiam rapi. Qui alios spoliarunt, etiam ipsi spoliuntur. Qui immisericordes sunt, et si clament, non exaudiuntur: hæcque est mensura diuini iudicij. Maxime autem prodeisset, si essemus nobis ipsis melius cogniti quam sumus, & si descendemus in nosipos percontaturi quid illuc latéret. Ethnici inter præcipuam sapientiam illud habuere, Cognosce te ipsum: illamque etiam nos doctrinam seruemus diligenter in cordibus nostris.

Cur autem uides festucam quæ est in oculo fratris, trabem autem quæ est in oculo tuo, non animaduertis? Aut quo-

quomodo dicis fratri tuo, sine eximā festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, ejce prius trabem ex oculo tuo, & tum perspicies ut eximas festucā ex oculo fratris tui.

Oportebat te cognoscere primum tua uitia. Fieri potest sit trabes in oculo tuo, id est, in corde tuo, nempe inuidia, superbia, lascivia &c. Vides quædā externa, ut uestitus, cibos, potus, nescio qualia sint, ex quibus mentem hominis non possumus cernere: uides ceremonias, quæ festucae sunt leues. Ita in frā arguit dominus hypocritas, qui decimabant mentam & cynamum, & quæ legis erant misericordia & charitas non magnificabant ab illis. Festuca hic per similitudinem dicitur, hoc est, uitium in alterius uita, quod ipsum dedecet. Etiam in fabulis moralibus habemus, quod semper manticant quæ à fronte pendet uideamus, & nostram quæ est à tergo negligamus.

Quomodo.) Vbi tanta mentis inconsiderantia est, non mirum si sequatur etiam temerarium iudicium. Ponit autem diuersa. Nam graue est cum culpa redarguit doctorem, & cum dicitur, Medice cura teipsum. Quomodo corripies fratrem, cum tu ipse sis sceleratissimus indignus certè hoc officio.

Hypocrita.) Semper nomen fratis inculcat cum magna emphasi, ut misericordiam cum fratre habeamus, & ne illum tam facile contemnamus. Habemus

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

enim unum patrem in coelis. Dicit: Hypocrita, quamuis foris ostentes seueritatem, tamen nihil es sine misericordia. Lewia uitia corripis, cum tu grauioribus masculatus sis & corpore & anima. Si autem purgares te ipsum, statim ista uideres. Quandiu uitiosi nos sumus, non possumus iudicare, & parum idonei ad iudicandum de intestinis uitiosi, uel etiam inepti sumus ad agendum aliquid bene. Purget igitur quisq; seipsum primum, & deinde alios corripiet cum fructu.

Ne detis quod sanctum est canibus: ne proieceritis margaritas uestras ante porcos, ne quādo ī conculcēt eas pedibus suis, & illi uersi in uos, lacerēt uos.

Non uidentur hæc cohærere per omnia superioribus, sed esse nouum quoddam præceptum adiectum: estq; sentētia: Ne simus temerarij in mysticis doctrinis iuuilgandis: sunt enim quædam quæ non oportet omnibus communicare. Et ita hunc locum hæc tenus expouerunt frè omnes. Basilius in institutione monastica inter cetera sic interpretatur: Ne exponatis uosipso, qui debetis esse sancti: id est, habete diligentissimā uitæ uestræ curam, ne aliquam occasionē habeant mali obloquendi, uel sœuendi in uos. Sic ille quidem. Sed uideamus an fortassis hæc sentētia bene superiori cohæreat. Est nōnunquam hypocritis maximè peculiare, ut uelint ceteris uideri doctiores, & proinde quæcunq; agnouerunt, uel didicerunt, statim diuulgant in publicum, non habens

habentes rationem auditorū, modo ipsi uideantur do-
 cēti, & nescio quam laudem spectare soleant. Ea igitur
 temeritas cum interno uitio illorum hic perstringitur.
 Vult dicere: Ne detis doctrinam hanc illis hominibus,
 qui planè indigni sunt, quīq; canes sunt: illi enim euo-
 munt quod perceperūt: quales hæretici impudentes di-
 cuntur, qui resiliunt à sana doctrina. Porci sunt, qui im-
 mundis rebus delectantur solummodo. Spectandum
 apud quos sanctū profras. Gregorius Nazianzenus
 de ratione theologie docet quid profrendū sit, et qui-
 bus, et quod nullo tempore, nisi ubi gloria Christi po-
 sit. Omnibus modis agamus fideliter in augmentatio-
 ne regni Christi. Non est nostra doctrina, neque illa
 amat tenebras. Quidam suas doctrinas occultat, in cau-
 sa est, quia aut sibi non satis fidunt, aut illam non bene
 norūt. In mysterijs Eleusinis obscura multa erant, quia
 obscœna ibi agebantur, ut omnes boni uiri omnino ab-
 horruissent ab istis mysterijs, si illa uidissent. Non sic
 est cum doctrina Christiana, quæ amat lucem. Christus
 super tecta prædicari uult suum uerbum. Quod in au-
 res audistis, dicit, id publicè & in propatulo enarrate.
 Et ita non pugnant isti loci, Prædicare uerbum domi-
 ni super tecta, & habere rationem auditorum, ne san-
 ctum demus canibus. De sacramento accipiunt illum
 locum. Benc: sed antiqui nō de symbolis ita locuti sunt,
 sed de istis mysterijs, quæ uerè sancta sunt. Porci illi
 nihil sublimius sapiunt. Vbi gloria dei postulat, rationē

Cap. VII IO. OECOLAMPAD II IN

demus fiduci nostrae omnibus potentibus, iuxta Petri do
1. Pet. 3 cistrinam. Neque simpliciter dictum est, Ne detis sanctis
canibus, ubi non est periculum, sed assignatur causa.

Ne cōculcent.) Fieri potest, ut si tacuerimus, per-
sequantur nos. Vnde unctio hominem docebit hoc loco
quid sibi agendum sit. Porro quantum ad internum ho-
minem pertinet reformandum, videamus ne ostentans
di gratia doctrinas dei proferamus, sed ut ædificemus
alios, ut gloria dei amplietur.

Petite & dabitur uobis : quærite
& inuenietis : pulsate & aperietur uo-
bis. Quisquis enī petit, accipit : & qui-
cunq; quærit, inuenit: & pulsanti ape-
rietur.

Posset quis obijcere : Omnino difficillima sunt ista
quaे proponis in præceptis tuis, nempe ut innouemus
corda nostra, mites simus, misericordes, amātes hostiū
&c. Omnino illa sublimia sunt, quaе uulgas hominum
non capit, qua ratione eò pertingam? Non permittit
ut ad uires nostras curramus. Bonum autem est, ut scia-
mus nostram infirmitatem. Oremus igitur. Et pulchre
Christus nos instruit, et augmentū illa uerba habent mi-
rum. Non satis est petere aliquid, sed diligentia singula-
ri oportet te illud quærere: pulsa, et persevera. Ea enim
benignitas dei, ut quodcunq; petieritis, dabit illud. Non
impossibilia præcipio, quaे non possis consequi, si cur-
ras preiibus tuis ad deum. Ille per suam misericordiam
quod

quod promisit uerè credentibus, est paratus dare. Fidamus igitur sic domino in omnibus.

An quisquam est uestrum homo, qui si filius eius petierit panem, lapide daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpente addet illi? Si uos igitur cum sitis mali, nostis dona bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester, qui est in cœlis, dabit uobis bona, si postuletis ab ipso?

Lucas alijs uerbis hanc sententiam explicat. Allegorias querunt multi in pane, & piske, sed relinquo illud ociosis. Sufficit nobis uidere quod Christus proposuit. Vult benevolentia patris commendare, qui nequaquam ea que necessaria sunt filiis suis denegare uult. Dicit Christus: Si filiis uestris quos diligitis, et si non summa dilectione diligatis, pro bonis mala non datis, neque mortem pro uita, uel inutilia pro utilibus: et si uos cu[m] malii sitis tanta facitis, quanto magis deus, qui solus bonus est? Nemo enim perfectè bonus est, nisi unus deus. Malitia nobis omnibus innata est. Nam Apostolus etiam dicit nos natura malos esse. Quæ igitur deus pater dabit bona? nempe optima. Vos no[n] uultis mala dare filiis uestris, quanto magis pater cœlestis? Alius Euangelista dicit: Dabit spiritum sanctum. Ea itaque bona quæ Christus docuit, quæque iussit petere, ea ex corde toto petite,

Cap. VII. IO. OE COLAMPADII IN

quia illa non denegabit. Vnde nihil Christus impossibile præcepit.

Omnia igitur quæcunq; uolueritis ut faciat uobis homines, sic & uos facite illis; haec enim est lex & prophetæ.

Nunc sub finem in epilogo quodam omnia etiam sua præcepta, & que olim, & que iterum exposuit, & præcepit, recapitulat, nempe in præceptū charitatis. Lex charitatis est, in qua lex Mosi & prophetæ comprehenduntur: & sic omnes leges oportet exponere. Dixit de mutuo, de ira, & alijs rebus. Est locus quando corrigēdus frater, est locus quādo gladius furioso nō datur. Iudicate ut sapiētis. Non malū alijs faciat in iudicio, ne æterna ista bona amittatis: hucq; spectant prophetæ omnes, et lex dei. Nūc alia obiectio sequitur. Videlicet quomodo illa pulchrè cohærent, & per antipophorā ferē multa, quæ primo aspectu dispare uidēntur, cohærere uidemus. Quid faciam, dicet quis, video tantam multiitudinē doctrinas istas negligere, nunquid unus & alter arripiemus istas doctrinas? Respondet:

Introite per arctam portam, quoniam lata est porta, & spatioſa uia quæ abducit in exitū, multicq; sunt qui ingrediūntur per illam: quoniā angusta est porta, & stricta uia quæ abducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt illam.

Note

Non oportet uos attendere quid uulgas faciat, & qua uia inambulet, sed qua tibi cundum sit considera. Est angusta porta, quam pauci ingrediuntur. Qui autem sunt isti? Num homicidae, uel alij nobiles facinorosi & portentosi homines? Nequaquam: sed de paucis sapientibus hic loquitur, qui honeste uiuunt iuxta domini prescriptum, & qui per portam intrant qua Christus intravit. Fertur carmen de litera Pythagorica, quae id ipsum docet. Principio lata est uia, que tandem dicit ad precipitiū, queq; tandem dilatatur. Hæc mēs Christi est, ut non spectemus quid multi faciat, sed potius quid oporteat facere. Qui mundum respicit, cum mundo perire, quia totus mundus, teste Ioanne, in maligno positus est. 1. Ioan. 5. ideo multi pereunt, quia lata uia ad perditionem: et ideo pauci intrant ad felicitatem, quia angusta uia quæ dicit ad uitam. Causa autem est, quia pauci ingrediuntur illam. Pauci nobiles & sapientes huius mundi, hanc uiam salutis deligunt. Videamus igitur quid præcipue Christus præcipiat, et ipsum habeamus uitæ nostræ ducem.

LECTIO.

Magnum est periculum imitari uulgi mores: nam pauci sunt qui uiam salutis ingrediuntur, quæ ab Euangeliſta dicitur angusta porta. Plerique autem eunt per uiam spacioſam in perditionem. Est autem aliud non minus periculiū, quod uix & ægrè evitatur, non ab ipso uulgo, sed à doctoribus. Nam licet sumpse

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

ris tibi animum iam quod non uelis communem uiam
ingredi, fieri tamen potest incidas in doctores malos,
qui te miris modis, & sub specie pietatis seducant: ideo
diligentissime praeceptor Christus admonet, ut caueas
mus a pseudoprophetis, & a falsis doctoribus. Sed hic
etiam ostendit nobis modum, quo falsi prophetae & do-
ctores discerni possint. Erit igitur apud omnes iudicium.
Ouium enim est cognoscere uocem pastoris, uocem lupi,
& mercenarij. Quomodo poterimus uere cauere no-
bis a falsis doctoribus, ut praecepit Christus, nisi eodem
queamus internoscere? Et uidemus in hoc loco non pa-
cos aberrare, qui nonnunquam a uita doctorum ipsam
ueritatem condemnare nituntur: quos alio loco repræ-
hendit Christus, dum iubet ut faciamus ea que docent
scribae, qui sedent super sedem Mosi, sed ne imitemur
opera illorum. Sunt quidam qui nonnunquam a doctri-
na aliorum uitam probare uolunt, hi iterum falli pos-
sunt. Non est consecaneum, hic docuit ueritatem, igitur
sanctus est. Fieri potest ut impij uiri ueritatem doceant.
Satan illam docuit, & testatus est Christum filium esse
dei. Neque hoc diabolum sanctificat. Proinde cauen-
dum est, ne hic seducamur.

Cauete uero uobis a pseudoprophe-
tis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium,
sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fru-
ctibus ipsorum agnoscetis eos.

Si se uendant nominibus Apostolorum, & ma-
gnis

gnis dignitatum & officiorum titulis, uolunt discipuli Christi esse, uerum cum eius doctrinam non afferunt, ne credatis illis. Prætextū doctrinæ, cum doctrina conserue oportet. Similiter si quis personam suam uendit apud alios, scias dolum subesse. Videmus solum exterritum hominem, cum quis dicit prophetam se esse: sed intendamus recto iudicio ad mores illius hominis: & si doctrinā examinas, ne titulos externos solum uideas, sed ea quæ in sacris Euangelijs expressa sunt: & si ea non docet, certus sis illum nō amare innocentiam, neq; aequalitatem. Quillum indumentum est adhuc, si uel etiam uera doceat. Introspicias penitus illius doctrinam, & considera an hoc sit querere innocentiam, quod illi dicunt innocentiam: an hoc sit cultus dei, quod illi plenis buccis clamant. Si queris Papistas, nemo est qui se uelit dicere mendacem. Omnes doctores uolunt esse ueritatis. Si autem intuearis rem ipsam, longè aliter docent, quam ipsa ueritas habet. Parum est longa ueste incedere & serica, gloriari hoc uel alio titulo, uel multis annis doctrinā illam didicisse. Tu introspice qui sint mores istius hominis, an utilitatē proximi, an gloriam Christi filij dei in operibus suis & doctrina querat. Paulus Gal. 3. cap. de fructibus Christiani hominis sat manifeste dicit, nempe qui fructus carnis & qui spiritus. Tales igitur qui eo modo non incedunt, quiq; fructu spiritus carent, sunt lupi, non oves. Seuire est lupo rum, & con contrario ouien innocenter uiuere. Lupi non

Ca. vii . IO. OECOLAMPADII IN

parcent animabus uestris, sed deprætabütur uos. Nullum fuit seculū, quod non habuit falsos doctores, etiam ante diluvium & post. Sancti dei semper habuerunt alii quos qui sibi contradiceret. Unde non mirum si sit magna turba contradicentium. Etiam hodie doctrinæ bonæ contemnuntur, & nocentes pedibus & manibus assumuntur.

Ouium.) Precantur uobis pacem & similia multa, nam sunt mancipia uentris, & aliud in corde habent. Sunt lupi rapacissimi: cauete ab illis.

A fructibus.) Videbitis quales sint ex operibus. Siue igitur examinaueris doctrinā, siue illos ipsos, consideran habeant fructus spiritus, an externalia sua solent contenti sint. Iudicio spiritus opus erit, ut id agnoscas. Probat autem hoc exemplo more suo, & sumit uulgarēs parabolas, & dicit:

Num qui colligunt de spinis uiuam? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: putris autē arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putris fructus bonos facere. Omnis arbor quae non facit fructū bonum, exciditur, & in ignem coniicitur. Igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.

Impossibile est, ut ex spinis uiuæ colligantur. Dicis: Igitur

Igitur nullus impiorū poterit sanam doctrinā docere.
 Id autem iam dilutum est. Ex bona doctrina non mala colliges, si non à canone iustitiae declinaueris. Si autem abscesseris, fieri potest ut aberres. Videbitis ubi sunt mali homines, quibus diuina despiciunt, quibus non est cordi charitas. Nam fides & charitas fructus sunt spiritus, quae duo recte dulcibus istis fructibus conferuntur. Quemadmodum doctrinæ diabolicæ recte spinis, quae parvunt sollicitudinē mentibus et pungunt, conscrutur, ita sana doctrina bonis fructibus. De conquirēdis diuitijs, ubi totus homo immergitur uarijs sollicitudinibus, nō est ut hic aliquid dicam, quia meret spinae sunt &c.

Arbor bona.) Nulla bona arbor sine bonis fructibus est. Videte hic, necesse est ut primum simus bona arbores, ut faciamus bonos fructus. Quis facit bonam arborem? Deus ipse. Nisi à deo sis præelectus, nisi ex gratia dei talis sis iam antea factus, semper mala eris arbor. Nam iuxta humanā naturam, nisi gratia dei præueniamur, omnes peccatis obnoxij sumus, et nascimur filij iræ, & omnes malos fructus facimus. Deus qui dat spiritum suum in pectora filiorum suorum, facit bonam arborem. Cum igitur boni facti sumus, tunc possumus edere bonos fructus. Si autē in nobis amaritudo peccati adhuc, bonos fructus nō profremus. Semper opera nostra sapiunt peccati naturā, si uel homo det eleemosynam &c. Sed qui iam est bona arbor? Qui spiritu dei afflatus est, & qui iam factus nouus homo, ille hilari-

Cap. VII IO. OE COLAMPADII IN

ter tribuit, etiam si nulla essent reposita præmia. Etsi nullæ poenæ constitutæ essent, nihilominus bene operaretur. Illa quæ sponte homines faciunt, rectè boni fructus, & sicut quæ placent deo, dicuntur. Contrà quæ per incredulitatē fiunt, deo dispergunt: quia ubi non est fiducia in deum, ibi non est acceptus spiritus sanctus. Ibi enim accedit nonnihil amaritudinis, quæ fructum inficit, ut nihil omnino sit sapidum. Non est tamen ut accedamus Manichæorum errori, qui duas naturas diuersas posuere.

Quæ non facit fructum.) Bene hoc adiicit, quod magis excitet ignavorum animos, ut cogitent quicquid bona arbores fieri. Præscientias dei non videmus: et si quis in peccatis sit, tamè coram deo bona arbor esse potest: de qua re nolo hic loqui. De experientia autem spiritus hic loquimur, quantum nobis datur agnoscere. Impunitatur nostræ ignorantiae, cum deus iustè punit. Itaque ex fructibus illorum agnoscemus illos. Venit aliquis qui dicit se sanctum, audio. Videbimus opera eius. Nunquid probabit suo ieunio se esse sanctum? sed illud non curabimus, quia potest sub pretextu religionis ieunare ut nos decipiatur. Neque una & altera eleemosyna, immo etiam si fecerit miracula, nobis suam sanctitatem probabunt, sed si fuerit in eo prædicatio fidei in Christum Iesum filium dei, tunc nobis gratus erit et sanctus. Hodie plerasque hereses agnoscere licet. Qui sunt illi qui Christum prædicant: qui ad illum sine ullo medio mittunt.

Vide

Videmus etiam alios, qui à Christo abstrahunt, quos ca
uere ut præsentissimum uenenum debemus.

Non quisquis dicit mihi, domine,
domine, introibit in regnum cœlorū,
sed qui fecerit uoluntatem patris mei,
qui in cœlis est. Multi dicent mihi in
illo die: Domine, domine, nōnne per
nomen tuum prophetauimus, & per
nomen tuum dæmonia eiecimus, & per
nomen tuum multas uirtutes præstiti-
mus; At tum cōfitebor illis: Nunquā
noui uos. Discedite à me qui operamī-
ni iniuitatem.

Videtur mihi Christus hoc loco uelle interpretari
quod dixerit uestimentū ouium, & quid sit ista interna
ſeuitia, & malitia. Sunt enim multi qui dicunt, domine,
domine, & simpliciter deum esse dominū, & regem re-
gum confitentur, sed deo non sunt ob id acceptiores,
cum interim negligant facere uoluntatem patris qui in
cœlis est. Cogita ut abneges temetipsum, & fiduciam
habeas in Christum Iesum, quemadmodum Ioannis 6.
cap. scriptum est, tunc agnoscet te deus. Qui summo lo-
co doctrinam Christi habet, ille uoluntatē patris facit.
Non autem uerbis nudis illam facies, sed in corde puro
uera operatio mandatorum domini consistit. Nihil tibi
proderit, et si communicaueris nobiscum, & baptisatus

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

sis. Quod quid aliud est, quam domine, domine? Christus uult ut sit interna purificatio cordis. Quod dicit, domine, signum est magna confidetiae. Ordinem illum seruate. Primo prophetauimus, secundo daemona eius cimus, tertio uirtutes fecimus. Considerate quantae gratiae ille sint talia facere. Prophetia futurorum est praedictio: demonum expulsio indicat magnam potestatem: & sanatio corporis, donum maximum, quo curarunt uarias infirmitates. Iudas etiam illorum donorum particeps fuit, sed nihil melior. Si quis illa solum spectaret, ut quid am arguunt, qui dicunt: Vbi sunt opera sanctitatis uestrae? facile deciperetur. Christus dicit amicula ouium esse, quibus fieri potest truculentissimi lupi congregatur. Caiaphas nonne prophetauit: ut de Iuda preditore taceam. Si igitur illa praecipua miracula non arguunt fidelē esse doctorē, opus magna circūspectio ne, ut uideas cui credas. Audiamus quid Christus docuerit in istis beatitudinibus. Certè, dicis, pulchram & necessariam doctrinam ille profert, sed uide an concors fit huic, quam ille prædicat splendida oratione: uide an internam iustitiam doceat, an externa & fucata solummodo contentus sit. Videte monasticam iustitiam. Ut tuntur plane titulis magnificis: nescio quae pollicentur. Quid illi docent, nisi externa quedā solummodo? Ita accidit in Concilijs. Dicunt: Si duo uel tres congregati fuerint, deus in medio illorum erit: & per hoc suas rugas stabilire & firmare uolunt. Necesse aperiamus oculos.

MATTH. ENARRATIO. 104

•culos nostros ut uerè iudicemus, ne seducamur. Licet in magna dignitate constituti sint illi, & opibus & potentia polleat, nihilominus illis non credamus, nisi uerbum domini afferant, & secundum illud sua firment. Paulus dicit in epistola Galatarum: Si angelus è cœlis prædicauerit nobis Euangeliū, præter id quod ipse prædicauit nobis, id pro extrema detestatione habendum. Moses Deut. 13. admonet ne falsis prophetis credamus, et si innumera miracula operarentur &c.

Confitebor.) In die iudicij. Vbi peruentum ad hoc iustum iudicium fuerit, eam uocem audient, quia nunc non possumus comprehendere illos.

Nunquam.) Vos non agnoui pro ouibus unquam. Non habuistis perfectā illam iustitiā, neq; spiritu meo acti fuistis: studium uestrum fuit operari iniqutitatem. Vos non quæsuistis quomodo perfecta iustitia floreat, & quomodo sanctus populus esset. Vestram gloriā quæsuistis, & studium uestrum in hoc uersatum est, ut male ageretis. Quæ nunc sequuntur per similitudinem partim præcedentia confirmingant, partim sunt parænetica & admonitoria. Exploremus quales nos sumus, & quid fides in nobis operetur. Quidam illum locū, Omnis qui dicit &c. trahunt ad operationē bonorum operum. Sed Christus hic reiçit externa omnia, ut statuat iustitiam dei. In illa enim fide iustitia dei consistit: ideo non bene adducunt testimonium istud. Probemus nos ipsos an uerè in nobis sit interna iustitia. Si autem fides

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

*non efficax fuerit, certum est illam nō esse à spiritu dei,
& mortuam omnino. Textus igitur habet:*

Omnis enim qui audit ex me sermones hos, et facit eos, assimilabo illum uiroprudēti, qui ædificauit domū suā super petram, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non est prostrata. Fundata enim fuerat supra petram. Et omnis qui audit à me sermones hos, & non facit eos, assimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, et deiecta est, et fuit ruina illius magna. Et factum est, ut cum finisset Iesus sermones, obstupuerunt turbæ super doctrinā illius. Docebat enim eos, uelut habens autoritatē, & non sicut scribæ.

Christus suam doctrinam uocat petram: si autem quis illam toto corde appræhenderit, ita ut ipsa fides erūpat in opera, illud certum erit indicium, te uerè ædificasse supra petram. Vnde deus ferè nos exercere uarijs calamitatibus solet, ut simus nobis ipsis notiores. An aliter fides uera in nobis sit, uidemus in aduersitatibus.

Si nullæ sunt tentationes, frè ignoramus an fides in nobis sit, uel non. Alioqui uocat confessionē in Christum petrā, qua uerè agnoscimus Christum esse filium dei. Omnino uult nos Christus habere certam illam fidem, nō ut quidā qui de fide dubitat, qui certè nunquā uerè crediderunt. Oportet esse argumentum rerum apparentium. Adeſt gustus earum rerum: ne ſic hæſites. Ibi firmitas illa, ibi petra, ſi iam ueritas ita mētibus nostris illuxerit, & ſimus deuincti fidei, ut nolimus ueritatē illam relinquere, etiam in periculo. Hoc autem fit ideo, quia fundati ſumus ſupra petram. Tribus modis tentationes hic explicantur. In epiftola Corinthiorū ignem temptationem uocat, quod probet quid quisq; ædificauerit, uel aurum, uel argentū, uel ſtūpulam. Certum igitur eſt, ſi quis uerè credit, iam licet carnifex accedat, & rapiat illum ad tormenta, nihilominus ille manet ſemper conſtantis.

Viro fatuo.) Vera ſtultitia eſt multum de Christo gloriari, & doctrina eius, & non ex corde: illi enim non conſistent in temptationibus. Eſt aequè ac ſi quis dicat ſe regem, cum regnū non habeat: & qui dicat ſe ſcire multum, cum literas non didicerit. Ita qui non credit Christo, ſtultus eſt, & male consulit ſibi. Si quis ſuper glareā ſtat, & putat ſe ſupra petram ſtare, ſibi maximū dampnum infert. Sic etiam illi ſine fide existentes, ſibi aeternā accerſunt damnationem. Tempore periculorum, & in die iudicij maximè non conſiſtēt: eiſi deus non nunquā

Cap. VII IO. OECOLAMPADII IN

illos etiam hic probet, ut omnis mundus videat quali sunt
fide praediti erga deum. In die iudicij non licet credi.
Arbor quam cadit, manet. Grauis est perditio animarum,
qua dicitur grandis ruina illius domus, ubi in aeternum a
beatitudine iustorum regimur. Multi etiam hodie ca
dunt, (ut iustus in die septies cadit) si autem resurgunt,
tunc aliquid spei adhuc est consequendae salutis aeternae.

Finis et Iesus.) Congessit praecipua capita pietatis,
in quibus exercitium continuum habere debemus, quia
nemo illa cœlestia effari potest. Illa tamen ad erudiens
dum nos sufficiunt. Ut autem uideas Christum non sim
plicem prophetam, sicut alij, sed uerum deum, perculsa
sunt omnium pectora. Non fecit ut alij sapientes per
suadendo blandis uerbis, sed erat in illo singularis gra
tia ad commouendos animos hominum. Non emenda
te orationis splendor, sed spiritus domini manifestabat
se: & docuit quasi dominus ipse, & quasi legislator uer
rus. Neque docuit sicut scribae, qui iam hoc, iam illud co
stituunt &c. Id concionatoribus sit dictum, ut certissi
ma doceant & affirment, quibus simplex populus non
seducatur.

Docuerat Christus uerbo, nunc miraculis quoque do
cere incipit, quo uerbis addat autoritatem, & suam dia
uinitatem commonstret. Ex miraculis enim istis que
legimus, quia non sunt alia id genus facta, si singula per
pendantur, recte colligi potest, Christum uerum esse
deum, & plenitudinem diuinitatis in illo habitare: unde
ne

nequaquam iste Euangelista solum humanitatē Christi indicat. Nam ex huiuscemodi operibus diuinitas Christi probari potest.

C A P V T VIII.



Vm descendisset autem de mōte, secutæ sunt eum turbae multæ: & ecce leprosus accedens adorauit eum, dicens: Domine si uelis, potes me mūdare. Protensaq̄ manu tetigit illum dicens: Volo, mundus esto; ac protinus mundata fuit illius lepra.

Suprà monuimus Christum in monte orasse, secessisseq; à populo, quò quietiore esset. Lucas autem dicit, quod in loco campestri cōcionatus sit illam cœlestē philosophiā, quam tribus superioribus cap. audiuiimus: et ita similiter ubi descendit de monte comitātibus multis turbis, etiā miracula operatus est. Item suprà ante initium quinti capitilis in genere dixit miracula Christum fecisse, nunc speciatim illa commemorat. Cum de monte descendit, parat se ad seruendū humano generi, et à contemplatione trāsit ad seruendū proximo. Monachis hoc dictum est, qui in spelūcis latent nemini scriuētes.

Multæ turbæ.) Vis uerbi que in Christo erat, mul-
tos allicit ut illum sequantur.

Leprosus.) Habebimus hic duo miracula, que pul-

chrē coniunguntur. Videbimus Christum seruatorem
esse non solum Iudæorum, sed etiam gentium. Iudæus
erat leprosus, Centurio gentilis putatur. Nam dicit:
Nō inueni tantā fidem in Israël. Gentilibus potestas hu-
mana erat in ijs terris propter frequētes seditiones Ius-
dæorū. Igitur miracula ista multa secum afferūt myste-
ria, & de infirmitate Iudæorum, & gentium. Alij lepro-
si sunt, alij paralytici. Conferte nunc morbos illos. Vi-
dentur utriq; esse incurabiles, lepra tamē incurabilior.
Lepra contagium habet, lepra fugitur, & secedere ius-
tentur leprosi à cæteris hominibus, ne eorum conta-
gione inficiātur. At non tantum periculi in paralytico.
Igitur leprosus ille maiori periculo obnoxius erat. In
miraculis autem hoc uelim bene uos expēdere, quomo-
do omnia facta sint ad utilitatem proximorū: quia nihil
fecit Christus ad ostentationem, neq; præstigiator fuit,
ut talia opera faceret, quæ nulli prodeſſent, sed quæ
plurimum conducerent homini. Cæcos & claudos fa-
nauit &c. Talia miracula non solent magi, & præſti-
giatores facere. Qui ſpiritualis eſt, facile potest dijudia-
care miracula qualia ſint, & quam ob causam fiant.
Non eſt medicamentum quod lepram curet, multò mi-
nus magorum incātationes, modo uera ſit lepra: & ut
morbii iſti diuinitatem Christi probant, ita etiam præ-
gnanitia ſecum adferūt mysteria. Vnde bonum eſt cogi-
tare nonnunquam conditiones morborum. Lepra mor-
bus eſt incurabilis, neq; legitur quod illus medicorum
hunc

hunc morbum curarit: sed curatur à Christo, & sic au-
tor uite, & bonae ualeutudinis esse comprobatur. Lepra
deniq; morbus est contagiosus, propterea Iudei absti-
nebant tanquam ab impuris à contactu leprosorum. Chri-
stus suo exemplo ostendit, non immunditiam quæ est in
carne, sed illam quæ est in mente, offendere deum. Tete-
git illum, & tangendo sanavit, cum alij Iudei fugerent
illum tanquam inmundum. Præterea se uerum sacerdo-
tem esse declarauit, et si ad aliud misit. Verus, dum
illum purum pronunciat et mundat. Interim tamen et
si illum mundat, non permittit legem Mosi contemni,
que illo tempore uigebat: & ad sacerdotē, cui hoc in-
cumbebat ex officio, mittit eum munere, ut in lege præ-
ceptum erat. Foedus igitur est morbus quo ille labora-
bat, curatus tamen est. Grauius genus morbi est, cum
alios inficiimus mala & falsa doctrina. De morbo sacer-
dotes potissimum iudicare possunt, ij nempe, qui sacra-
rum literarum notitiam habent, & inter spiritus dijudi-
care possunt. Qui hæresi laborant, & mala doctrina
infecti sunt, ut maior pars Iudeorū tunc temporis erat,
utpote humanis traditionibus adhærentes, contempta
diuina lege, hi curare nemine possunt. Etiam addiscite
quomodo iste curatus fuerit.

¹ Accedens.) Accessit, nimiriū fide. Nisi enim credi-
disset se posse consequi salutem à Christo, nequaquam
accessisset, neq; deprecatus fuisset. Alij Euangelistæ do-
cent, quid sit adorare, cum illum dicunt cecidisse in ter-

Ca. VIII IO. OE COLAMPADII IN

ram: hicq; modus adorandi fuit.

Si uelis.) Situm est in tuo arbitrio, potes mundare,
et potes foedum etiam relinquere, et tantam autorita-
tem tibi diuinitus esse concessam scio. Videte, accessit.
Quid egit? Oravit, quia alia non habuit, quae potuit
prætexere: neque illa bona opera uidemus præcedere.
Confugit autem ad misericordiam domini, et ad animus
eius ad misericordiam propensum.

Protensa.) Hunc Christus attigit manu, filium autem
Centurionis non accedit, ut uideas non opus esse Christi
præsentia corporali, et si nonnunquam curet presens
corporaliter, ob id, ut cognoscamus uiuificatricem ma-
num, et diuinam. Præterea uerè diuina censenda est ca-
ro illa, quae ipso solum tactu purificabat.

Mundus esto.) Mundare in imperatiuo dicitur. Hec
uox benignitatem Christi testatur, qui magis in nostra
salute quam prædicatione, purificatione quam coinqui-
natione oblectatur. Verè uenit nobis in bonum, et uos
luntas eius est ut nos purificet. Propterea etiam sangu-
inem suum effudit in purificationem animarum nostrarum
ab omnibus peccatis nostris. Et quamuis illa uerè
gesta sunt, et testimonium ferant uirtutib. Christi, tamen
illa insinuantur, quare Christus uenerit, nempe propter
animas potius quam propter sananda corpora, que
alias corruptioni sunt subiecta.

Et dicit illi Iesus: Vide ne cui dixe-
ris, sed abi, ostende teipsum sacerdoti,
et

& offer munus, quod iussit offerri Moses in testimonium ipsis.

Non est cuiusvis de lepra iudicare, quia uariæ eius sunt species. Ex Leuitico certos canones habemus, qui bus iudicabant quinam uerè essent leprosi, & qui hoc morbo laborare deprehendebantur, iubebantur secedere ab hominibus ceteris. Voluit igitur ante omnia se conciliari sacerdoti, per quem ingressus in ecclesiā fieri solet. Etiam apostolis potestas concessa est in claudendo & aperiendo regno cœlorum, & peccatis dimittendis, & seruandis: & præsertim ea commisit, quæ ad doctrinam attinent. Neque iam loquimur de unctis oleo externo sacerdotibus, sed de ijs qui spiritu sancto uncti sunt. Hoc etiam licet in ijs obseruare, Christus per omnia cauit ostentationem. Nos itaq; eius humilitatē imitemur, ne ostentandi gratia faciamus ea quæ in utilitate proximi agimus. Quale nunc donum affrendū? Vide ut tu afferas affectum pium, & caue ne sine munere appareas. Semper in lege præceptū, ne quis absq; munere accederet sacerdotem. Nunc munus nostrū animus pius. Quamvis multa alia in Leuitico occurrunt, quæ si dominus dederit uitam, eo loci examūsim explícabimus. Accedo nunc ad secundū miraculum. Iudeus multa cura opus habuit, quem Christus etiam corporaliter attigit, & sanavit.

Porrò cum ingressus fuisset Jesus Caperнаū, adiūt eum Centurio obsecrans

Ca. VIII. 10. OECOLAMPADII IN
eum & dicens: Domine famulus meus
decubuit domi paralyticus, ac graui-
ter discruciatur. Etdicit illi Iesus: Ego
cum uenero, medebor illi. Et respon-
dens Centurio dixit: Domine, nō sum
idoneus ut tectum meum subreas, imo
tantum dicuerbum, & sanabitur famu-
lus meus. Nam & ego sum homo alte-
rius potestati subditus, et habeo sub me
milites, & dico huic, uade, & uadit: &
alteri: ueni, & uenit: & seruo meo, fac
hoc, & facit.

Centurio ille censemur esse Ethnicus: & hic uide-
mus esse discrimē inter hæc miracula. Alibi tetigit, hic
dicit se uenturum in domum illius: & ideo dixit hoc, ut
prouocaret illum ad fidem suam declarandā, ut multa
alia etiā Christus locutus est, quò ardenter fides peten-
tium fieret, ut in muliercula Chananea audietis. In Cen-
turione uidete miram diligentiam & sedulitatē, quam
habet erga puerum suum. Obuiam accessit, puer labo-
rat. Agit hoc magna fide & humilitate, & apparent
magnae virtutes in singulis.

Idoneus.) Iam quī absentem curare potest uerbo
suo, et autoritate propria, is nimirum deus est. Sunt alij
qui operati sunt uaria miracula & stupenda, sed non
sua autoritate.

Ego sum homo.) Fidei suæ testimoniuū dat & pro-
fert.

fert. Si nos homines sic imperamus, quanto magis tu,
 qui uerus deus es, cui maius imperium est in creaturas et
 morbos, quam mihi in ministros. Ministri mei me reue-
 rentur, quanto magis tui. Necessarium est, ut res publica-
 cae possint consistere, sit obedientia. Dicit: Habeo ego
 tam mōrigeratos ministros, ut mihi in omnibus mox
 obedient: utiq; neq; morbi tibi resistent, neq; demo-
 nes, quibus hoc aliquando permittitur. Et haec sunt uer-
 ba magnae fidei, & magnae humilitatis. Ideo recte nos
 admonet etiam Centurio ille, ne dicamus ubiq; Christi
 corpus esse, ubi eius uirtus est. Nunquā id fuit creditū,
 nisi superioribus annis quidam sic temerē nugati sunt
 contra omnem scripturam. Nobis semper curae esse
 debet, ne hunc canonē praeuaricemur, qui ueram Chri-
 sti & diuinitatem, & humanitatem exprimit. Porro
 morbus paralysios ex infirmitate membrorum potius
 est, quam ex malitia. Videte, profuit puerō solici-
 tudo parentis.

Hæc autem cum audisset Iesus, ad-
 miratus est, & ait sequētibus se: Amen
 dico uobis, ne in Israēl quidem tantum
 fidei reperi. Dico autē uobis quod mul-
 ti ab oriente & occidente uenturi sunt,
 & accumbent cum Abraam, & Isaac,
 & Iacob in regno cœlorum: filij uero
 regni ejcentur in tenebras extremas,

illuc erit ploratus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Abi, & quem admodum credis, ita fiat tibi: et sanatus est famulus eius in hora illa.

Quomodo admiratus est Christus, qui omnia novit antequam siant? Nam admiratio fratrum est a novis & insolitis rebus. Christus autem sciebat hoc futurum. Verum uel Christus uoluit hoc modo admirandi declarare quam illius Centurionis esset fides: uel ut ceteras affectiones nostras in se recepit, hanc quoque citra tamen omne peccatum assumpsit. Neque tribuumus Christo ignorantiam propriè, sed sicut uolebat esse puer & crescere, sic etiam admiratus est.

Dico uobis.) Præsentibus nunc loquitur Christus. Non opinor enim quod de ipso Iacob & alijs fuerit locutus, sed de ijs qui debebant ipsum Christum suscipere, quorum incusat infidelitatē, quod tantam fidem non habeant. Et pulchre ibi commendat mysterium, & aperte rit etiam unde Centurioni tanta gratia. Dicit: Ne quis miretur quod illum exaudiā, etiam est filius Abrahæ, quia multi uenturi sunt ab oriente &c. qui participes eorundem bonorum, & municipes Hierusalem futuri sunt: & ut Iacob & alij qui crediderunt deo, & promissionem apud illum expestarunt æternæ salutis, ita & illi qui fidem illorum imitantur, hac beatitudine non carebunt. Nam illi qui ex carne Abrahæ sunt, hi non erunt in regno, sed ejcidentur foras: quorum multi sunt quæ

qui ad carnem & externā speciem pertinent, sed quia non credūt, & degenerāt a virtute Iacob, digni sunt ut efficiantur in extimas tenebras. In regno cœlorū summalux est, sed qui abiiciuntur, in summas uenient tenebras, ubi summæ sunt ignorantiae. Videte igitur, in hac uita quanto magis proficimus cognitione dei, tanto propiores regno Christi erimus: & quanto magis recedimus, tanto grauiores tenebras sentiemus. Et ita apparet hodie Iudeos multū de scripturis disputatione, quas in manibus suis habet, Mosen & prophetas, eiecli tamen sunt in extimas tenebras, quia Christum nō agnoscūt, qui est lux uitæ æternæ. Et manifestè Christus prædicat futuram ecclesiam ex gentibus, ne Iudæi solum sibi polliceantur regnum dei. Præcessit illa prophetia etiā multis temporibus. Peruenit in Indianam, Aethiopiam, Britanniam, Scythiam &c. Euangeliū Iesu Christi. Cum in ijs uerax propheta noster Christus insaniente toto mundo, quare nō credemus illi de alijs? Iudæi abiecli sunt in tenebras densissimas, & facti sunt contemptissimi omnium gentium. Sapere sibi uidentur, cum miserimi sunt. Nam hodie profugi sunt, afflicti, serui, & miseri, hocq; uerè horror dici potest dentium. Scimus ijs qui in sua iniquitate persecuerāt, graues poenas & æternas esse repositas, pijs autem æterna gaudia. Qui filij dei non est particeps, quid sperabit in futuro tempore? Neque dicimus tunc talem ploratum fore, qualis apud nos mortales est: sed Christus indicat ijs uerbis summā

Ca. viii IO. OECOLAMPADII IN
acerbitatem animarum. Conscientiae morsus satis pu-
niet istos miseris homines: & qui ita decedunt, deplora-
bunt se sua malitia à tanti gaudijs meritò excidisse.

Credis.) Videmus Christum illud, hoc est uiam sa-
lutis, fidei tribuere: quod obseruandum est. Et ut Chri-
stus prædixit, ita & euenit. Vnde satis ex hoc diuinitas
em Christi cognoscere possumus.

LECTIO.

Quemadmodū licet apud Marcum uidere, Chri-
stus in primis miraculis quæ fecit, discipulos
suos instituit, & quomodo ipsi agere debeant, docuit,
quóque primo omnium maximè ab ostentationis stu-
dio arcere uoluit. Nam statim in primo miraculo du-
ciuimus heri, quod dominus dicit purificato leproso, ne
cuiquam dicat quod Christus eum sanasset. Nunc ubi
ipse miraculis claruit, & maius quoddam fecerat, san-
to Centurionis filio, ne hominum fauorem sequi uideas-
tur, subducit se à turba, & ingreditur domum Petri.

Et cum uenisset Iesus in domum Pe-
tri, uidit socrum illius in lecto decum-
bentem, & febricitantem, tetigit eum ma-
num illius, & reliquit illā febris, & sur-
rexit, ac ministravit illis.

Si ad hominum gloriam respexisset Christus, uicis
ad Centurionem diuertisset, uel in aliquē alium locum
magis insignem. Videtur Petri domus paupertina, nō
magnum familiū habens quod ministraret: quando-
quidem

MATTH. ENARRATIO. iii

quidem socrus ipsa mensæ ministrauit, quæ à morbo li-
berata erat, nimirū quod deerāt alij ministri. Nō admo-
dum igitur clara domus, sed ita placet humilia Christo.

Domum.) Nihilominus nō potuit latèrē Christus,
neque uoluit, sed interim ostendit discipulis, ut ipsi nihil
humanum quærerent. Videmus hic Petrum habuisse
uxorem, & etiam alios plerosq; Apostolos uxores ha-
buisse, certi & probati autores dicunt. Si socrus, utiq;
et uxor fuit, quæ putatur plane tunc uixisse. Etiam hoc
licet animaduertere. Nominat domum Petri, non do-
mum socrus Petri. Ita reliquerant apostoli omnia, non
quod esset ius non ad sua regrediendi, sed ne ab illis ab
obsequio Christi impedirentur. Nihil in terris ita arri-
dere debet nobis quod Christo præferamus, si quidem
discipuli cius cſſe uoluerimus. Nam & postquam Chri-
stus resurrexit, etiam redierūt apostoli ad pīscationem:
unde non omnia sic reliquerunt, ut in manus amicorum
ea dederint, uel renunciauerint iuri suo, sed detinuerūt.

Febricitantē.) Accensam ferē morbo. Apud aliū
Euangelistam habemus quod discipuli rogarint domi-
num pro illa, ut curaretur, quas preces dominus nequa-
quam aspernatus est. Vult enim dominus, ut mutuis or-
tionibus iuuemus alios, etiam si antea paratus sit be-
nefacere, & iuuare. Ita fit ut ardenter oremus, si preciē
compones facili fuerimus. Iterum etiam ista socrus quæ
iacuit, mysterio non caret, quia ad domum Petri attine-
bat. Petrus minister circumcisionis est, & illi qui ex cir-

Ca. VIII IO. OECOLAMPADII IN

cuncisione fidem Petri amplectuntur, patiuntur non
nunquam humanum quiddam, ut febribus peccatorum
laborent, concupiscētijs uarijs flagrent. Rogandus mea-
dicus animarum ut curet. Cæterum illi qui adhuc sunt
in ueteri domo Petri, sanati sunt, ut heri ostensum est in
leproso purgato: & nunc illa quæ ad ueterem domum
Petri attinet, curatur.

Surrexit.) Opera Christi perfecta sunt. Et Christus
ipse sanitatem & bonam ualeutinem longè aliter con-
fert nobis, quam uulgares medici, quorum ægroti, ubi
iam incipiunt reconualescere, aliquandiu languere &
debiles infirmijs esse solent. Christus autem perfectam
uirtutem declarat mox, cum sanitatem consummatam
& non dimidiā contulit. Reliquit illam non solum ar-
dor febris, sed etiam debilitas membrorum, ita ut surgea-
ret, & ministraret illis. Verè gratitudinis opus, minis-
trare Christo, & ijs qui Christi sunt: Hoc longè am-
plius à nobis requiritur, quam ut multitudine uerborū
id ebuccinemus, quod in nobis operatum est. Sic descri-
bitur miraculum paucis præsentibus. Verum ubi illud
innotuit, confluxit magna multitudo, ut Marcus ha-
bet. Et sic quanto magis studium gloriæ auersatur, tan-
to magis Christus clarescit.

Cum autē appetisset uespera, addu-
xerunt illi dæmoniacos multos, & eie-
xit sp̄ritus uerbo, omnesq; malè haben-
tes sanauit, ut impleretur quod dictum
erat

erat per Esaiā prophetā, cum ait: Hic infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit.

Cum iam esset uesterīū tempus, eiecit Christus spiritus, id est, dēmones. Hi ex multitudine erant, qui curantur uesteri, id est ad nouissimum tempus: quia ad illud tempus Christus uenit passurus: nam post mortem accessit maior multitudo. Illa pulchre nobis hic insinuat. Decet ut penitus mentē scripturę intueamur. Interim etiam quae alijs reuelata sunt non aspernemur.

Verbo.) Iterum non est contactus manuum, sed satan & liberat à dēmonibus solo uerbo, & potestate sua diuina omnes male habentes.

Male habētes.) Suprà obseruasti opinor, me admōnente, morem huius Euangelistæ esse, quod positas historias dictis propheticis confirmet, ut de partu uirginis Marie, & de nomine Iesu fecit. Ita & hoc loci, cum miraculorū Christi facit mentionem, confirmat illa ad officium Christi pertinere, illumq; sic debuisse populo innotescere. Ex Esaiā illud sumptū est cap. 53. Verum etiam est, si quis illum locum uideat iuxta literā & histōriam, sicut ibidem citatur, quod eō respiciat propheta, quod nos ipsi pro peccatis nostris satisfacere non possumus. Christus autem factus est pro nobis sacrificium: Ita poenas quas nos pro peccatis luere oportebat, ipse luit, qui sine peccatis erat. Ipse enim factus est sacrificium pro nobis. Nos rei mortis eramus, & filij aeternae

Ca. viii IO. OE COLAMPADII IN

damnationis. Nam alias corporales & gritudines non oportebat Christum sentire, ut nobis in ijs inseruiret. Si Christus laborasset febribus, & alijs morbis, quomodo seruisset nostris infirmitatibus? sed in morte suscepit illa omnia. Euangelista locū ex Esaiā huc trahit nō incepit, cum has corporales curauit & gritudines uerbo, illū etiam uenisse ad tollendum alias hominis infirmitates. Ita sp̄ritus multò amplius uidet, quam uerba & histōria sonant. Neq; dubitamus eodem sp̄ritu locutos esse prophetas & Euangelistas. Alia etiā testimonia apud Esaiā cap. 34. de hac re, quae nolo iam adducere: uos ipsi legite summa diligentia.

Cum uidisset aut̄ Iesus turbas multas circum se, iussit ut abiret in ulteriore ripam: & cum adisset, unus scriba dixit ei: Præceptor sequar te quo cunq; abieris. Et dicit illi Iesus: Vulpes foueas habent, et uolucres cœli nidos, at filius hominis non habet ubi caput reclinet.

Christus iussit abire turbas in regionē, quae trans stagnū mare erat. Et uidete iterum ab initio multas turbas circa Iesum esse, & quomodo se abscondat ab eis, & per regionem quae trans flumē erat, ut pleriq; auellerentur à comitatu eius, ne humane gloriæ studiosus uidetur. In Marco Euangelista licet perspicue uidere Christum hoc diligenter obseruasse. Est enim malum, quo non

non peius, esse seruum omnium mortaliū ad faciendum
quicquid cæteri prescripserint, id est, quod probant ho-
mines etiam pessimi. Si dei sumus, non curabimus quæ
homines dicant de nobis: deo enim placere cupimus, &
in hoc intendimus nostras vires. Nunc iterum uidete,
cum aggregari quidam se uolunt in locum discipulo-
rum, pulchre insinuat, quales uelit esse suos discipulos:
de quare postea copiosius in 10. cap. habebitis.

Præceptor.) Quum Christus uerè deus erat, cui
humana corda patent, respxxit hominē uanum, & cor
illius, quod fortassis magis gloriam humānā sctabatur
quam quod domino inseruire uelit. Et cum omnes bene
sentirent de Christo, fortassis etiam sperabat ab eo ali-
quid commodi, uel regnū forte carnale somniabat, quia
erat opinio Iudeorum fr̄e omnium, Christum regnati
rum ut alios reges, & nondū intelligebant regnū Chri-
sti esse spirituale. Talis, ut in uerbis eius apparet, & in
respoſione Christi, erat scriba iste, qui nō ex puro cor-
de optabat in numerum assumi discipulorum Christi.
Nam si sincero corde hoc petijſſet, nequaquam passus
eſſet repulſam.

Sequar te.) Vox sancta quidem, sed cor nō itidem
sanctum. Proinde adjiciamus uerbis pectus, ut corde
cupiamus esse individuum mancipium Christi, siue per
aduersa, siue per prospera eundum sit. Sunt qui sequuntur
Christum rebus prosperis, sed illi diffugiunt aduersis.
Sequi autem oportet quocunq; ierit, etiam si ad cru-

Ca. VIII IO. OECOLAMPAD II IN

cem, siue ad morte. Precepua curam adhibeamus nos, si dominus crucem imposuerit, ne illam detrectemus ferre.

Vulpes.) Docere uult parabolice isto sermone, eos qui Christum sequi uolunt, ad nihil aliud quam ad Christum respicere debere, & non optare quietem, uel alia huius mundi solatia. Nam Christus in hoc seculo non permittit nobis felicitatem illam momentaneam. Crebro audimus: Qui pie uiuere uolunt, persecutionem in Christo Iesu patientur. Qui Christi sumus, in cruce Christi gloriamur: ideo ne illam reijciamus.

Caput.) Cum totus mundus sit Christi, tamē Christus nolebat mundo uti, sed factus propter nos pauper, ut nos locupletaret. In cruce id adimpleum est, cum inclinato capite tradidit spiritum.

Filius hominis.) Mos Hebreorum, qui hominem dicunt, filium hominis. Notate hic perquam elegantem antithesim, dum uulpes filio hominis confrutatur. In uulpibus est uerutia: dolosum animal & astutum natura: insidiatur domesticis aubus, & suas quietes habet. Sed apud Christum est contrario nihil doli suspicandum est, qui ipsa est ueritas & sinceritas. Alibi etiam Christus Herodem uulpe appellat tecto nomine. Qui igitur se extantur huius seculi commoda, uel laudari ab hominibus cupiunt, uel ditescere in hoc inconstanti seculo, uel impinguare uentrem. Illa omnia possunt censeri nomine cauernarum, in quibus quies. Aues etiam uidentur esse sine periculo in arboribus nidificantes, uel in foraminibus

bus. Item etiam beati suam quietem habent in hoc mundo. Etsi Christus non haberet quo caput suum reclinaret, nihilominus apud amicos diuertebat, & inueniebat commodam quietem, sed nihil horum quæsivit. Vult di cere: Si quis discipulus meus esse uult, nihil tale querat.

Alius de numero discipulorū suorū dixit ei: Domine, permitte mihi prius ut abeam, & sepeliam patrem meum. At Iesus dixit illi: Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos.

Vnum repellit dominus, alterū colligit. Nam sicut dixi, utriusq; cor inspiciebat. Inueniebat autē apud illum synceritatem & pietatem, quamvis nondum omnem perfectionē, quam à suis requirit. Oblectatur Christus pijs & officiosis hominibus. Sepelire patrem humanitatis officium est, sed omnino uidebatur Christo esse indignum. Sunt etenim quidam qui digni sunt altioribus officijs, sicut legitis de apostolis, quibus indignum uidebatur mensē ministrare, & relinquere uerbum domini. Quis dubitat pauperibus seruire sanctum opus esse? tamen apostoli censem̄bant sibi id indignū. Sic etiā hic dicit Christus, non esse officium apostolorum sepelire mortuos. In lege apud Mosen, in Cantico, cap. ultimo, de filijs Levi scribitur, ut relinquant parentes, quia sacerdotum non erat deploare super mortuos. Ita tunc lex affectus istos, quibus carnibus parentibus & amicis nonnunquam afficiuntur, prohibet, ne utiliora propter

Ca. viii IO. OECOLAMPADII IN

illos relinquamus. Affectum igitur illum adimere uult.
In alijs rebus opera misericordie nulli sunt dene gāda,
uerum ubi salus animarum postulat, spiritualia nō sunt
posthabenda. Neque hunc locum monachi ad suas suā
perstitiones trahere possunt, quasi parentibus non sit
subueniēdum, quod plane pharisaeum est supercilium,
et merum nugamentum. Mortui deniq; omnes sunt, in
quibus nō uiuit fides. Apostolus dicit: Vidua quæ in dea
litijs uersatur, ea uiuens mortua est. Dicit, uiuens, nō ea
quæ uiuit, quod bene notandum est. Qui deum non ha
bent inhabitantem animabus suis, uerè mortui sunt. Ita
et Adam mortuus est. Qui Christo adhærēt, cum Chri
sto uiuunt. Paulus dicit: Viuo nō ego, sed uiuit Christus
in me: quia Paulus certus de resurrectione erat: estq;
sententia, relictis omnibus affectibus illis, strenue sequa
mur Christum. Postea habebitis, ne salutent aliquem in
via, similitatione, hoc est, ne permittant se impedire in
sanctis operationibus prædicationis uerbi dei.

L E C T I O.

Observatum est heri, miracula ista multum face
re ad instituendum discipulos Christi, quid ipsis
agendum sit fungentibus suo munere, et qualia euentu
ra esset: præcipuum tamen est ut uideamus Christi di
uinitatē, et ipsum esse dominū et in terra et in mari.
Et quemadmodū per ipsum omnia condita sunt, ita etiā
in omnibus suam potestatē declarat in terra, et in ma
ri. Per mare autem intelligimus hic lacum Tyberiadis.
Et

Et cū esset ingressus nauē, secuti sunt eū discipuli sui, & ecce motus magnus factus est in mari, adeò ut nauis operi- retur à fluctibus, ipse uero dormiebat.

Paulò ante dictum est quod Christus secessit, cum sic afflueret populus. Abstraxit se ab eis, & in itinere unum abiecit, alterum secum retinuit uolentem sepeliare parentem mortuum, & sic ad nauim contendit. Secuti sunt illius discipuli, non omnis turba. Neq; enim stagnales istae naues multitudinem populi capiunt.

Motus magnus.) Non omnino immersa fluctibus, sed qui stabant in littore, uidere illam non poterant, & ideo dicitur operta à fluctibus & tegi. Præmonere uult Christus discipulos suos, in prædicatione uerbi dei exoriri magnas tempestates & turbulētias. Hinc etiā alibi dixit, se non uenisse ut mittat pacem, sed gladiū. Hæc est malignitas mundi ueritatem non admittentis. Vnde ab ipsis apostolorum temporibus semper quoties ueritas purior docta est, periclitati & odio habitu pīj fuerūt ministri Christi. Et uidetur talem insinuare commotionem fore in mari, id est, hoc seculo. Sub Antichristo enim alibi prædictas futuras tantas tribulationes, ut ele-eti dei, si possibile esset, deficeret. Interim Christus dormit, id est, securus est et quiescit, alijs in maximo periculo constitutis. Re uera Christus dormiuit, et uerè suā humanitatem declarauit, qua uoluit nostras infirmi- tates & necessitates ferre. Ita somnum sanctificauit:

Etiā si obrepat somnus, non opus ut faciam mihi conscientiam, quam natura ipsa exigit.

Et accedentes discipuli, excitauerūt illum dicentes: Domine, serua nos, perimus. Et dixit illis: Quid timidi estis exigua prædicti fiducia? Tunc excitatūs increpauit uentos & mare; & facta est tranquillitas magna. Homines vero admirabantur, dicentes: Qualis est hic, quia uenti quoque & mare obedient illi?

Id faciendum est in omnibus periculis, & ad unum Christum confugere oportet, & precibus ille excitandus, ut nobis sit adiumento. Tametsi discipuli hoc per pusillanimitatem faciebant, nondum credētes illum uere esse deum, nihilominus magna de Christo sentiebant.

Quid timidi.) Christus qui iam immortalis est, & extra huius mundi pericula, propter corporalē absentiam uidetur dormire, ut in parabola de zizania seminata, illū dormisse dicimus. Sed & Christum iam glorificatum, qui quidem quiescit, nos precibus imploramus. Semper qui Christum in pectoribus gerunt, quoru[m] coribus Christus regnat, illi securi dormiunt, neque timent fluctus huius mundi, quia sciunt cui crediderunt, quam non derelinquantur in æternum. Quiescunt cum patre cœlesti, cum interim alijs, quorum fides non satis solida est

est, multum secum fluctuat: non tantum undas timent, sed et foliorum strepitus. Satis certi de diuino praesidio sumus, si domino crediderimus. Videtur Ionas quoque id ipsum praefigurasse, cum dormiret etiam ipse secundus in navi, tempore maxime tempestatis.

Exigua fiducia.) His uerbis causam timoris explicat. Nam fidei paruitas, timoris indicium est. Fidei magnitudo contra audacie et magnanimitatis argumentum erit.

Increpauit.) Declarauit se esse dominum terrae et maris. Et sic mare fluctus suos remisit: uenti resederunt qui aderant. Videlicet hic Christum duobus elementis simul imperasse: ex quo magnum indicium diuinae uirtutis in Christo apparet: alioqui humana uoce ista eleminta nequaquam mores suos mutant.

Tranquillitas.) Serenitas mox adest, domino increpante uentos et mare. Vnde etiam omnes admirati sunt talem mutationem. Hactenus non legimus huiusmodi exempla. Christus autem omnino talia operatus est, ut omnem fiduciam de illo sui concipiatur discipuli. Vult dire: Licet maximae futurae sint tempestates, et plurima pericula prae dicantibus Euangeliu, non tam timete ob id, sed fidem habete in me: imperabo uentis, ne possint uos perdere: hoc est, nulla potestas humana quicquam nocere uobis potest et cetera. Et transit ab hoc miraculo ad aliud, quo Christus imperat demoniis, que spiritus et uenti dicuntur. Hoc autem miraculum superius obser-

Ca. viii **IO. OE COLAMPADII IN**
uarunt homines, etiam hi qui non erant in nauicula illa,
sed qui in littore, cum tantū fluctus uidissent. Attamen
longè maius miraculum uidendum hic est, nempe sum-
mam malignitatem satanæ, qui semper humano gene-
ri insidiatur: & quantam potestatem in humanum ge-
nus habeat, ex ijs duobus apparet, si quidem deus illi
permiserit. Iterū discipuli potuerūt agnoscere ad quan-
tum officium assumantur, nempe prælium eis futurum,
non aduersus carnem solum, sed etiam aduersus princi-
pes dæmoniorum, qui omnibus modis conabuntur ob-
stare, in enunciando Euangelio Christi.

Et cum uenisset ad ulteriorē ripam,
in regionem Gergesenorum, occurre-
runt ei duo dæmoniaci, è monumētis
egressi. Erant autem sæui supra modū,
ad eo ut nemo posset transire per illam
uiam: & ecce uociferabantur, dicentes:
Quid rei nobis tecum est Iesu fili dei?
Venisti huc ad cruciandum nos ante
tempus?

Dæmones illi ualde importuni erant, ut nemini lice-
ret transire per uiam illam. Dæmoniaci isti fere solita-
riam istam regionem replebant, & nemini parcebant
in quem inciderent. Marcus habet cap. 5. quod neq; ca-
tenis quisquā poterat eum ligare, propterea quod cum
sæpe compedibus & catenis uinctus fuisset, disceptæ
essent ab illo catenæ, et compedes essent cōminutæ, ne
que-

Que quisquam ualuerit eum domare &c. Bene autē hic mores dæmoniorum deliniantur. In locis in quibus sunt mortui, dæmones libenter habitant.

Sæui supra.) Id est, importuni, & parati ad offendendum, & irruendum in quoscunq; obuios. Tale fr̄e genus impiorum hominum est, quod eruditione opus habet, sordida loca colens: id est, cupit uiuere in peccatis suis pessimis, sine omni conscientia, id quod est proprium mortuorum. Et hi maximè importuni hominibus, quia nihil in illis charitatis est.

Quid rei nobis.) Statim isti dæmones senserūt uitatem Christi, etiam antequā Christus accederet. Testus noster habet, uociferabātur: alij, occurrerūt. Illud signum erat, quod iam excitabātur diuina quadā uirtus te. Neq; id factum est, quasi Christus illorū testimonio indigeret. Marcus habet cap. 1. quod Christus obturauerit illorum ora. Nam dicit: Obmutesc, & exi ab homine. Sic Christus potestatem suam ostendit ubiq;, et in mari, terra, porcis, satana, & aëre &c. Volunt dicere: Abi Christe, ne nos crucies. Petunt pacem, quam præstare nolunt. Et quanquam satan leo rugiens sit, nihilominus petit pacem à Christo. Pacem quidem à pœna, sed nequaquam benefacere Christo uolunt. Iam timebat satā ne adesset dies iudicij. Videtur ignorasse satan mysterium crucis, quod regnum illorum esset auferendum per crucē Christi. Sed sciunt diem iudicij, quo sunt relegandi ad pœnas. Semper uidetur adesse dies ille ome

Ca. VIII IO. OECOLAMPADII IN

Psal. 54 nibus malis, & ante tempus uenire, ut in psalmo habe-
mus: Malo nō dimidiabūt dies suos. Esto in annū centesī
mum uiuāt, tamē eis uidetur ante tēpus adesse dies mor-
tis. Ita etiā satane est de die iudicij: quasi dicāt, nondū
est tempus illud iudicij. Timebāt enim grauius iudiciū.
Porrò ista deprecatione gloriam Christi conabātur im-
pedire, & manere cupiebat in ijs misericordiis hominibus.

Erat autem procul ab illis grex por-
corum multorum pascens. Dæmones
uero rogarunt eum dicentes: Si ejcīs-
nos, permitte nobis ut demigremus in
gregem porcorum. Et ait illis: Abite.
Illi uero egressi, abierūt in gregem por-
corū. Et ecce ferebatur totus grex por-
corum per præceps in mare, et perierūt
in aquis. Porrò qui pascebant, aufuge-
runt, & digressi in ciuitatē, renūciaue-
runt omnia, & quid accidisset dæmo-
niacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in oc-
cursum Iesū. Et cum uidissent illum, ro-
gabant ut decederet à finibus suis.

Grex ille aliquanto iusto spacio aberat. Omnino sa-
tan semper conatur nocere homini. Et si non potest ani-
mam perdere, perdit externa illa: sed nihil posset in ho-
minē, nisi sibi data diuinitus potestate. Simile apud Job
legimus exemplū, cuius greges ouiam igne cœlitus de-
missō,

misso, nimis per satanam, perditi fuerūt. Licet itaq;
uidere, quanta potestas sit dæmonum, nisi à deo impe-
diantur. Alij Euangeliſtæ dicunt fuisse legionem dæ-
monum, id est, magnam multitudinē. Illi peruersi ora-
bant Christum, dicentes: Si omnino eijcīs nos, permitte
in gregem istum. Christus autem per hoc uoluit decla-
rare etiam immundiciem istorum hominū, qui in care-
gione erant, & in quos dæmon potestatem habet, scili-
cet in immundos homines. In illos itaq;
dæmones acci-
piunt potestatem, qui semper uersantur in luto pecca-
ti, neq;
uolunt emendare uitam suam: & haud mirum
est si hi obnoxij fuerint dæmonibus, & sic tandem im-
mergantur omnibus malis, qui sic pecunis affectibus
feruntur, uentrem suum pro deo habentes, nihilq;
diffe-
rentes à porcis.

Abite.) In hoc quod permittit, ostendit se dominū
esse omnium, tam inferorum quam cœlestium.

Abierunt.) Hic exitus immundorum hominum, &
horum qui dæmoniacæ potestati subsunt. Et per hoc
uoluit Christus indicare hominibus istius regionis, quan-
ta mala inferre potuisset eis satan, nisi diuinæ benignitat-
te prohibitus fuisset. Potuisset Christus eadem facilita-
te permettere ut intrarent in alios homines, sed noluit.
Interim confirmamus spem nostram, cum uidemus dæ-
monem nullam potestatem habere, nisi permittente deo.
Capilli nostri omnes numerati sunt à patre cœlesti, &
ne pilus cadit sine uoluntate patris cœlestis. Cum autē

Ca. VIII IO. OE COLAMPADII IN

pastores uiderent gregem in præcepseri, fugerunt, &
timebant ab istis dæmoniacis, ne quid mali paterentur.

Ciuitas.) Hæc omnia facta sunt, ut gloria Christi
magis clucescat, & prædicetur.

Rogabant.) Sunt qui hoc modestiæ causa dictum
uelint, & quod se indignos reputarint, apud quos Christus ipse habitaret. Sed multorum sententia est, populū istum extitisse crassiorem, & parum Je Christo gratum, & Christum eo habuisse loco, paruo quodam
commodo affecti, quod tamen in salutē animarūistorū
tendebat, putarint in totū uoluisse eos perdere, ideo iubent Christum excedere, cum potius gratias Christo
agere debebāt. Ita similes istis odio digni sunt maximo,
qui cum magnis afficiuntur beneficijs, tamen postea ob
minimum commodum obliuiscuntur omnium beneficiorum in se collatorum. Si illi sapuissent, retinuissent
Christum, à quo uita & salus est. Insuper per hoc miraculum
potuerunt discipuli cognoscere, quām graue certamē ipsos maneret. Nam mundus habet tales immun
dos homines, qui nihil minus cupiunt, quām edoceri ue
ritatem, quiq; nolunt liberari à graui seruitute peccatorum. Ad hoc, discipuli mittendi, uiderunt egregia
exempla in Christo, ut fiduciam haberent in omnibus
periculis, nempe in illo qui tempestatē sedaret, & uim
dæmonum compellere, & cui nihil resistere posset.

Citauit heri Euang. testimoniu ex propheta Esaiā
cap. 53. Ipse infirmitates nostras tulit &c. qui uersus
apud

MATTH. ENARRATIO. 113

apud prophetā indicat nobis Christum esse redemptorem peccatorū nostrorum. Quum autem morbi à peccatis profluxerunt, etiam conseptaneum peccata per Christum ablata esse. Expectamus enim per ipsum immortalitatem. Qui igitur Euangelistam calumniātūr, quasi parum fideliter citarit hunc locū, scient multò fidelius citasse, quām multi autūnāt, idq; ex hac lectio ne agnoscemus. Hic enim planè docet Christum uenisse peccatorum tollendorū gratia, & pœnas quæ propter peccata inflicta sunt etiam tulisse. Interim discere poterimus, quām ob causam Christus in hunc mundum uenerit, nempe propter infirmitates nostras, neque solum corporis, sed animæ, quæ maiores sunt, morbos sue studit. Parum ille nobis consulteret, qui uestem nostram consueret, & corpus saucium non curaret si posset. Ita parum contulisset Christus, si sanatis morbis, nō sanasset animas nostras.

C A P V T I X.



T ingressus nauem, traicit ac uenit in suam ciuitatem. Et ecce adduxerūt illi paralyticum in lecto decubentem. Cumq; uidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua.

Non hæret Christus in uno & eodem loco, sed uarijs locis prædicat uerbum dei, ut multis uoluntatēm pa-

Cap. IX IO. OECOLAMPADII IN

tris aperiat. Quā igitur Gergesini & Gadareni parū grati essent, reliquit istos, & transmisso stagno regres-
sus est in suam ciuitatē, quae Capernaum est, ut Marcus
habet: quam suam dicit ob id, quod frequenter ibi con-
uersatus est, & quod multa miracula illic fecit, quam-
uis, ut infra patebit, etiam Capernaitæ ad prædicatio-
nem Christi uitam suam tunc non emendabant.

Adduxerunt.) Marcus indicat quanto studio & di-
ligenzia ac fide illum obtulerint domino: nam aperto
tecto, per tegulas funibus dimiserunt illum. Erat enim
domus frequentia hominum sic stipata, ut non possent
commode illum inferre ad dominū, omnibus ad oratio-
nem intentis. Iterum ille paralyticus humani generis
typus est, quod curandum Christus uenit.

Fidem illorum.) Qui scilicet paralyticū attulerūt,
uel fidem paralytici. Ita etiam uidemus alienam fident
prodeſſe, ſic ſciliſet, dum oramus ea quæ diuinæ placi-
ta ſunt uoluntati, non dubitantes quin deus nos ſit exal-
titurus. Vnde nō mirū eſt, ſi Christiani pro suis pueris
nonnunquā exaudiātur, uſq; adeò placet deo charitas,
quæ pro alijs orare nos facit, quia pīj ſciunt preces suas
non affernari.

Remittuntur.) Christus iterum declarat ſe uerum
eſſe deum, cuius proprium eſt dimittere peccata. Nam
proprium eſt ſoliuſ dei arcana cordis cognoscere. Cum
autē Christus uideret plerosq; humiliter de ſe ſentire,
& ignorare quare adueniſſet, & quam ob causam, po-
tissim

Nūsimum illud hac uoce, remittūtur tibi peccata tua, si
gnificat. Et filium uocat, ut iuniorē: sed uerē erat etiam
filius, cui iam decreuerat dominus remittere peccata.
Et dicitur ei, ut bono animo sit, & fidat deo. Ita sem-
per dominus fidem requirit. Præterea discimus pecca-
ta esse causas morborū & poenarum. Quemadmodū
obturato fonte facile riuus arescat, ita sublatis peccatis,
poenis non erit locus: quamuis nonnunquam deus quo-
dam mirè exerceat, ut uirtus illorum magis clarescat.
Si homo principio non fuisset obnoxius peccato, neq;
nos obnoxij essemus.

Peccata.) Hoc solius diuinæ misericordiæ est: nul-
la opera præcipiūtur. Satis erat Christo ex corde fide-
re, & ab illo approbari. Vera enim fides operibus nos-
caret bonis.

Et ecce quidam ex scribis dicebant
intra se: Hic blasphemat. Et cum ui-
disset Iesus cogitationes illorum, dixit:
Ad quid uos cogitatis mala in cordi-
bus uestris? Vtrum enim est facilius di-
cere, remittūtur tibi peccata tua, an dice-
re, surge & ambula? Ut autem sciatis
quod potestatē habeat filius hominis
in terra remittēdi peccata, tunc dicit pa-
ralytico: Surge tolle tuum stratū, et abi-
in domū tuā. Et ille surrexit, abiitq;

Ca. VIII IO. OECOLAMPADII IN
domum suam. Turbae uero quæ uide-
rant, admiratae sunt, & glorificauerunt
deum, qui dedilset potestatē talem ho-
mīnibus.

Dicunt scribæ, blasphemati, hoc est, contumeliose lo-
quitur. Ita frè semper fieri solet, ut sint in multitudine,
qui bona opera carpan, sint item qui recto iudicio ap-
probent. Scribæ illi nati sunt ad reprehendendum, si-
cū & Papistæ nostri, siquidem omnia in partem pessi-
mam interprætabantur, quiq; summam arrogantiā
Christo ascribebant, nempe quia dixit, dimittuntur ita-
bi peccata tua. Iam enim cognoscebat diuinum opus
esse, remittere peccata. Si igitur Christus remittit pec-
cata, tunc sequitur, quod uerus sit deus. Obserua autē
quod & discipuli remittant peccata, sed longè alia ra-
tione, nimirū pronunciādo per spiritū & uerbum dei.

Cogitatis.) Hac nota cognoscimus Christū deū esse,
cū ea quæ in penetralib. latet, scit. Quæ sunt illæ male-
uestræ cogitationes? Nō igitur solū externa opera ma-
la sunt, sed quæ ex isto malo fonte fluunt cogitationes.

Facilius.) Si speclatis externa ipsa uerba, eadem
facilitate utrung; potest dici, uel etiam utrung; esset ar-
rogantis hominis. Nam uelle sibi uendicare hanc auto-
ritatem ut uerbo sanes & ambulare facias, non est hu-
manū: neq; etiam remittere peccata. Vt traq; igitur sunt
dei. Quasi dicat: Si dico surge, habebitis pro magno be-
neficio: quare non pro maximo beneficio si dico, di-
mittimur ut

MATTH. ENARRATIO.

122

mittuntur tibi peccata tua? quia unius dei opus est, que
hanc autoritatem mihi concessit.

Potestatem.) Apparebit quod hanc potestatem ha-
beam, ut faciam sanos, & curem ægrotos; quamuis uis-
dear uobis purus & uilis quispiam homo, tamen deus
sum. Et sic interim loquitur paralytico audiente.

Surge tolle.) Ecce diuinitatem Christi. Et hoc mi-
raculum in sabbato fecit, ut exasperaret magis illos im-
pios hypocritas.

Surrexit.) Ita semper clara miracula fecit Chris-
tus, quia uoluit non solum illum, sed & alios perfide
curare. Sic & socrus Petri mox surrexit & ministra-
uit. Paralyticus igitur iste integer & incolmis abiit in
domū suam, nam hoc præcepérat ei Christus. Alij alle-
gorias afferunt, quomodo quisq; in domū suam ueniāt.
Relinquo autem illud lubens alijs otiosioribus.

Turbæ.) De Phariseis hoc non legimus, immo dete-
riores facti sunt isto miraculo. Pij autem gratias domi-
no egerunt, & admirati sunt, quod inter homines inue-
niretur is, qui morbos sanaret, & peccata quoq; remis-
teret. Et quod Christus hanc ob causam uenerit, ne im-
putarentur peccata nobis nostra, in uocatione Mata-
thæi declarabit. Erat Matthæus publicanus, exigebat
uestigal quod conduxerat à Romanis. Nam publicani
insigniter avaritiæ homines erant: huncq; in ordinē di-
scipulorum suorum uocauit, quem & elegerat ante ini-
tium muri. Facilitas demiq; & mansuetudo Christi in

Cap. IX. IO. OECOLAMPADII IN
respondēdo phariseis ostenditur nobis. Et pulchre illa
superioribus cohærent.

Et præteriens Iesus illinc, uidit ho-
minem desidentem ad telonium, Mat-
thæum nomine, dicitq; ei: Sequere me:
atq; is surgens secutus est eum.

Nomen suum non obtinet Euangelista, quamuis et
parum gloriosum erat esse publicanum. Sed quia non
sectabatur gloriā suam, ueritatē historiæ narrat. Obser-
ua, nulla merita antecedunt, & Matthæum uno uerbo
post se traxit, hæcq; uerè diuina iūrtus.

Secutus.) Quemadmodum de ceteris discipulis
legimus, ita et iste secutus est: id est, totis affectibus
adhærebat domino, nullisq; curis domesticis sinebat se
abstrahi.

Et factū est ut Iesus accumberet in
illius ædībus, & ecce multi publicani
& peccatores qui uenerant, simul accu-
buerunt cum Iesu, & discipulis illius.
Cumq; id uidissent pharisei, dixerūt di-
scipulis eius: Cur cum publicanis &
peccatoribus sumit cibum præceptor
uester?

Videtis non abhorrere Christum à peccatoribus,
quia exhibet se illis in conuiuio. Verum alia ratio est
Christi, & alia peccatorum, quibus malorum consors
tia prohibetur. Fortium est uiuere inter peccatores, &
non

non contaminari, neq; participes esse peccatorū. Quia autē Christus sine peccato erat, propterea magnae uirtutis erat conuersari inter publicanos. Et hanc ob causam cōuersatur apud illos, ut multos posset lucrificere. Publicani enim & meretrices phariseos in regno cœlorum precedent.

Publicanis.) Inuidi & maligni homines omnia interpretantur in pessimam partem. Ita & isti obrectationis uitio laborabant, & apud discipulos detrectabāt præceptor, & è contrario apud præceptorem discipulos accusabant, ut audietis. Licet uidere quales ipsi sunt, cum quibus conuersamur. Similes similibus facile congregantur. Et ita alias traducebat Christum quasi amicum publicanorum.

At Iesus ubi audiuit, dixit illis: Non opus habent hi qui ualidi sunt, medico, sed qui male habent. Quin potius ite, & discite quid sit illud: Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Si bene haberent, frustra esset ministerium meum. Nisi humanum genus perditum fuisset, nequaquam Christus natus fuisset. Et illa pulchre superioribus cohereret, quomodo portauit peccata nostra. Iterumq; ex propheticō dicto illud confirmat, ex Osee cap. 5. In nouo regno Christi, non uabit deus sacrificia, sed magis ip-

Cap. IX IO. OE COLAMPADII IN

sim fidem & charitatem erga proximum. Si uos iusti
essetis, summam misericordiam etiam amplecteremini.
Iam longe maior misericordia est familiarē esse agro-
to, & illum iuuare, quam bene habentem iuuare, qui
non opus habet nostra cura, quia propriè misericordia
agrotis & miseris exhibetur.

Non ueni.) Eos qui seipso pro iustis habent, uo-
cat, ut poenitentiam agant, & reconualecant. Existis
dicitis potest infirmitas nostra multis modis consolatio-
nem accipere, quoties nos terrēt peccata nostra, ut scia-
mus Christum pro peccatis nostris natum esse, ut dimit-
teret ea. Et tantum de ista lectione,

LECTIO.

Tunc adeūt eum discipuli Ioannis,
dicentes: Quam ob causam nos & pha-
risæi ieunamus plerunque, discipuli ue-
ro tui non ieunant. Et dixit illis Iesus:
Num possunt filij sponsi lugere, quan-
diu cum illis est sponsus? Venient autē
dies cum tolletur ab eis spōsus, & tunc
ieiunabunt.

Semper patitur uerbum dei caluniatores quosdam.
Nunc solent illi præceptorem infamare apud discipu-
los, deinde discipulos apud præceptorem, ut sic disiu-
gant præceptorem à discipulis: sicq; facere uolunt uer-
bum domini despectū & sine fructu. Dixerunt: Qua-
re præceptor uester comedit cum telonis? Nunc uero
accusa

MATTH. ENARRATIO.

accusant discipulos apud Christum, quasi nulla bona opera facientes: unde etiam sic doctrina Christi infamatur, ac si infructuosa esset.

Discipuli Ioannis.) Nimirum sic instructi à phariseis, quos sibi socios habebant, qui summam bonae uite in iejunio & externis istis operibus constituebant, & propterea quia non uidebant iejunia discipulorum, & severitatē illam qua clarescebat pharisei, accusabant discipulos perinde ac si illi lascivii essent, & luxui seruirerent, cum tamen illis nihil frugalius. Ieiunium istud nō erat institutum lege Mosaica, sed ex pharisaica traditione introductum, ut singulis hebdomadis bis iejunarent, & illam abstinentiam à carnibus maximi faciebant: Supradictum audiuimus quanto longè plura à nobis Christus exigat.

Dixit illis.) Semper suos excusat Christus, neq; patitur discipulos suos male audire. Disce & tu proximum tuum defendere.

Filiij sponsi.) Per parabolam eis respōdet, docens se esse sponsum ecclesiae, ut Ioan. cap. 3. claret. Et in Canticis Christus, si recte intelligātur, sponsus ipse est, sponsa autem ecclesia. Filij nuptiales non ieunant, hoc est, tempore incarnationis, quando adest sponsus, & assūmit sponsam in coniugem. Solent enim coniugia ita initari certis ceremonijs & celebritatibus, quibus amici & qui adsunt, letantur. Et qui uocantur ad nuptias, filij thalami dicuntur, & paronymphi, qui proxime

Cap. IX. 10. OE COLAMPADII IN

sponsam sunt. Quando Christus est cum ecclesia sua
præsens, corporaliter scilicet, non lugebit tempore illo.

Cum tolletur.) Insinuat se auferendum ab illis, scilicet corpore, ut in multis alijs locis idem dixit: Et hic satis palam est, quod corporaliter non vult adesse ecclesie sue: quamvis alij ineptis glossematis illud diluant. Nos scimus Christum prijs omnibus adesse suo spiritu et gratia. Minime dixit se abfuturum a discipulis suis usq; ad consummationem seculi, ideo necesse est de corporali ablatione intelligamus. Non superstitionia insuperietia nia discipulorum fuere, postquam Christus in coelum ascendit: sciebant enim esurire, et abundare. Vbi persecutionibus fuerunt obnoxij, recte ieunarunt, et posse sunt uerè dici ieunasse, non sibi ipsi iniungentes huius modi crucem, sed iniunctam non recusantes. Ita sepe accidit apostolis prædicantibus uerbum dei, quod laborant omni penuria, ut apostolus Paulus commemo rat. Hoc autem tempore quo Christus apud discipulos suos fuit, non passus est illos ultra tentari q; ferre poterant. Nam dixit: Nunquid defuit uobis aliquid sine pena et baculo missis? Hoc autem præsente Christo suum est. Verum cum corporaliter ab illis assumptus est in coelum, tunc sepius esurierunt. Ita deus metitur infirmitates nostras, et pro portione etiam nostra tentatio nos sinit. Et sic discipuli instituuntur, ut tali modo cum alijs agant, ne onerent illos huiusmodi præceptionibus. Voluntarie erunt frondæ tribulationes, et quas dominus

MATTH. ENARRATIO. 124

nus iniungit, illae salutares sunt & utiles. Sed si eas non
bisip̄is iniuxerimus, maximam molestia parient: nam
corporalis exercitatio parum utilis est, hocq; nunc con-
firmat similitudinibus pulchris. Nam periculum est, si
non rationem discipulorū habes, quod totum illos per-
das, quemadmodum Christus dicit Matth. 23. Vae uo-
bis scrib̄e & pharisæi hypocrite, quia circuitis mare
& aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit
factus, facitis eum filium gennæ duplo magis quam
uos estis. Docent enim nonnunquam non docenda. Ita
sicer potest gentem agrestem audito Euangelio non fa-
tis edoc̄tam, reddi deteriorem: neq; opus exemplis.

Nullus immittit assumentum panni
rudis in ueste ueteri. Aufert enim sup-
plementū illius à uestimento, & peior
ruptura fit. Necq; mittunt uinū nouū in
utres ueteres, alioqui rumpūtur utres,
& uinum effunditur, & utres pereunt;
sed mittunt uinum nouum in utres no-
uos, & utraq; simul seruantur.

Vetus uestis infirmior est, & designat hominē in-
firmum, non assuefactum diuinis rebus: & rudis pan-
nus, præceptū rudius & grauius. Iniungere homini ue-
teri, id est, infirmo, multa facienda, & omne mysteriū
aperire, potius contemnet, quam sequatur, & sic facis
ut nullum fructum habeat, imò deterior ferè sit. Si de li-
beritate spiritus predicas, carnalē sequitur &c. Id licet

Cap. IX IO. OE COLAMPADII IN

uidere in uestibus. Si attritæ uesti assu. at quis bonū pannum, qui sit durior & grauior quam ille pannus, ubi uestimentum induitur ab aliquo, sua fortitudine uestus totus disrumpitur, nouum manet, & uestus se extēdit, ita hoc quod reliquum erat, plenitudinem uestis tollit. Nam nouus pannus ille rudior, non accommodat se uesteri: neq; uestus quia tritum est, facile extendit se, & totum rumpitur. Hoc conuenit infirmis, qui uerè infirmi sunt, si onerentur præceptis, nō possent ferre. Ita & dominus dicebat discipulis in coena: Multa habeo adhuc quæ uobis dicam, sed non potestis portare nunc. Erant discipuli uestus uestimentum, neq; adhuc poterant spiritualem doctrinam ferre, & ita sit deterior scissura. Tamen hic de illis præceptionibus quæ hominem onerat, & conscientiā grauant, loquitur, nempe, ut si post baptisum uolo facere martyrem, et cum isto, ut omnia reiijciat continuò quæ possidet, & Christum sequatur. Si non eius infirmitatē uidero, fieri potest totum illum perdam. Tempus igitur sui augmenti expectandum.

Vinum nouū.) Eadem frē ratio est cum superiori, & hac similitudine. Vinum nouum mittunt in utres ueteres: id est, in infirmos homines doctrinam infundunt. Nam uinum nouum est doctrina ualentior, & sunt infirmitas seueriora. Si quis habet utres ueteres, quæ nō possunt sic continere quicquid infusum est, ut utres noui fieri potest ut rumpantur propter mustum uinum: ita & illi operam suam perdunt. Insinuare uult Christus, necesse

necessere esse ut illi homines noui fiant, & spiritus sancti
capaces, nouorumq; præceptorum. Vtraq; doctrina non
male audiatur, & illi nō obtrahatur, sed obtemperantes sint.
Nunc sequitur nouum miraculum, quomodo Christus
filiam Archisynagogi curat, & quomodo præuenit
mulier profluvio sanguinis laborans.

Hæc cum illis loqueretur, ecce pri-
mas quidam uenit, & adorauit eum di-
cens: Filia mea modo defuncta est, sed
ueni, & impone manū super illam ac-
tuuet. Et surgens Iesus, secutus est eum,
ac discipuli illius.

Videte diligentia archisynagogi pro filia sua. Ne-
que ille caruit fide, qui sperauit eam quæ mortua dudu-
erat, posse reduci ad uitam. Adorat Christum, hoc est
reuerentia illi exhibet, quod est προσκύνει αὐτῷ.

Impone.) Ita cōuersari debebat Christus corporali-
ter apud Iudeos, et sic tactu infirmitates illorū curare.

Secutus.) Nempe seruandæ puellæ gratia.

Et ecce mulier quæ sanguinis proflu-
vio laborauerat duodecim annos, acce-
dens à tergo, tetigit fimbriā uestimenti
illius. Dixerat enim intra se: Si tantū
tetigero uestimentum illius, ero salua.
At Iesus conuersus, ut uidit illā, dixit:
Confide filia, fides tua saluā te fecit. Et

Cap. IX IO. OE COLAMPADII IN
salua facta fuit mulier à tempore illo.

Illa mulier putatur fuisse alienigena. Certè nō erat illa
daica, neq; in tanta religione habita, ut filia archisynago-
gogi. Huius autē fides erat multò amplior quām archi-
synagogi, que solo contactu uestimeti sperabat sibisa-
nitatē posse conferri per Christum: neque decepta fuit.
Hæc erat benignitas Christi, qui etsi sciebat omnia,
nihilominus fidem illius mulieris sic probabat.

Tetigero.) Melius habebo solo uestimenti conta-
ctu: quia putabat uim quandam in corpore, transire in
ipsum uestimentum, unde uestis Christi iurutem assu-
meret. Estq; sentētia illorum uerborū: Si aliquid hono-
ris illi exhibuero, melius habebo. Christus prius ques-
rebat, quis me tetigit: quod alij Euangelistæ tradunt.

Confide.) Vocat etiam hanc filiam, amicè quidem,
& deinde quod digna sit numero filiorum dei, quia si
delis erat.

Fides tua.) Vult dicere: Egregiam habuisti fidem,
præuenisti archisynagogum istum, ideo sanitatem ade-
pta es. Sic iterum uidemus diuinitatem Christi, quomo-
do corporaliter fuerit cum Iudeis, & quomodo alios
sua gratia sanare decreuerit.

L E C T I O .

IN miraculis quæ facta sunt per Christum, potissi-
mum discimus diuinitatem eius, ut sic fide in Chris-
tum confirmemur: & cum cognoverimus illum esse
deum, nihil dubitemus illum nos posse iuuare nō solum
in

in corpore, sed & anima. Interim tamen docet, quales
sint quibus beneficia diuina contingunt, & qui magis
ad ea suscipienda idonei sint. Iudeos inuenimus ad cres-
dendum tardiores, gentes uero propensiores. Item in Iu-
dæis scribas & principes multò magis contradicentes
Christo, quam ipsam plebem: & ubiq; uidemus benefi-
cia dei tantò liberalius dispensari, ubi maior & facilior
est fides: idq; in hoc principe synagogæ, quem nomi-
n. int alij Iairum, qui minus credebat, uidemus. Præue-
nit enim illum mulier ethnica, que contactu uestis libe-
rata est. Nihilominus & ille simpliciter Christum re-
quirebat, & aliquid habebat fidei, tametsi minus perse-
stè diuinam gratiam experiretur.

Et cum uenisset Iesus in ædes prima-
tis, uidissetq; tibicines & turbā tumultu-
rantem, dicit illis: Secedite, non enim
mortua est adolescentula, sed dormit. Et
deridebant illum. Cum autem fuisset
ejecta turba, introgressus tenuit manū
illius, & surrexit adolescentula. Et ema-
nauit rumor hic in totam terrā istam.

Domus illa principis, synagogā significat Iudeos
rum, que est collectio populi dei, que principibus &
sacerdotibus commendata erat. Tibicines concitatabant
turbationem, uel luctum, ut est apud alios. Hocq; ideo
scriptū est, ut ueritas mortuae puellæ magis innotescat,

Cap. IX. IO. OE COLAMPADII IN

¶ miraculū hoc magis celebraretur. Nisi enim puella mortua fuisset, nequaquam acciiū fuissent tibicines, & alij qui in luctu adesse solebant. Alioqui gens Iudaica deuotior erat in funeribus mortuorū, quām cæterae natiōnes. Turba etiam simul lugebat, & in hac re parentibus puellæ gratificabātur. Illi tibicines & turba, istos falsos doctores legis nobis significāt, qui spem resurrectionis à cordibus hominum auferrebat, & sic quoque fidem in deum. Et lex ipsa & doctores legis salutem nobis conferre nō possunt. Nam lex manifestē condemnat nos tanquā mortuos, qui non possumus nostris operibus deum mitigare. Vnde recte tibicinibus, qui mortuos deplorāt, conserūtur huiusmodi doctores. Etenim ubi non est gratia Euangeli, ibi non est promissio resurrectionis.

Scedete.) Iubet Christus turbam secedere: annuntiat adhuc aliquam salutem huius puellæ, & dicit: Dormit: per quod uerbū, resurrectio humani corporis pulchrè insinuat. Qui mortuos in hac uita fuscitauit, idem etiam ubi redacti in puluerē fuerimus, resuscitare nos poterit.

Deridebant.) Ita ferè totus mundus, maxime gentiles, in quibus non est agnitus Christi, ridiculū resurrectionē. Neq; mirum, si Plinius & alij talia scribant. Nam ubi non est fides, ibi planè nō putatur mortuum reduci posse ad resurrectionē. Iubet autem multitudinē excedere: quod nimirum significat parvas quasdam reliquias populi

populi iudaici seruandas fuisse, & ad fidem accessuras,
iuxta dictum Esaiae: Nisi dominus dereliqueret nos
semē, facti fuissimus sicut Sodoma & Gomorrah. Inde
igitur multitudo quæ irridet Christum & omnia eius de-
cta, amouetur. Alia autē turba quæ Christum celebrat,
non est repulsa. Hoc hominum genus quod Christum
& uerbū eius contemnit & irridet, indignū est regno
dei, neq; dignum ut uideat tanta miracula. Apud alios
euāgelistas habemus, quomodo assumpserit Iacobum,
Ioannem & Petrum secum, cum parentibus puellæ,
quos consciens illius miraculi fecit. Parvus certè numer-
rus, sed per hos designatur numerus fidelium, qui ex Iu-
dæorum turba erat saluandus.

Tenuit manum.) Iterū obseruemus quod contingit
puellam quæ apud Hæbræos erat curāda, quia conuer-
satio Christi apud Iudeos erat corporalis. Inſit dari ci-
bum, ut appareret manifestum miraculum absq; omni
impostura.

Emanauit.) Fama ista celebrata exiuit de puella
restitutam uitam. Iam iterum Christus suam diuinam
uirtutem ostendit. Sed etiam interim uidebitis quantam
requirat fidem. Alios quidem contactu sanat, alios uer-
bo & imperio. Videbis etiam uario modo affectum po-
pulum fuisse erga Christum.

Et cum discederet illinc Jesus, securi
sunt illū duo cæci, clamātes ac dicētes:
Miserere nostri filii David. At cum ue-

Cap. IX

10. OECOLAMPADII IN
nisset in aedes, adierūt illum cæci, & di-
cit illis Iesus: Creditis me hoc posse face-
re? Dicūt illi: Credimus domine. Tūc
tetigit oculos illorum dicens: Iuxta fi-
dem uestrā fiat uobis. Et aperti sunt il-
lorum oculi. Et interim minatus est il-
lis Iesus, dices: Videte ne quis sciat. At
illi cum abiissent, diuulgarūt famam il-
lius in tota terra illa.

Videmus in cæcis istis magnū fidei ardore, & de-
siderium, eo quod continuo sequebātur, etiam usque in
domum in qua Christus erat. Et licet non statim exdu-
direntur, non destiterūt tamē à precibus suis. Et secuti
sunt Christum non simpliciter, sed cum clamore, perse-
uerantes in precibus suis.

Miserere.) Per hoc agnoscebāt esse Meßiam uerū:
Nam de semine David Christus promissus erat. Item so-
lum misericordia Christi testatur se posse illustrari. Est
autem inter alios morbos cæcitas minus tolerabilis. Et
quia sanitatē se sola misericordia Christi assequi spera-
bant, docet quanta ipsorum fides fuerit.

Accesserunt.) Adhuc uidetis perseverantiā illorū.
Etiam cum Christus quiesceret, & ingressus esset do-
mum, illi accesserunt, & instarunt precibus continuis,
quoad sanitatem consecuti sunt.

Creditis.) Sciebat id planè Christus, unde nō tam
ignorās querit, sed ut fidem ipsorum manifestā faciat, di-
cit:

M A T T H . E N A R R A T I O .

128

et: Creditis. Et sic uult ut ipſi fateātur fidem suam, etiā
coram alijs. Dicit: Putatis quod hoc possum facere, &
solo uerbo uel imperio mco uobis restituere sanitatem?

Credimus.) Planè credimus tantam tibi uirtutē di-
uinitus datā esse: si nō crederemus, te nō accessissimus.

Luxta fidem.) Voluit hoc fidei ipsorū concedi, quod
tamen per suam gratiā & misericordiā dignatus est fa-
cere. Ita alijs cum legimus, gratia dei saluati sumus, be-
ne notandum est. Et scriptura tribuit id fidei nostrae,
quod est gratiae. Demus nos omnē gloriā deo. Et sic nī
hil habes quod tibi ascribas, si deo omnē gloriā tribue-
ris. Neq; necesse ut fidem nostrā opera antecedat, sed
stilla uerè adfuerit, opera non aberunt deo grata.

Aperti.) Solo cōtactu nō sanasset illos, nisi accessisset
insignis quoq; fides. Vnde tetigit, et iuſſit ut crederent,
ne quis solo tactu sine discrimine omnes sanatos putet.

Interminatus.) Id est, dure increpauit, & cum sece-
ritate interdixit illis.

Videte.) Vbiq; Christus declinauit uanā gloriā. Etiā
apostolos suos sic monere uoluit, ne quid propter uanā
gloriā agāt: & hanc ob causam prohibet, quamuis sci-
ret ingenii istorū, ne hoc cæteris dicāt. Ferè fit, ubi quā
busdā inhibetur, ne quod secretū reuelēt, quod magis so-
leant ſpāgere, quām si nunquā inhibitū fuisset. Neq; illē
bene egerūt Christo nō obtēperātes, quāuis id in gloriā
Christi cederet. Sciebat enim Christus plerosq; Iudeos
ingratos fore, et magis exasperari audito hoc miraculo.

Divul-

Cap. IX **10. OECOLAMPADII IN**
Diuulgauerunt.) Non solum uicinis suis obnunciarunt, sed omnibus in tota illa terra, quasi hoc eis datum esset, ut omnibus indicarent, quod Christus illis contulisset beneficium. Sicut in hoc miraculo apparet gloria dei, ita etiam apparet quomodo Christus fidem ab omnibus requirat: deinde quomodo uana gloria uitanda sit pulchre insinuat. Additur aliud miraculum.

Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutum, dæmoniacum, et ejecto dæmonio locutus est mutus, & admiratae sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. At pharisei dicebant: Per principem dæmoniorū eiecit dæmonia. Et circumibat Iesus ciuitates omnes, ac uicos, docens in synagogis illorū, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem morbū, & omnē languore in populo.

Scimus Christum multa fecisse miracula in genere, et si non sint scripta multis uerbis. Nam quod dicunt de tribus mortiis suscitatis, uerum est, sed quod non sint plures excitati, incertum est. Ita etiam Christus multos mutos & siordos curauit, de quibus tamē nihil legimus. Hunc autem quem hic habemus, opponit duobus illis superioribus. Certe erat grauis morbus, quia is à dæmonio agitabatur, attamen ad unicum Christi uerbum eiusclus est dæmon iste. Considera Christi diuinitatem.

Admire

MATTH. ENARRATIO. 119

Admiratæ.) Varietatem in populo Iudeorum & principibus notate. Populus magis idoneus erat ad recipiendū fidem, quam principes. Hic etiā uides populū non esse irrisorem, sed principes phariseorum. Supradictus princeps religiosus erat, & turba irridebat: nunc contrarium uidemus.

Nunquam.) Igitur gratia Christi multū antecellit omnium prophetarū gratiam, etiā ipsum Mosen. Christus enim filius in domo erat, & Moses solum seruus. Imperabat solis uerbis dæmonijs ut exiret, & per hoc agnoscebatur summae esse uirtutis & potestiae diuinæ. Unde oportebat phariseos excitari, ut digno honore colerent Christum, inde maiore obtrectandi & calumniandi ansam arripiuere. Infrā in decimo capite illa magis tractantur. Discamus etiam nos ferre ea que bene à nobis facta sunt, male à quibusdam exponi. Patiamur malos interpretes bonorum nostrorum operum. Christus hoc suo exemplo prædictis discipulis, quia ante oculos illorum facta sunt, ut uiderent qualiter mundus esset habiturus, & qui idonei ad suscipiendum uerbum domini: unde iam cum dimissurus esset illos ad prædicandum regnum dei, illa sic ordinauit.

Vicos.) Non solum per celebres & maiores ciuitates, sed per oppidula contempta ambulauit. Haec benignitas Christi, quod humiliores non contemnat. Nam etiam mulierculam apud fontem erudire dignatus est, Ioannis 4. Et in iis apparet summū apostolorū officiū.

R

Cap. IX IO. OE COLAMPADII IN

In synagogis.) Publicè docebat, ne possent calunia-
niari illum tanquā seditionis, uel seductore. Nam uer-
itas angulos nō querit, neq; occulta latibula, sed lucē.

Evangeliū.) Bonum istud nunciū de uenturo re-
gno dei, & quinā futuri sint illius regni participes, do-
cebat. Clamabat opus esse poenitentia non facta, sed uer-
a. Nouitatē uitæ prædicabat, non hypocrisy. Inte-
rim curabat omnis generis morbos in populo, quibus
miraculis doctrinā suam confirmabat. Ita Christus ali-
quanto tempore antequam discipulos suos mitteret, uo-
luit inclarescere.

Cum uidisset autem turbas, affectu
misericordiæ tactus est erga illas, quod
essent destituti ac dispersi uelut oves nō
habentes pastorem. Tunc dicit discipu-
lis suis: Ipsa quidem messis copiosa, ca-
terū operarij pauci. Rogate igitur do-
minū messis, ut extrudat operarios in
messem suam.

Erant tunc principes sacerdotum reges & presta-
des, quamvis ethnici, qui publicam pacem souebant.
Sed quia populus non habebat fideles pastores, omnino
disiectus esse uidebatur. Si quis autē tunc temporis in-
terrogasset phariseos de concordia & populi & do-
ctrinarum, illi contendissent esse magnam concordiam.
Nam ad solas suas ceremonias respiciebant, & non ad
perfectionē fidei, & uerè bona opera. Et quia uerbum
domini

MATTH. ENARRATIO. 139

domini non docebatur ab illis, recte dicitur quod populus sit disiectus, carens pastore qui ad idonea pascua ducat: nam illi solum docebat doctrinas humanas, que ad salutem parum pertinebant, & unde nihil consolationis recipere poterant. Hoc uerba ista signant, ἐκλελυθόντες οἱ ἀργεῖμενοι, dissoluti, defectis viribus & abiecti, ubi nulla est uera animi consolatio, & nulla fiducia in deum. Hoc etiam antea prædictum est ab Ezechiele propheta cap. 24. & ab alijs prophetis in multis locis.

Operarij.) Sicut apud Ioannem legimus, fuisse populi multitudinem, que iam matura erat ad recipiendam fidem, & postulabat propter maturitatem & alacritatem quandam, ut ab alio populo segregaretur, & serretur in aream dei: ita hic multitudo ex populo Iudeorum & gentium affuebat, & ex uarijs regionibus. Sicut in agro multæ cristie simul iunctæ sunt, ita in populo multi homines, alijs fideles, alijs infideles. Qui cōgregat cum Christo? qui non dispergunt, qui non seipsoſ pacſunt, ſed populum.

Orate dominum.) Non uult ut quicq; per ſe currat, ſed uocatione expectent ut mittatur à deo: & ubi quis fuerit uocatus ad hoc opus, det operā ut præfet fidelicē operariū. Orandum multitudinis nomine, ut illis fideles operarij mittantur. Et in hoc uerbo Christus præuidit futuras persecutions, quibus uexandi erant quotquot Christum confiterentur. Eiſiendi enim erant apostoli, & ſic dispergendi in uarias regiones singulari uolunta-

Cap. IX. IO. OE COLAMPADII IN

te dei, ut sic messis abundans, suos operarios habeat. Ut
emittat, tribuit patri, et si postea ipse emittat. Ita ubiq;
uidetis eandem patris et filij esse potestatē. Vult dicere
Christus: Iam estis apud me, et delectamini cōsuetudine
mea, orandus pater, ut misereatur huius multitudinis,
ut pro ijs qui iam quiescunt, alijs laborent. Vnde nunc
pr̄escribit discipulis suis, quid facere debeant, et quo^m
modo pr̄edicanda sit poenitentia et gloria dei.

L E C T I O .

Deus qui omnia ex nihilo condidit, posset sua po-
tentia absq; omnibus adminiculis totum mun-
dum, et quae in mundo sunt, angelos et homines mode-
rari. Verum pro sapientia sua, ut omnia magis coale-
scerent, et amplius cognosceretur dei benignitas, alijs
alia munera concredidit. In cœlestibus habet angelos,
per quos multa operatur: ita etiā in hac terra, quod ad
spiritualia attinet delegit apostulos, prophetas et docto-
res, per quos populum erudire dignatur. Nemo enim
negare potest, quin deus sua illuminatione posset men-
tem hominis erudire, et illustrare absq; omni doctore:
sed ita placuit deo, ut per uerbum suum et doctrinam,
alijs alios erudirent. Quomodo enim crederent, nisi au-
dirent? quomodo audirent, nisi essent qui mitterentur?
Suprà quarto capite audiuiimus, quomodo Christus dia-
scipulos aliquos elegerit in ministerium illud. Item etiā in
precedenti capite simile uocationē in ministerium Euani
geliū de Matthæo legimus. In schola ista apostoli ui-
derunt

viderunt multa miracula, quæ declarabant quid esset futurū, ubi prædicaretur doctrina Christi. Et nunc dat peculiaria quædā præcepta duodecim illis, quos in hoc munus delegerat. Et sunt ista præcepta non perpetua, sed quæ ad tempus quoddā durare solummodo debebāt, ut postea clarius agnosceretis, nihilominus ex illis licebit uidere, quæ à ueris apostolis et dispensatoribus deus requirat. Primo igitur de uocatione apostolorum habemus.

C A P V T X.



T accersitis duodecim discipulis, dedit eis potestatē aduersus spiritus immūdos, ut ejicerent eos, et sanarēt quēuis morbum, & quemuis languorem. Porrò duodecim apostolorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui uocatur Petrus: & Andreas frater eius. Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius; Philippus, et Bartholomæus, Thomas & Matthæus, qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus cognomento Thadæus, Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui et prodidit illū. Hos numero duodecim emisit Iesus, quibus præceperat dicens.

In isto uerbo, Accersitis uel uocatis, abstraxit disce-

Cap. X IO. OE COLAMPADII IN

pulos à turba, nimis ad se. Qui alios docturi sunt,
magis familiares sunt Christo, & mentem eius intelligunt,
& quæ alijs non sunt reuelata, illi annunciet: quia
dixit dominus: Quæ in aurem audistis, in te cts predi-
cate. Seorsum enim quædam dominus dixerat discipu-
lis suis uulgo non reuelanda, nisi suo tempore. quasi dis-
cat: Quicunq; hoc officiū sumunt, solliciti ante omnia
sint, ut familiares sint discipuli Christo.

Spiritus.) Sic uoluit Christus honestare Euangeliū
suum, cum alioqui essent discipuli idiotæ & pescatores:
& ne contemptibiles essent, dedit eis quædā dona, ncm
pciectionem dæmonum, & curationem morborū ua-
riorum. Dona ista dicuntur gratis data, quæ etiam ha-
bere possunt mali. Nam Iudas etiam illorum fuit parti-
ceps. Nemo temerè ad docendū procedat, nisi sint sibi
aliqua talenta diuinitus concredita. Qui uult docere po-
pulum, uideat primum ut sit doctus. Qui alios exhorta-
tari uult, opus habet aliqua eloquētia. Etsi non mundat
nam illam rhetoricae artis blandiloquētiam habeat, ta-
men donum gratiæ ad hoc officium necessarium est. Si
quis uocatur ut curam aliorum gerat, opus habet indu-
stria quadam. Qui se omnino imperitos sentiunt ad ta-
le officiū, cessent, et ne cum periculo permittant se alijs
præfici. Porro qui eiusmodi donis locupletati sunt à
deo, uiderint ne illa defodiant, si uocētur à fidelibus: uel
si postulet necessitas, ne uelint delitescere, & propter
maria pericula abhorrere ab hoc mutare. Sicut olim
deus

deus quando legem dedit, multis miraculis claruit, sic in initio Euangelij prodigijs & signis multis inclarescit. Cessatura aut illa dona erant. Discipuli imperant morbis, ut essent magis admirabiles orbi, & ut susciperentur benignè ab alijs. Neque opus iustifico illis, qui talia dona habebat. Primo Simon Petrus nominatur. Oportebat aliquem esse primum in ordine. Hunc uidemus in omnibus præcipiū esse. Illi enim oves sunt commissæ: et si non illi solum oves commissæ sint Christi, sed etiam omnibus apostolis: uerum hic quasi os & uertex aliorum apostolorum.

Matthæus.) Publicanus, alias Leui: sed hic se non nominauit Leui, sed Publicanum, idq; non sine ratione. Noluit enim suam uilitatē tacere, à qua uocatus à Christo ad munus apostolicum.

Iscariotes.) Neque hoc uoluit omittere, quò maior fides esset Euangelicæ historiæ. Non caret autem mysterio, quod Christus duodecim apostolos elegit. Olim duo decim filij Israël erant, qui in duodecim tribus separati sunt: hi principes filiorum Israël facti sunt, atq; uocati duodecim patriarchæ. Ita nunc cum noua lex datur, duodecim constituantur apostoli: quamuis illi non solum Iudeis seruituri erāt, sed omnibus nationibus. Delegit autem illos in apostolos, antequā emitteretur, quibusq; dixit quid ab illis requereret. Primo summam fidem erga deum Israël, deinde erga deum fiduciam, ne solici sint de iustifico uel defensione. Praeterea hic obserua-

Cap. X. **IO. OECOLAMPAD II IN**
te, quod ubiq; prophete indicent Christum esse Iudeis
promissum, illis quidem principio promissum regnum
dei, et Messias, qui nasci ex illis debuit. Sed cum Iudei,
ut Actorum cap. 13. sese indignos redderent tanta grata
tia, Euangeliq; aduersarentur, apostoli iuerunt ad gen
tes, & excœcati sunt Iudæi, ut gentes intrarent.

In uiam gentium ne abieritis.

Id est, ne primum ad gentes eatis, licet uideatis ma
gnam multitudinem gentium audiā doctrinæ cœlestis.

Et in ciuitate Samaritanorū ne in
grediamini, sed ite potius ad oues per
ditas domus Israel.

Ciuitatem per synecdochē dicit, pro ciuitates. Vi
derit quisq; primo, ut domui suæ bene p̄ficit. Pietatem
erga omnes habeamus, maximè erga domesticos fidei.
Præsertim id facere debent pastores & episcopi, qui di
ligenter suis prospicere debent ne errant. Ita apostolis
primo commendauit Christus Iudæos, ne illi ullam ex
cusationem habeant, & ut omnibus modis sint inexcu
sabiles, utpote qui neq; Christum, neq; apostolos audire
uoluerint, sed persecuti sunt, & malum pro bono red
diderint. Hæcq; sententia simplicior est. Non opus al
legoriam querere. Hilarius aliam interpretationem
affert, et si satis piam, & dicit ne more gentium doceat,
uel ne imitentur Samaritanos & hæreticos, sed potius
accommodeat se ad dominum Israël moribus & doctri
nis. Apostoli non propter se dona illa acceperant, sed
propter

propter alios, ideo decet ut fideles sint.

Profecti autem prædicate, dicentes:
Appropinquauit regnum cœlorū. In-
firmos sanate, leprosos mundate, mor-
tuos suscitare, dæmonia ejcite: gratui-
to accepistis, gratuito date.

Ita Ioannes incipit concionari, & Christus uoluit ut
eandem regulam seruaret, quam ipse in prædicādo ser-
uauit. Neq; putes illos suis ijs pauculis uerbis conten-
tos, nimirum adhortati sunt eos multis ad pœnitentiam
quò desisterent à uita sua impia, uera resipiscētia, quò
Christus rex ille locum habere posuit in ipsis, & ut par-
ticipes fierent huiusmodi regno. Nondum tamen mani-
festè ita Christum prædicabat, ut eum filium dei esse di-
cerent, quia illud prohibuit eis, sed summa bona prædi-
carunt. Nam resurrectio, & illa mysteria latebant, quo-
usq; Christus resurgeret.

Dæmonia.) Hæc dona accepistis, illis igitur ut ami-
ni. Vbicunq; inueneritis afflitos & miseros homines,
illis benefacite, ut ex beneficijs illis uestris, syncretas
uestra cognoscatur. Vos nō lucri captādi gratia, adesse
infirmis debetis, sed hoc unum curate, ut omnibus possi-
tis benefacere, etiam ijs qui nondū benemeriti de uobis
fuerint. Interim ista miracula quæ dominus per apo-
stolos fieri uoluit, designabant uerè ægrotationem ani-
mæ ad bona opera. Ita qui alios sua contagione inficie-
bant, & qui mortui erant, fideq; omnino carebant, ex-

Cap. X . IO. OECOLAMPADII IN

citari poterat. Nusquam legimus in euangelistis, quod apostoli aliquos excitarint ante Christum passum, et si possibile sit quod excitarint: de incertis tamē nihil affirmare uolumus, neque debemus. In alio loco habetis: Super basiliscum & scorpionem ibitis, et nihil nocent uobis.

Gratiot.) Ut dixi superius, uoluit Christus Euangeliū suū à quamplurimis accipi: sed ut primum nescitur suspicio auaritiae uel dolii, et pleriq; mortaliū hec uidentes, à sana doctrina abhorrent, ideo uoluit dominus discipulos ab ijs rebus liberos esse. Sunt dona spiritus sancti, et qui ista uendunt, etiam spiritum sanctū dicuntur uendere. In Actibus apostolicis uix aliud crimen illo unico perniciosius habetis. Et in ecclesiastico ordine, ubi deest animus benefaciendi proximo, omnia mala sequi solent.

Ne possideatis aurum, neque argentum, neque aes in crumenis uestris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calciamēta, neque uirgam: nam dignus est operarius cibo suo.

Omnino nulla cura sit uobis pecuniarum. Sic exuit eos à sollicitudine rerum terrenarum, ut omnem curam in deum collocent. Pater scit quibus opus habeatis, excitatib hos pites, et alia ad uiae necessitatem pertinetia. In posterioribus temporibus inuenimus, cum irent apostoli in orbem ad prædicandū Euangeliū, quod clibanū non-

nonnunquam uiaticum secum acceperint: et Paulus inbet sibi membranas et uestem afferri. Hoc autem uult Christus, ut auaritia ex pectoribus eorum sit, et ne pertinacitate studio prædicetur uerbum domini.

Neque perā. In quam reponatis panes. Satis largas mensas habebitis. Neque tunicas habeatis duas, ut mutetis illas, neque calceos. Si enim par fuerit, atteratur: nam omnibus istis non opus habetis, neque virgam uel baculum quo utamini ad defendendū uos contra lupos uel canes, adeo securi eritis. Christus non hærebat omnino in extensis, sed uoluit istos planè liberos habere, et ut in omnibus necessitatibus fidant patri cœlesti.

Operarius. Digni estis qui accipiatis ab iis quibus proponitis ueritatem, cibum et sustentationē uitæ. Illi quoque iure uobis dabunt uictū et amictū, et alia que uobis usui sunt et necessaria. Manifestus locus hic contra Catabaptistas. Vult dicere, Deus pater prospiciet uobis. Apud Lucam cap. 11. dicit Christus: Quando misisti uos sine baculo, et pera, et calciamētis, num quid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram, et qui non habet, uendat tunicam suam, et emat gladium. Ibi istam legem quam hic posuit, iterū mutauit, quia iam alia ratio uiuedi præscribebatur apostolis: sed nunquā uoluit de fiducia in deum partem aliquam mutare. Fouebantur adhuc apostoli ut pulli imbellies, qui non poterant tunc temporis grauia ferre. Non præcis-

Cap.X IO. OE COLAMPADII IN
piebat iejunia, quanto minus paupertatem? &c.

Sed in quancunq; ciuitatem, aut ui-
cum fueritis ingressi, exquirite quis in
ea sit dignus, atque illuc manete donec
exeatis. Cum autem intrabitis domū,
salutate illam: & si quidem fuerit do-
mus digna, ueniat pax uestra super il-
lam: si minus fuerit digna, pax uestra
ad uos reuertatur. Et quicunq; nō ex-
ceperit uos, neque audierit sermones
uestros, exeuntes ex ædibus, aut ciuita-
te illa, excutite puluerē pedum uestro-
rum. Amē dico uobis, tolerabilius erit
terræ Sodomorum et Gomorrhorum
in die iudicij, quam ciuitati illi.

Nam antè monuit, ne margaritas ante porcos proi-
ciant. Videamus quis sit dignus, & promptiores simus
illis, & id faciamus in gratiā Euangelij, ne simus cōim-
iti impījs hominibus, ne Euangeliū dei male audiat.
Verum si illi impīj audiunt uerbum dei audīe, ne illos
contemnamus. Prohibet autem hic Christus euagatio-
nes, & ne sectentur popinas admonet, ubi lautius uiu-
tur. Epulones tales noluit Christus habere, noluitq;
suos sic passim uagari.

Salutate illam.) Ostendite uos amicos, & benuos
los, & dicite nullam aliam ob causam adesse uos, quam-
ut

ut salutē afferatis & pacem. Videmus etiam hic, quantū apud deum sit excepisse Apostolum: imò tales ipsum Christum recipiunt principē pacis. Et hic nomine pacis accipimus prosperitatem, maximè animarum salutem: id est, benedictio ueniet super illos, & ea quae illis utilis et necessaria erit. Mos apud Hebreos dicere, Pax uobis: id est, bene sit uobis. Proinde non opus est, ut tanta superstitione urgeamus nomē pacis, ut quidā solent. Dicit: Fortassis sunt contemptores uerbi dei & irrisores, et hoc erit sine periculo uestri: id est, sine uestro incommmodo: et si nō receperint pacem quam offeritis, ipsi uiderint. Bene uobis erit.

Exeentes.) Vestrūm non erit conniuere ad tantam iniquitatē mundi, quæ uerbum domini contēnit. Propter ingratitudinē illorum uobis abeundū erit. Hæcq; dicta sunt apostolis, qui de ciuitate una in aliam iussi sunt ire. Si dominus alios uellet extrudere, etiam illud exemplum imitentur. Cæterum episcopi non auellantur ab oīibus, de quibus rationem daturi sunt. Quod si omnino contingat quod ingrati sint, et sermones uestri non fuerint recepti,

Puluerem excutite.) Per quod indicant, nihil se commodi inde reportasse, neq; se terrena bona uoluisse. Vel simpliciter indignationē animi uestri declarate, quia non sitis futuri rei in ipsorum perditione. Si quid pulueris est, uel commodi, uel incommodi, abijcimur: nequaquam enim uobiscum habituri sumus portionem.

Cap. X. IO. IN OE COLAMPADII

Sodomorum.) Iſti qui non receperunt uerbum dei, nimirum qui & contempſerūt, poena grauiſſima puniſti ſunt. Maximè hæc tempora cogitāda ſunt. Vnde etiā reſtē timemus, ne grauiora iudicia ſimus ſubituri quam Sodomitæ: de qua poena noſtras cōmentationes in Genesim legere poteris. Etiam Iudeorum poena qui Chriſtum cruciſixerāt grauior fuīt, quam aliorū populorū. Hæc dicta ſunt in ſolatium apoftolorum.

L E C T I O.

Audiuimus heri, quomodo dominus miserit apoftolos ſuos, ut prædicarent poenitentiam & regnum dei. Commendauit autem eis inter alias uirtutes, singularēm fidem erga filios Iſraël. Deinde fiduciam in deum, confirmingans corda eorū, interminādo ijs qui uerbum dei contemnunt, extrema omnia. Ne autem ignauores reddātur, oſtendit quantis periculis expositi ſint: cæterum hæc pericula non uenerūt ante resurrectionē Christi. Nihil enim illis Christo præſente defuit, neq; ullas perſecutiones ſenferunt, niſi quatenus irriſi cum Christo. Vnde apparet hæc ſequētia pertinere ad tempora futura. Neq; credas ſolum hæc dicta eſſe apoftolis, ſed etiam omnibus qui illorum ſequuntur uestigia.

Ecce ego mitto uos uelut oues in me dio luporū. Eſtote ergo prudētes, ueluti ſerpētes, & ſimplices ſicut columbæ.

Non omnes aequo animo uos excipient, circūdemi ni lupis, id eſt, impys hominibus, qui uos omnino perdere

lere conetur. Neq; unum & alterū dicit, sed in medio luporū, quibus est animus nocēdi. Porrò illos uult esse ones, id est, ouillis moribus, & innocentissimae uite, ut in patiētia sua possideat animas ipsorum. Nihil est infirmius ouibus, nihil ferocius lupis. At protegēte domino, nihil ualidius ouiculis, & nihil infirmius lupis. Luporū autem nomine, potissimum intelligit scribas & phariseos, qui falsis doctrinis alios auferre cupiunt, ut audierimus de illis qui in uestibus ouium incedunt, & intrinsecus sunt lupi rapaces. Dat igitur eis præceptor quedam, ut in periculis istis securi sint, & ne offendantur, & dicit:

Estate ergo.) Duas uirtutes commēdat, primo prudētiā, deinde simplicitatem, id est innocentiam. Non uult omnino Christus tardos & stupidos discipulos, quē fraudes hominū non cognoscant: uult esse prudentes in aliorū sceleribus cognoscēdis, & diligētes in iudicādo ne fallantur. Neq; uult omnino pueros sensu, sed innocentia, quē est uera prudētia spiritualis. Nam qui spiritu dei præediti sunt, multū circunspicientiae habent: & Christus maximē tales uult. Paulus pulchre se omnīs morib. accommodabat, & singulari uersutia appræhēdit & attraxit multos. Simplices uult sine cornibus, et innocuos, qui nemini nocēt, (Neq; illa rusticitas hic cōmēdatur quorundā, qui etiā multis modis se falli non sentiūt, quiq; putat omnia sic simpliciter tolerāda) & ne studiū nostrum in eo ueretur, quomodo alijs incōmodemus:

Cap. X IO. OE COLAMPADII IN

ne cornupetamus, ut hirci & tauri. Sic Christus duo animalia proponit. Serpens in principio Genesis laudatur, quod omnium animalium sapientissimus fuerit, Proinde simplicem prudentiam Christus commendat, siquidem in hoc peruerso seculo uiuendum est. Sunt uariae artes satanae et innumeræ, nisi illas agnoscamus, facile in laqueos illius cadimus: et sic etiam alij qui nobis commissi sunt, periclitatur nobiscum. Columba ramum pacis attulit, qua specie etiam spiritus sanctus dignatus est apparere. Discamus, qui spiritu sancto præediti sunt, quamminime esse nocentes. Sint igitur illæ due uirtutes hic nobis commendatae inter cæteras.

Cauete autem ab illis hominibus, trahent enim uos in concilia, & in concilia bulis suis flagris cedent uos; quin & ad principes ac reges ducemini propter me in testimonium ipsis ac gentibus.

Sit igitur haec prudentia uestra, ut non omnibus faciliè uos credatis, præcipue ijs, qui uidentur religiosi, quiq; uidentur iuncti sanguine, cum de religione uera agitur. Spiritus enim sanctus arguit mundum de peccato, ob id mundus ferre non potest peccata sua argui, ideo nihil tutum erit. Neque omnes homines taxauit Christus, sed solum de malignis loquitur. Vult dicere: Accusabunt uos in suis concilijs, et grauissima crimina intentabunt. Supradixit Christus: Beati estis si omne malum dixerint aduersum uos. Publicè confundent uos, etiam uidelicet

tudentibus omnibus, quò maior uestra sit ignominia.
Ducemini ad præsides, & accusabunt uos meritis men-
dacijs. Neque erunt contenti suis iudicijs illis inferiori-
bus, quia iudicium sanguinis non licet Iudeos exer-
cere tunc temporis quando Pilatus & Herodes præsi-
debant &c.

Propter me.) Id est, propter inuidiam nominis mei
ducemini ad illos præsides: etiam si nulla in re istis no-
cueritis, non tamē eritis securi, imo quanto purius Chri-
stum docueritis, tanto magis infensum habituri estis
mundum. Non est quod cōquerantur de uobis, sed dis-
plicet eis uerbū meum, quod ad nouitatem uitæ dicit;
hinc seminariū liuoris, quod odium satiari nequit. Con-
demnemini prorsus & occidemini. Ut Christus ductus
principio ad pontifices, deinde regibus datus, quibus
gladius concreditus erat, ita id etiam cum discipulis fie-
ri uidemus. Primo monachi & alij in suis scholis con-
demnare & excommunicare eos solent, & si nō possunt
flagris & torturis id quod in uotis habent consequi, re-
gibus eos tradunt, quasi sint rei mortis. Scito autem id
uoluntate dei fieri, quò magis sint inexcusabiles: neque
poterunt dicere se ignorasse ueritatem, cum ueritatis
præcones persecuti fuerint. Nam quanto magis ueritas
uentilatur, tanto magis clarescit. Ita Paulum stantem
ante præsides uidemus gratia dei adiutum, & magna li-
bertate locutum, quod in maximam gloriam Euangelijs
eessit. Captus Romæ non cessauit loqui dei ueritatem,

Cap. X. OECOLAMPADII IN

*qui rumor in totū orbem manauit. Porro uidemus magis
gnam uiolentiam luporum, quis sufficiet illis resistere?
Igitur dominus addit:*

*At cum tradiderint uos, ne sitis soliti,
quomodo aut quid loquamini: da-
bitur enim uobis in illa hora, quid lo-
quamini. Nō enim uos estis illi loquen-
tes, sed sp̄ritus patris uestrī, qui loqui-
tur in uobis.*

*Cum igitur tradiderint uos, & in illo articulo cum
destituti fueritis ab omnibus hominibus, ne putetis uos
destitutos à deo, quasi non habeatis assistentē illum up-
bis, sp̄ritus sanctus dabit os & sapientiam ad resisten-
dum omnibus. Nos sumus indocti, sed ueritas per se sa-
tis plausibilis, & semper invicta. Etiam si non credent
omnes illam qui audiunt, nihilominus tamen manet in-
victa. Imò etiā multi fuerūt, qui recisis linguis nō ceſſa-
runt eloquia dei annunciare, adeò certa sunt promissa
dei in fidelī pectore. Propterea non est mens Christi, ut
nunc nostris temporibus uacemus à lectionibus diuinar-
rum literarum, & libros omnino seponamus. Opus mul-
ta lectione ad exhortationē, ut possumus resistere ad
uersarijs. Proinde male exponunt hunc uersiculū An-
baptistae, perniciosi homines in ecclesia dei. Quando
iam imminet neceſtas loquendi, & gloria dei periclitat-
ur, si tunc deus uoleat uti nostro ministerio, tanquā or-
gano, utiq; uerbum suum suppeditabit. Nam nostrum
negotium*

degotium tunc non agetur, sed dei. Ita in Actis apostolicis habemus, quomodo uniuersi nō potuerint sapientiam Stephani protomartyris resistere, imo ne pueris & mulierculis sapientissimi sophistae potuerunt resistere, adeò muti sunt omnes humana sapientia prædicti, aduersus filios dei. Omnis enim sapientia à patre luminū est.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii aduersus parētes, & morte afficiēt eos: & eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Verum qui sustinuerit usq; ad finem, hic saluus erit.

Ne sitis adeò simplices, ut putetis ab ijs qui sanguine iuncti sunt, uel cum quibus olim familiariter uixistis, nē bil periculi imminere. Futurum est enim ut etiam inter illos multi falsi fratres inueniantur. Neq; de omnibus loquitur, sed solū de falsis. Tanta crudelitas est hominū, ubi fidei est diuersitas. Vnde est opus magna circumspectione. Præteximus multum, Vicini nostri sunt & amici, ubi de religione loquimur. Si nō est frater in domino, & unum Christum tecum colit, nihil boni ab illo expectes. Quibus non est spiritus Christi, neq; amabūt illos qui spiritū Christi habent. Vnde futurū est quod multi descendent. Igitur eam perseverantiam commendat.

Ad finem.) Multi ubi tam graues tentationes inquerint, deficient. Vbi exarserit ignis probationis, opus erit magna perseverantia. Parum est incipere, nisi

Cap.X IO. OE COLAMPADII IN

etiam perseveremus. Vxor Lot exemplo nobis sit, quae
in statuam salis conuersa est.

Cum autem persecuti uos fuerint in
ciuitate hac, fugite in aliam. Amen di-
co uobis, non perambulaueritis omnes
ciuitates Israeliticas, quin iam uenerit
filius hominis.

Hoc igitur iterum pertinet ad prudentiam confir-
mandam, ne simus adeo stolidi, ut quidam nos infamant,
dicentes: Vade illum in locum, ubi Euangeliū non est,
& illuc prædica &c. Dominus id non iussit. Aliaratio
fuit cum discipulis tunc temporis, quam nostro. Iubent
tur hic secedere si persequuntur ab impijs. Et Christus
clapsus est non unquam, & Paulus, & David. Neque isti
arguuntur pusillanimitatis ac metus, quia hoc pruden-
ter egerunt. Nam seruarunt se temporibus melioribus,
quod gloriam dei magis proueherent. Et ecclesiæ dei ali-
quando multò utilius est, ut pius pastor fugiat, quam
quod se torturis obijciat: non quod tam chara ipsis uita
esse debeat. Verum sciamus quando sit persistendum, et
quando fugiendum. Si periclitatur doctrina uerbi dei,
tunc satius est mori, quam fugere. Si fuga plus prodebet
possimus, fugiendum erit.

Quin iam. Variè exponunt illum uersiculum. Alij
de hoc tempore exponunt, quo Christus uersatus est
cum discipulis: sed antequā perambulauissent has ciui-
tates, obuenisse tempus crucifixionis & resurrectionis.

nis. Sed uidemus discipulos non ualde periclitatos fuisse cum domino. Alij, quoru[m] sententia optime placet, dicunt quod regnum Christi multiplicandum non sit, & dilatandum super totam terram, nisi implerent suis concionibus istas ciuitates. Legimus enim in Actis apostolicis, quod discipuli dixerint, cum Iudei nollent uerbum dei suscipere, se uelle ad gentes couertere: & tunc regnum dei dilatabantur, & messis plena erat.

Non est discipulus supra præceptorem, neque seruus supra dominū suū. Sufficit discipulo, ut sit sicut præceptor ipsius, & ut seruus sit sicut dominus ipsius. Si ipsum patrēfamilias uocarunt Beelzebul, quanto magis domesticos illius. Ne igitur metuatis eos.

Discipulus non est præstantior suo præceptore, neque seruus: & per hoc confirmat eos in cruce, ne putet se meliores esse, quasi non debeant irrideri, & flagellari, & occidi, cum haec omnia magistro acciderint. Nullus discipulorum Christi erubescere debet, si quid crucis fert, neq[ue] illud indicium est insipientiæ. Ferè qui sapientissimè docent & purissimè, pessimè apud mundū habent. Qui autem sua sapientia omnem crucem uolunt effugere, iij præstantiores suo magistro esse uolunt. Hic Christus de se loquitur. Igitur ne quis putet se inferiorē cruce, qui discipulus Christi esse uult: & illa bene oportet inculcare ut patientiam seruemus.

Cap. x

IO. OECOLAMPADII IN

Patrē famil.) Audistis nup cū eijecrē dæmonē, quod mox scribæ & pharisei dixerūt me illū eiecisse in Beel zebul. Ne sit igitur uobis rarū, si quid tale accidat.

Nihil enim est tectum, quod non sit retegendū: & nihil occultū, quin futurū sit ut sciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in au rem auditis, prædictate in tectis.

Variae hic etiam sunt expositiones. Mihi uidentia illa uerba buc pertinere, ut sciamus tunc quando Euangeliū prædicatur, reuelandas esse cogitationes omnium hominum. Alij in die iudicij arcana omnia reuelanda esse dicunt. Verum id est: sed magis placet illorum sententia, qui interpretantur locum illum de reuelatione cordiū. Videmus enim illos quos pientissimos arbitriati sumus, hodie esse pernicioſissimos hostes Euangeliū. Latebat huiusmodi pestis in homine interno: & quando persecutio adest, tunc illa abscondita reuelantur, sicq; uidemus quid sit in homine, quæ pietas et misericordia.

In tenebris.) Vos ne timete, quia insensus est uobis mundus: neque queratis angulos, sed libere prædicate quod à me audistis, alijs doctrina uestra magis suspereta erit. Quicquid locutus sum uobis exigēte tempore in aurē, iam super tecta (ita enim latitudines domū ſolent appellare) de prædictate.

Hucusq; D. Io. Oecolamp. ſequētia ex ua rijs autoribus ſunt collecta.

Et ne metuatis uobis ab his qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed metuite magis illum, qui potest & animā & corpus perdere in gehenna.

Confirmat Christus his uerbis discipulos suos, quō alacres secluso omni timore uerbum dei prædicēt in me dijs periculis. Nā ille solus timēdus est, qui in hoc seculo potest agere quæ uoluerit de anima & corpore. Vult dicere: Delecti estis à patre in hoc, ut hæc mea, mundo adhuc occulta, p̄assim inuulgetis: id quidē mundus feret molestè, adeò ut nihil molestius, neq; omittet quicquā quo uos prorsus ē medio tollat. Hæc futura ingenuè uobis prædicto, sed uidete quid sit factō opus. Si patri uolueritis morem gerere, ut par est, & è re uestra, uitam adducetis uestram in periculum ineuitabile. Sin hoc reformidantes, mandatum patris contempseritis, non uitam modo hanc carnis, sed animæ quoq; adducetis in geennam. Si itaq; me audire uultis, moneo & hortor, ut homines malos ne metuatis, quibus nihil plus permitti in uos potest, quam ut corpus forte occident, quod alioqui deponendum est, ut ad immortalitatem perueniatis. Patrem potius obscrubitis, qui iratus animā simul & corpus potest deicere in geennā. Hæc q; sententia Pauli 1. Cor. 9. cum dicit: Væ mihi est, nisi euangelizem. De gehenna lege Iehosua 15. Ieremie 7. Ezechielis 30. quæ infernum significat.

Nónne duo passerculi asse ueneunt?
& unus ex illis non cadet in terram si-
ne patre uestro. Vestrī etiam pili capi-
tis om̄es numerati sunt. Ne igitur me-
tuatī, uos pluris estis quām multi pas-
serculi.

Iterum hoc in loco Christus contra mundi persecu-
tionem armat suos discipulos, quod nihil posſit illis sine
uoluntate optimi patris accidere, quandoquidem uiles
auiculae non cadant in terram sine patre illorū. Vult di-
cere: Si parua animalia & uilia que hic uidetis uende-
re uno asse, absq; dei uoluntate in laqueos hominum nō
decidunt, quanto magis uos, qui ad imaginem dei facti
estis, dei prouidentia et tutamine custodimini? Obserua
hic illud, Sine patre uestro. Pater uester est, inquit, non
passerculorum: qui posset igitur minorem uobis quām
passerculis curam impendere? Pilos capitis uestri nume-
ratos tenet, neq; tantillū sine ipsius uoluntate uobis po-
terit accidere. Miram hic locus habet consolationem,
si fide quis illum perpendat. Omnia enim dispensantur
à deo. Ro. 8. Omnia a bonis cooperantur in bonum. Ideo
homines mali qui nobis minātur mortem propter Chri-
sti Euangelium, ne metuamus.

Omnis igitur qui confitebitur me
coram hominibus, confitebor & ego
illū coram patre meo qui est in cœlis.
Porro

Porrò quisquis negauerit me corā hominibus, negabo eum & ego corā patre meo qui est in cœlis.

Omnem timorē eximit per hæc Christus à suis, ut intrepidè Euangelium prædicent. Nihil sanè optabilius & iucundius, quam coram patre coelesti agnosci & commendari à filio Christo Iesu. Quales nos nominis sui testes hominibus, tali nos apud deum patrem testimonia eius usuri sumus. Habent illa uerba miram uim ad persuadendum ut Christum liberè coram mundo consteamur. Confessio illa sit nō solum uoce, sed opere: quia qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, hic mendax est, & nulla in eo ueritas. Terreat hoc impios, & hypocritas, qui Christum negant, quò delicatus in hoc mundo possint uiuere. Deus ignorabit illos in extremo iudicio.

Ne arbitremini quod uenerim admittendum pacem in terram. Non ueni ut mitterem pacem, sed gladiū. Nam ueni ut dissidere faciam hominem aduersus patrē suum, & filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam, et inimici hominis erunt ī, qui sunt domestici eius.

Occurrit hic Christus tacite cogitationi discipulorum pacem externam cogitantū perpetuò, & regnū

Cap. X **IO. OECOLAMPADII IN**

carnale: & est sensus: Ne frangat uos, cum uos mundus
persequetur, neque putate modo instare tempus, ut uos
Iudei omni rerum tranquillitate perfruamini: multò ali
ter eueniet. Adsum quidem, ut quicunq; iugum meum
tulerint, requiem inueniēt animabus suis: at terra hæc,
propter impietatem suam, adeò aliena erit ab omni pa
ce, ut nunquam sit æquè tumultuatum, atq; modo futu
rum est. Domestici hominis, hostes cuiusq; erunt: rum
pentur om̄ia naturæ foedera, nihil tutum erit à uī &
insidijs, atq; omnino implebitur uaticinium Michei, di
centis: Perierūt benigni de terra, & candidi inter homi
nes non sunt, uniuersi insidiātur sanguini, quisq; fratre
suū uenatur ad nccē &c. Perditè igitur adeò & calamit
osē habentibus rebus gentis huius, sanctæ hactenus &
electæ, ne uelitis uos externa quidem felicitate frui, &
aduersa fugere, quandoquidem omnino hac tempestate
omnibus afflictio & calamitas imminet. Bene uobiscū
agi putate, quibus dabitur propter nomen meum pati,
quod solidam salutē afferet. Patientur & alij, sed pro
pter suam impietatem &c.

Veni ut dissidere.) Hæc uerba Christi planè ad im
pios pertinent, qui non possunt ferre Euangeliū prædi
cationem propter sua uitia, quibus maculati sunt. Pi
j enim et si ferant ut à se dissideant alij, atq; contrā insur
gant, ipsi tamen in bono malum perpetuò uincunt, neq;
insurgunt aduersus quicquam, quantum in ipsis est pa
ccim habentes cum omnibus hominibus. Scd impij pios
in

in morte tradent, quod nostrum seculum testatur. Hunc ignem in terram dominus mittere uoluit, qui incenderet totum orbem. Veritas semper hostes habuit, & habitura est: sed hoc ne terreat fideles, dominus auxilio esse uult, quo possimus ea omnia aequo animo ferre.

Qui amauerit patrem aut matrem ultra me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam ac sequitur me, non est me dignus. Qui inuenierit animam suam, perditurus est eam: & qui perderit animam suam mea causa, inueniet eam.

Debito ordine ea superioribus cohæret. Siquidem expectandum erat discipulis, ut a parentibus et filiis in mortem traderentur propter Christum, utque ipsi qui Christum non recepissent, se inuidem quoque omnibus malis essent insectaturi, consequens erat quod inimicitiam horum propter Christum suscipere oporteret, ac eos in extremis malis deserere. Huic autem naturae affectus repugnat, ideo recte opus est sui atque suorum abnegatione. Et ille est gladius separationis de quo dixerat. Etiam Lucæ 14. similem sententiam habetis.

(Crucem suam.) Nequit enim absque cruce et persecutione praedicari in mundo regnum dei, quapropter nihil certius cruce, manet eum qui serio uoleat Christum sequi praedicando, mundoque testimonium ferendo quod opera eius mala sunt. Accipiat quisque crucem suam, qua-

Cap. X IO. OECOLAMPAD II IN

ei dominus imponit: non eligat sibi nescio quas cruces
more monachorum.

Inuenierit.) Hoc est, qui uitæ suæ rationem habuc-
rit, nolueritq; in periculum propter me adducere eam,
is sanè perdet eam, quia à me manet alienus, qui solus
seruare eam potis sum. Et anima hic pro uita hominis
accipitur.

Qui recipit uos, me recipit: & qui
me recipit, recipit eū qui misit me. Qui
recipit prophetam in nomine prophetae,
mercedē prophetæ recipiet. Et qui
recipit iustū in nomine iusti, mercedē
iusti accipiet. Et quicunq; ad bibendū
dederit uni ex pueris illis his poculū aquæ
frigidæ tantū nomine discipuli, amen
dico uobis, non perditurus est merce-
dem suam.

Hic iterū cōsolantur discipuli, ne terreātur propter
imminentes persecutiones. Vult dicere: Quantūlibet
mundo odio futuri sitis, atq; omnū reiectamentum, ha-
bendi tanti tamen mihi, patri, atq; electis omnibus futu-
ri estis, ut qui uos receperit, & uerbis uestris habens si-
dem, & uobis beneficia impendēs, me recepturus sit,
atq; adeò nō solū me, sed & patrem qui me misit: quiq;
contrā uos reiecerit, me & patrem eadem opera sit reie-
cens. Iam esse electos aliquot, dubitare non potestis:

ij ergo uos suscipient, atque ita habebunt, ut præter finem quam uerbis uestris tanquam meis habebunt, quam imprimis uos queretis, satis ipsi gloriatur in media etiam persecutione, centuplum uos recepisse, quicquid propter me dimiseritis, siue parentes, siue uxores, siue liberos, siue substantiam.

Prophetam.) Hoc est, qui dei prophetam, uel iustum hoc nomine, quod dei propheta ac iustus sit, recipiat, iam hac beneficia sua, illi se quodammodo æqua uerit, ut pari loco cum propheta ac iusto illo apud deum habeatur, iuxta illud 2. Cor. 8. Pusilli hic accipiuntur pro contemptissimis, qui Christo adhaeret. Ita & aque poculum intellige, pro minimo beneficio exhibito. Observa etiam hic, quanti nos Christo sumus. Neq; te moveat Papistarū cauillum, qui suam dignitatem hic statuerint, uolunt, quasi sint recipiendi & audiendi, cum nihil sani loquantur, uel statuant. Afferant Christi doctrinam, & illos audiamus, & eos tanquam Christi discipulos tractabimus & fouebimus.

ENARRATIONVM IN MATTHAEVM FINIS.

CONCIONES ALI
QVOT D. IO. OECOLAM
PADII POPVLARES.

SERMO I.

Luc. 3



Vm turba plurima conueni-
ret, & è singulis ciuitatibus
properarēt ad eum, dixit per
similitudinem: Exiit qui se-
mentem faciebat ad seminandū semen
suum: & inter seminādum, aliud ceci-
dit circa viam, & conculcatū est, & uo-
lucres cœli comedenterunt illud. Et aliud
cecidit super petram, & enatum aruit,
quia non habebat humorem. Et aliud
cecidit inter spinas, & simul enatæ spi-
næ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonam, & enatum fecit fru-
ctum centuplū. Hæc dicens clamabat:
Qui habet aures ad audiendum, au-
diat. Interrogabant autem eum disci-
puli eius, dicentes: Quæ est ista parabo-
la? At ille dixit: Vobis datum est nosse
mysteria regni dei; cæteris autē per pa-
rabolas, ut uidentes non uideant, & au-
dientes non intelligent. Est autem hæc
parabola. Semen est sermo dei; qui au-
tem iuxta viā, hi sunt qui audiūt; dein
de

de uenit diabolus, & tollit sermonem de corde eorum, ne credētes seruentur. Nam qui super petrā, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierūt, & à solicitudinibus, & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, nec referūt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde honesto ac bono audientes sermonē retinent, & fructum afferunt per patientiam.

Num sit aliquid in cognitione huius euangelicae lectionis, nec ne, ipsi, si placet, facile apprehendere poteritis. Et scimus quidē nec iota, nec apicem superuacuum in literis sacris inueniri uel scribi. Aut quomo do ociosa loqueretur uerbum dei, quod est ipsa ueritas ac sapientia dei sapientissimi? qui & iudicaturus est omnem hominem de quibusuis uerbis otiosis. Sed hic uult nos magis attentos esse dominus ob mysteria quedam: primo quod haec multis ad se uenientibus dixit, utpote rem, quam nemo ignorare debet. Secundo, quia clamauit: Qui habet aures ad audiendum, audiat. quasi dicat: Quisquis haec non audierit internis auribus, & fuerit

10. OECOLAMPADII

ra bona, inexcusabilis erit. Postremo ex commendatione eorum qui uerbum audierunt, quos dicit tenere mysterium dei, quod certè magnæ fuerit dignitatis. Nam hoc est signum quod sint filii, & non serui, oves & non hirci, ut Ioan. 15. dicit: Iam non dico uos seruos, sed amicos et domesticos dei. Videte igitur ne frustra ad uos clamet dominus: uidete ut inter filios dei annumeremini. Sunt qui hoc loco sacerdotibus & doctoribus adulantur, perinde ac illi essent, quibus dominus solum abscondita reuelat, & scripturas sacras, & sic simpliciores & plebem à lectione diuinorum uoluminum auocant & terrent, immò penitus interdicunt adiectionis minis. Sed longè aliter sese negotium domini habet. Apostoli enim non solum sacerdotum & episcoporum gerunt typum, sed omnium fidelium, sicut Petrus in sua epistola dicit, 1. Petri 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit, ut uires prædicetis illius qui è tenebris uos uocauit in admirabilem suam lucem. Sicut scientia non obest, ita ignorantia hic non impedit. Et solet fieri saepe, ut ignorantia profit, quemadmodum apostolis, & scientia obstat, ut phariseis. Et iterum scientia ut donum dei prodest, sicut in Mose & Daniele propheta, qui hoc dono dei bene usi sunt, & obfusset illis, si non credidissent simpliciter uerbo dei. Ignorantes autem repudiatur. Dicit enim David: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Porro parabola ista interpretatur illis, quibus da-

tur scire mysterium, nimirum terre bone, quæ affert
fructum uarium. Perdet dominus sapietiam sapientiū,
et prudētiā prudentum reprobat. At Paulus ad Ro.
cap. 11. probat Israël propter fiduciam operum excusat-
cari. Et Ioan. 5. dicit Christus: Propterea uos non cre-
ditis, quia gloriam ab inuicem accipitis. Audite ergo
quod sit sacramentum, id est, arcanum Christiano-
rum, et quod consummatū reddit Christianum: quod
profectō præcipuum semen est: et qui hoc uere sciunt,
fructum proferunt: qui ignorant, Christiani non sunt:
ut 1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Chri-
stum in carne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui
non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo
non est. Hoc est enim uerbum dei, ut omnes qui credunt
in eum, salui fiant. Si illi salui fuunt, planè multum fru-
ctum afferūt. Et 1. Ioan. 2. Omnis qui natus est ex deo,
non peccat, quia semē dei manet in illo. Magnus siqui-
dem fructus est non peccare. Nam si hoc uerum est de
semine in genere, nemo recte negarit de præcipuo uer-
bo dei uerū esse. Nam hæc est confessio beati Petri apo-
stoli, super quam ædificata est ecclesia dei. Hoc semē ca-
pere, est uerè manducare carnē filij hominis, è qua tan-
tus fructus nascitur ut uiuamus in æternū. Io. 6. Et hoc
est mysteriū regni dei, quod uidentes nō uiderūt, et au-
dientes nō audierūt. Neq; aliunde saluabimur, nisi hoc
fructu habito. Hoc semen suscipite in corda uestra, et
fructificate, qualiacūq; alia sunt quæ dicūtur nō curant

IO. OE COLAMPADII

tes. Nā sepe peccatores ob eorū uitia seueriter culpādi
 sunt, cum omnē clementiā cōtemnāt, & irrideāt. Nec
 imitemini eos qui in hortum ingressi, cum odoratissi-
 mam possent carpere rosam, uertuntur, & urticas car-
 punt: hoc est, si audierint quippiā ardenter contra ad-
 uersarios dici, nihil præterea tenent, quam ut toto die
 sint in conuicijs, & quod dolendum est, nullus sermo de
 fide, de timore & amore in Christum locum habet in
 cordibus illorū. Iudicaturi adueniunt, non docturi, non
 uitam emendaturi, non exituri noui homines. Alij hoc
 semen missum faciunt, & toti à ceremonijs pendent,
 quos omnino reprobare debemus. Discite uel hoc unū
 semen capere, & habebitis margaritam preciosissimā,
 pro qua omnia bona distrahere oportet. Cæterum be-
 ne mihi de uobis polliceor. Audite igitur auribus cor-
 dis, quæ nobis dominus proponat. Nam disceatis nunc
 ex dominica interpretatione, quibus utiliter prædicar-
 tur uerbū dei, & quibus inutiliter & sine fructu. Semen
 super ui.am, est quod tollunt uolucres, hoc est diabolus,
 ut nullum fructū ferat. Ex ijs autem Christi uerbis, tria
 genera hominum colligo. Sunt qui uanam gloriam sca-
 ctantur, & à iudicio hominum pendent, per quos ome-
 nes homines transeunt. Tot enim eos conculcant, quot
 timent: omnium seruorum serui sunt: & quicquid illi
 faciunt, dicitur diabolus fecisse, cuius organa & serua
 sunt. Sæpe mulieres auertunt uiros à cultu dei ueri, &
 omni honesto. Sic Salomō à filia Pharaonis, & Adam.
ab

SERMO PRIMVS. 146

ab Eua deceptus fuit, quemadmodum hodie multi, tam
ab uxoribus quam a vicinis, a religione uera abducun-
tur. Ecce dicunt: Profecto si talem uitam uiuere induxe-
ris in animum tuum qualem Christus, nullam amplius
gratiam apud homines habebis &c. Nam semē uerbi,
ubi conceptum est in pectore puro, urget hominem ad
imitationem Christi, quod nequit ferre diabolus. Ita mo-
net sapiens Paulus, qui non curat tales, & dicit: Si ho-
minibus placere uelle, dei seruus non essem. Quid per-
dit omnes hypocritas hodie in ipsa clarissima Euange-
lij luce, quam quod dicūt: O si sic uiuerem, quid diceret
homines de me &c. Sed miseri isti non cogitant, quid
dicat de illis deus: Quandiu non sepaueris agrū tuum,
diabolus princeps mundi huius tollet quod suum est, &
semen uerbi dei non sinet enasci, quod tandem perse-
tuam ignominiam afferet. Secundi sunt qui seminant
super lapides, & iij sunt qui abhorret a fereda cruce do-
mini. Bene placet illis Euangeliū, bene placet Christus,
sed mox ut persecutio coepit ingruere, iij qui cum Pe-
tro polliciti sunt se Christum usque ad mortem sequi, fu-
ga turpisima dilabuntur. Sed quam stulti sint & illi,
apparet: fugiunt enim pruinā, & incidit super eos nix,
& libertate in seruitutem turpisimam transeunt. Insia-
per non cogitant momētaneas esse illas persecutio-
nes, non memores sunt Christi, neque omnium sanctorum
exempla sibi proponūt. Miseros nos, qui possemus in-
numerabilium seculorum tormenta redimere, & fugi-

IO. OE COLAMPADII

mus? Christus animā suam pro nobis posuit, & nos ne minimam quidem spinarum feremus? Causa est, quia cor nostrum est lapideum, & deest succus gratiarum, neq; fides uera data est, aliàs nullae persecutiones quantum graues & crudeles, nos à Christo separarent.

Tertij sunt quorū semen suffocant spine. Alios perdiderat superbia, et uana gloria, alios caro delicata: hos autem perdiū diuītiae, quæ sunt eis sicut gibbus camelī, cum quo impossibile est intrare in regnum cœlorū. Loquitur autem Christus de sollicitudine nimia, & auaritia. Multos enim nō impediūt diuītiae, qui usum eorum norunt. Et magna uirtus dei est, cum diuītias non periclitari fidem, si quando ingriuunt aduersitates, & contumeliae ferendae sunt. Sed & hi stulti negotiatores sunt, qui hæc momentanea tanti faciunt. Si omnino animus est se qui diuītias, quare non sequimur æternas? Cur instabiles, quas hostes, uel ignis perdunt, pro indeprædictibilibus sectamur? Viderint hoc loco ij qui nobis semper occlamat: Vbi sunt fructus prædicatiū? Amici, non est semē uerbi dei in culpa, sed terra ipsa, quæ semē suscipere recusat: & si suscipit, suffocat. Est & hoc terrible, minimum esse numerum saluādorum, non defectu diuinæ misericordiæ. Multi uerbo dei indigni sunt: tres partes semēis pereunt, quarta pars solummodo seruat: sed illa ab aduersario periclitari non nunquam solet. Quarti, sunt ueri auditores, qui semen uerbi dei in bonam terram accipiunt, & multum fructum ferunt.

Cor

Cor nostrum, terra bona est, si quidē per spiritum Christi hoc semen suscepimus. Sic per Ezechiem prædictum est: Dabo eis cor nouum, & spiritum nouum, ut ambulet in præceptis meis. Et iterum per prophetam: Spiritus tuus bonus domine deducet me in terram regiam. Qui sub lege uiuunt, cor habent lapidem: qui sub gratia, cor carneum. Illi igitur cor suum custodiunt, quotidiani precibus orantes dominum ut liberet eos à malo, id est, dæmone, ne sublegat semen: sensuum custodiunt, ne mors intret per fenestras: auertunt oculos ne uideant uanitatem: lingue frenum ponunt, ne loquuntur impiè: non uadunt cum effundētibus sanguinē, non iam curant quid mundus laudet, sed quid deus. Similiter tempore persecutionis in patiētia possident animas suas, tollunt crucem, & sequuntur dominum, imò non tantum patiuntur, quin parati sint ad ferendum plura, atq; ita diuites afferunt fructus, non carnis fructus, que sunt ebrietas, crapula, insolentia, inuidia, & alia huiusmodi, sed fructus spiritus, scilicet illius uerbi incarnati Christi, qui iubet à se discere humilitatē & mititatem, qui dilexit nos usque ad mortem. Et iij sunt ueri fructus qui deo placent. Neq; dicemus esse fructus opera otiosa, et nulli proficia, sicut sunt educationes otiosorum, & constructiones templorum, institutiones anniversariorum, & similiū. Nullum enim bonum opus dici potest, quod nō est ex fide. Dominus nobis suam gratiā concedat, ut bone arbores simus, fructificantes in uitā aeternā. Amē.

IO. OECOLAMPADII
SERMO II. In die Mathie.

Act. 1



T in diebus ihs exurgēs Pe-
trus in medio discipulorū,
dixit; (eratq; turba hominū
simul ferē centum uiginti.)
Viri fratres, oportuit impleri scriptu-
ram hanc, quam prædixit spiritus san-
ctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux
ihs qui cōpræhenderūt Iesum, quia coo-
ptatus erat in numerum nostrum, &
sortitus erat partē ministerij huius. Et
is quidē parauit agrum ex mercede ini-
quitatis, suspensusq; crepuit medius, &
effusa sunt omnia uiscera eius: & inno-
tuuit omnibus habitantibus Hierosoly-
mæ, ita ut appellaretur ager ille lingua
illis uernacula Aceldama, hoc est, ager
sanguinis. Scriptum est enim in libro
psalmorū: Fiat commoratio eius deser-
ta, & non sit qui inhabitet in ea, & epí-
scopatum eius accipiat alter. Oportet
igitur ut ex ihs uiris qui nobiscum uer-
sati sunt toto tempore quo dominus Je-
sus perpetuam uitæ consuetudinē egit
nobiscum, exorsus à baptismo Ioannis
ad eum usq; diem quo receptus est à no-
bis

bis, unus quispiam constituantur qui sit una nobiscum testis resurrectionis eius. Et statuerunt duos, Joseph qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. Et facta precatione, dixerunt: Tu domine qui corda nostri omnium ostende utrum elegeris ex ihs duobus, ut accipiat sortem ministerij huius & apostolatus, unde praeuaricatus excidit Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Mathiam, & cooptatus est in numerū undecim apostolorū.

Dictum est nuper de semine bono quod in terra boni cordis fructum affert centuplū, & uitam eternam. Hodie nobis se offert occasio de seminatorebus loqui, hoc est sanctis apostolis. Neque enim Christus solus exiit ad seminandū, sed & apostolos suos misit, qui seminarūt non aliud semē, sed idem quod à domino acceperant. Agitur enim memoria sancti apostoli Mathiae, & propterea quedam de eo ex Actis lecta sunt. Nec putetis hoc nihil uestra interesse. Videndum enim est, qui sunt qui ad uos mittātur, num zizania seminent vel triticum. Si enim uix bene cedit illis qui bonos seminatores & ductores habent, quomodo habebūt hi quisbus omnino desunt, uel quod peius est, seductores for-

tiuntur. Misero profecto res hominum in statu sunt, qui
 tenebris immersi sumus profundissimis, & nisi quis illu-
 stret, actū est omnino de nobis: quod attendens rex mi-
 sericordiarū, misit pædagogos. Porro quia & nos ho-
 mine: sumus imbecilles, ne terroreremur, iubet nos ire ad
 messem, eo quod ipse omnes destinavit & preparavit,
 qui sint recepturi suos: sicut et Esaias prædicit, quod la-
 tabuntur sicut in messe lætantes. Christus ipse seminat
 propriè, nos autē metimus. Multū oportebat nos lectari
 quod aliquos lucraremur Christo, quātiscūq; periculis
 nostris illud constet. Vnde Apostolus uocat bonū opus,
 si quis episcopatū desiderat. Exigit textus præelectus,
 ut aliquid dicā primū de electione, secūdo de profectu,
 tertio de opere. Dominus enim designauit LXXII.
Nemo ex illis sponte currit, sicut Esaiæ caput 21. habet
 de falsis prophetis, de quibus dicit dominus: Currebant
 & ego non mittebam eos. Dominus erat qui eos deli-
 gebat, ut audistis in epistola ad Hebræos. Nemo funga-
 tur sacerdotio, nisi electus sit à deo sicut Aaron. Erat
 tunc in illorum numero Matthias, sed postea electione
 promotus ad ordinem duodecim discipulorū peruenit.
 Iam nō usque adeo certi sumus, quos ita elegerit domi-
 nus. Elegit aliquos ad officium & salutem, aliquos uero
 ad officium duntaxat. Iudas aliquādiu solum seruiebat
 officio, sed non saluti: unde & officio excidit, & meri-
 tò ignaviæ sue pœnas luit. Matthias uero etiam proue-
 ctus est. At nos uideamus num quis fungatur officio, ut
 à deo

à deo missus dicatur, & non usque adeo nobis curæ sit,
 num possibile illum sit cadere. Quis enim talis qui ca-
 dere nō potest? quod Petrus in Actis clare ostēdit. Ne-
 gare non possumus, quin aliquo ordine geri res uelit
 deus. Docentur timorem dei. Cadit Iudas, succedit Mat-
 thias. Vide, primum uacat locus, eligitur spectatæ uitæ
 & certæ sciætiæ in locum Iudæ, qui posset esse testis re-
 surrectionis: tertio oratur, ne putetur esse sors, qualis
 est luforum. In electione facile falli possunt homines, &
 saepe quem homines probant, reijcit deus, ut in electio-
 ne Iacob, deceptus Isaac amans Esau. Et David postre-
 mo loco inter filios Isai ostenditur. Et hoc loco, ecce
 quot titulis laudatur Ioseph filius Barsabas, insignis ge-
 nere, deinde iustus, nimirū operibus coram hominibus.
 At deus uoluit ostendere misericordiā suam, ut iam non
 imputetur homini, sed diuinæ gratiæ, que contemptibi-
 lia huius mundi elegit. Discamus quantū ualeat humili-
 tas: parū erat præcurrere Iudam, præcurrit et Iosephū
 iustum. Porro & in hoc Ioseph deus est admirabilis, de
 cuius zelo nihil legimus, nec de illius fastu, sed cum cæ-
 teris expectauit spiritum sanctum. Sicut autem orau-
 runt apostoli, ita et in Euangelio à domino præcipitur.
 Ipsa quidem messis copiosa, cæterū operarij pauci. Ro-
 gate igitur dominū messis, ut extrudat operarios in mes-
 sem suam. Matth. 9. Disce etiā hic, quod dominus non
 prohibet in eadē ciuitate duos episcopos, sicut in Con-
 cilij scāutū est: imò uult multos qui se in diuinis possint

IO. OE COLAMPADII

adiuuare, ut maius habeant testimonium, & ut si sub
 duobus uel tribus testibus nō crediderint mali homines,
 magis sint cōdēnabiles. Aut cur gloriātur fuisse Romæ
 Petrum & Paulum uel quare Paulus salutat in Philip
 pis episcopos? Verba ex Matthæo perpendamus iam
 adducta. Dominus enim dicit, paucos operarios: & ho
 die pauci sunt, quantumuis mundus cōqueratur de mul
 titudine sacerdotū. Pauci enim ex illis fideles sunt. Mul
 tati in ijs sunt mancipia uentris, multi pietatem queſsum
 faciūt, multi sua querūt, & qui Christum querant pau
 ci sunt. Dominus autem uult rogari, quia nihil sine illo
 proficitur. Hic non uideo illum promoueudi modū, ut
 siāt lectors, exorcistæ, acolati, subdiaconi. Quantum
 ex oratione funebri Basilij & Cypriano colligere pos
 tui, hic erat modus. Si quis fideliter seruisset, & inuenitus
 idoneus in lectio[n]ibus, admonitionibus, exhortationis
 bus, & præterea honestæ uitæ, is prouehebatur. Non
 erat in precio illa uincio papistica. Inutilis etiā uel pro
 pter doctrinā uel uitam deponi poterat. Hodie omniū
 rerū abusus. Ordinantur quotquot pecunia habent, uel
 seruierūt: heri sutor, hodie episcopus: heri in stabulo, ho
 die in altario. Et illi se ordinatos putat, cum ne minimo
 officio fungi queant, imò ne uersiculū legere possint: et
 ij sibi de Euangilio & uerbo dei iudicandi autoritatem
 præsumere audent. Elec[t]io illic totius ecclesiæ erat, nō
 unius Petri, quamuis Petrus adhortaretur. Hoc ius ne
 scio qua calliditate quidam sibi uendicarunt, ut pro sua

lib[er]ta

libidine instituat, & deicuant quoscumq; uelint. Et hoc
nimirum nec in alijs electionibus condemnādum. Qui
autem sint eligendi, satis audistis in epistola ad Timo-
theum. Ceterum ut ambire nullus debet hoc cōcionan-
di officium, ita nec iustē se denegare quis potest, si qui-
dem sibi dona non derēsse sciat, & querat quae dei sunt.
Secundo electos mittit sua gratia intuitos, & uirtuti-
bus conspicuos: quamuis ipsi nō minus imbelles sint, et
aduersarij instar luporū sc̄auiant. Dominus tamen mit-
tit eos, certos faciens quod nec pilus cadere posſit de ca-
pite eorū sine eius uolūtate. Et cum nec per am habeāt,
nec calciamēta, nihil tamen eis defuturū prædixit, imò
& absq; calciamētis feliciter perrecturi sunt inoffen-
sis pedibus, & etiam calcaturi super aspides & basili-
eos. Quādo enim misi uos sine fācculo, dicit dominus,
nunquid aliquid defuit? bene potero animos hominum
excitare, ut uobis bene uelint. Deniq; ita dirigā uia, ut
etiam si nullū salutaueritis, nō aberraturi sitis. Qui ha-
bitat in adiutorio altissimi, in proteclione dei cœli com-
morabitur. Interim & apostolicæ uirtutes commen-
dantur, nempe mansuetudo, qua agnos imitetur, ne-
minem lædentes, omnibus benefacientes, non dominan-
tes in clerum, sed formā gregis habentes. Lupi non sunt
hi ad quos mittuntur. Nam illæ, Ioan. 10. sunt oves que
excipiunt pastores: sed ij lupi sunt, qui repugnat uerbo
dei, quales nunquam defuerunt. LXX. discipuli habe-
bant Pharisæos, Moses magos, prophetæ pseudopro-

IO. OECOLAMPAD II

phetas, nostra ætate habemus Papistas. Nota hic à quæ
 exiros, on fōrgsamkeyt, iactantes curam in deū, etiā
 in media paupertate. O quām longe hodie absunt ab il
 la solicitudine nostri episcopi, qui non solū solliciti sunt,
 sed etiam pauperes premūt miris exactiōibus, & Si-
 monis partum in fēnus elocant. Quidam non habent
 peras ad exponendū, sed habent peras ad recipiēdū.
 Hypocrisis est, quod quidam Franciscanorū ostentant,
 qui seruare uolunt strenuitatē, ~~et~~ et solaciorū & da-
 critatem, in hoc, ut ne salutent quidem alios. Non enim
 hic affabilitas interdicitur. Tertio officiū ostenditur,
 ut prædicens pacem: quam? desideratissimā illam cum
 deo patre, sine qua nihil iucundum, cum qua nihil aspe-
 rum. Pax autem illa non contingit, nisi per Christum.
 Non iubet prædicare legem, sed Euangelium: non con-
 suetudines, sed pacem. Non ueniūt ad perdendum, sed
 ad saluandum. In his omnibus de mercede non est ma-
 gnificatio. Quanquam bona conscientia licet edere,
 ut apostoli, que apponuntur. Non autem iubet multa
 exigere, tantum recipiendi potestate dat, & si quidem
 fructū fecerint, bene: si minus, pax reuertetur, hoc est
 uobis deus non irascetur si uestro officio fueritis perfū-
 eti. Hoc Euangelium & mihi singulariter hodie dis-
 cētum est, id quod à uobis nō celabo. Quoniā hactenus
 non ambitione & proprio motu, sicut quibusdā uisus
 est, pro mea uirili, ut dominus dedit, fideliter uerbū eius
 proposui, contemptis aduersariorum nugis, etiam alijs
 condicis

conditionibus hinc auocantibus, bona spe inuenturum
me aliquid spiritualis commodi apud uos. Nuper au-
tem quidam maioribus precibus non solum petierunt
ut pergerem concionādo, sed & quoniā plebanus uale-
tudinarius est, omnem in me curam susciperem insti-
terūt. Fateor in hoc me à imbecillitatē, quamvis sancta
sciam episcopatū desiderari: mea tamen infirmitas ma-
gis me dehortata est, ut plus peterem dimitti, quam ad
maiora assumi. Nam ut nunc res habent, mallem in syl-
ua latere, quam hoc officio fungi. Et quisquis intelligit
quantum sit officium, mecum sentit. Sed quoniā nemo
sibi uiuere debeat, non licuit contrarie precibus, sed in
me ferre iudicium, quod in alios. Quod ideo dico: sunt
enim quidam uenatores sacerdotiorū, qui neq; possunt
neq; uolunt etiam in minimo proximis prodeſſe, neque
uno sacerdotio cōtentī sunt. Age, aiunt, uidemus quare
prædicarit, & quade preſcium petat. Hoc autem illi lo-
quuntur, ut doctrinā uitient. Sciunt domini mei an un-
quam aliquid pro me rogauerim, sed ipsis rogantibus
non debui deesſe. Verū dies domini id declarabit. Ego
sanè uocationem domini arbitror, qua disco animos
uestros ita erga me affici. De opibus non est mihi cura:
hoc oro, ut fructum in uobis spiritualē habeam. Si uos
Christum agnoueritis, si in illo mutuuū dilexeritis, bene
mihi rep̄sum est, hæc q; mea gloria. Et ut mentē meam
habeatis paucis: Mihi non est animus aliud quam uer-
bum dei prædicare, idq; purē. De consuetudinibus pa-

10. OECOLAMPADII

trum dictis nihil curae erit. Nam pleraque contra dei uerbum sunt, et meri laquei conscientiarum: paratus ob id rationem cuius exposcenti dare. Pacem autem praedicaturus, nolo iniungi onera, sed liberum sit, quod Christus uoluit liberum: prohibiti, quod ille prohibuit. Quod ad dies, cibos, uestes, ceremonias attinet, nolo conscientias illaqueari. Similiter de confessionibus et sacramentis loquor. Ut animus est utilia non abolere, ita ad optimaqueque adhortari conabor. Porro interim uos qui profecistis, ne offendamini: alter alterius onera portate. Cogitate quod pleraque adhuc tolerare cogamur propter infirmos, ut et illi adducatur. Agnoscite que sit libertas uestra, et in externis non esse situm regnum dei. Vos autem qui infirmiores estis, uidete ne patientia uestra in malum uestrum sit. Nihil enim immutabimus neque renovabimus inconsultis ijs quorum interest. Dominus suum spiritum in corda nostra dirigat, ut quae eius uoluntas sit, et agnoscamus et faciamus. Amen.

SERMO III. In die Pentecostes.

John. 14



I quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diligit eum: et ad eum ueniemus, et mansio apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat, et sermo quem audit, non est meus, sed eius qui militat in patria.

SERMO TERTIVS. 152

patris. Hæc locutus sum uobis apud uos manēs. Paracletus autē ille qui est spūs sanctus, quē (spiritū) mittet pater nomine meo, ille uos decebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixi uobis. Pacē relinquo uobis, pacem meam do uobis: nō quomodo mūndus dat, ego do uobis. Ne turbetur cor uestrum, neque formidet. Audistis quod ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligenteris me, gauderetis utiq; quod dixerim, uado ad patrē, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquā fiat, ut cum factū fuerit credatis.

Maretur fortasse aliquis, quare Christus prop̄ semper apud discipulos suos spiritum sanctū agnominarit ἅγαλμα, cum tot & uarijs alijs nominibus ob miras operationes & proprietates appelle tur. Vocatur enim, ut in hymno canit ecclesia, Domum dei altissimi, fons uiuus, ignis, charitas, spiritalis uictio, digitus dei, dator charismatum. Item sub spiritus nomine, dicitur spiritus dei, spiritus Christi, spiritus domini, spiritus libertatis, spiritus adoptionis, spiritus ueritatis. Sed & à David in Psalmo 50. spiritus rectus, sanctus & principalis dicitur. Et in alijs locis creator orbis, & impletor, continens omnia, & innouans faciem terræ. Ab Esaiā dicitur à donis, spiritus sapientie &

IO. OECOLAMPAD II

intellectus, consilij & fortitudinis, scientie & deuotionis, & timoris. Alijs in locis dicitur ædificator uiri templi dei, & scrutator cordium, & doctoꝝ omnium, auster meridionalis, & umbra in æstu, illustrator & lumē, deificator, & multa alia nomina, si quis conserat scripturæ loca, licet inuenire. Qui autem fit, quod hoc modo cōsolatur dominus discipulos suos? Scias hāc causam esse, quia multa eis prædixerat aduersa, ut 10. 16. patet, fletum, inimicitias, excommunicationē à synago-
ga, & deniq; mortem ipsam. Decebat itaq; ut eo nomi-
ne mitigaret illa, & consolatorem polliceretur, maxia-
mē ne aliud quiddam expectarent more carnalium Ius-
dæorum, qui nihil quam regnum externum somniabat
perpetuò. Etiam nos eadē, nempe quæ carni repugnat,
dicturi, opus habemus spiritu sancto. Nam quis est, qui
non orat in afflictionibus pro consolatione? Neq; est ali-
quis, si pro uera consolatione uana occurrat, cuius non
geminetur dolor. Consolatione post afflictiones si quis
caret, nescit quō se uertat. Et quemadmodū palam est
uitam hominis esse in anxietate & tristitijs, ita & ge-
nuinum querere consolationes. Prodeat etiam ex bea-
tissimis huius seculi uiris uel unus, qui non indigeat con-
solatione: adde etiam sanctissimos. Sed pauci reperiunt
tur qui ueram consolationem sectātur. Pleriq; pro uer-
a stultam, & ut commodū corpori, acquirunt, & in-
terim perdunt animas ipsorū preciosissimū thesaurū.
Neq; illi curant quomodo mederi possit lepræ, cæcita-
ti,

SERMO TERTIVS.

153

ti; mortiq; animarum. Sed ut consolemur, testimonium
cito Dauidis, qui optimè consolatus est, & qua uia sit
consolatus, nō tacet, dum ait: Renuit anima mea conso-
lari, memor fui dei, & delectitus sum, exercitatus sum,
& defecit paulisper spiritus meus. quod legitur in psal-
mo 76. in quo tria ordine debito ponuntur. Primo enim
nullum admittit solatiū, per quod à deo possit abstrahi.
Secundo adh̄eret deo per memoriam beneficiorum di-
uinorum. Tertio assequitur ueram consolationem, &
quod plus est, delectationē. Et uide num hic ordo etiam
seruatus sit apud apostolos. Primum erant ablactandi
à lacte consolationum mundanarum, que quodammodo
do pueriles dici possunt, ut uirilibus gaudijs & cœlestis
bus potirentur. Itaq; non consolabantur ex rebus tem-
poralibus & transitorijs, quæ sequentes Christum di-
miserant. Non uadit piscatum Petrus, nec ad teloneum
Matthæus mittitur. Non solabantur amici iam facti ini-
mici: non Christus ipse adhuc concessus, cuius præsen-
tia maximè licitum uidebatur solatium, sed abire eum
oportebat, ut ueniret paracletus, spiritus totius consola-
tionis. Iam longe minus sibi ipsi poterant præstare uel
tantillum solatiū homines rudes & timidi. Secundo
igitur se se ad preces conuerterunt, quæ est uera uia sa-
lutis, perseverantes unanimes: unde illa mirifica subse-
cuta est consolatio. At nos neq; sanctiores Maria, neq;
meliores apostolis, neq; gratiores deo sumus quam ipse
Dauid. Proinde si consolationem cupimus, hoc ordine

A

IO. OECOLAMPADII

potissimum illam queramus. Primo oportet ut renuas
 aliunde consolari, quam à deo, qui est spes, consolatio,
 & refugium tutissimum omnibus eum puro corde implorantibus. Impossibile enim fuerit, quod temporaria simul & aeternā possideas consolationē. Loquor autem
 de ijs temporarijs rebus quae te auocat à deo. Nā dum
 ijs quis se occupat, & illis sese deuincit, ut obliuiscatur
 dei & beneficiorum in se collatorum, talis tanto man-
 gis deum posthabet, quanto plus ijs transitorijs conso-
 latur. Ita enim Moses de populo suo ait: Incrassatus po-
 pulus, impinguatus, dilatatus, & oblitus es domini crea-
 toris tui. Et sequuntur postea horribiles pœnæ. Nec est
 quod dicam, Admittam consolationes quae neq; diuine
 sunt, neq; contra deum. Sed hoc est impossibile, nisi uer-
 itas mentiatur, quae ait: Qui nō est mecum, contra me
 est. Et sanctus Hieremias propheta ante templum duos
 corbes ficuum uidit, alterum ficuum ualde bonarum, al-
 terum ualde malarum, tertium non uidit. Ficus, opera,
 consolationemq; ex dulcedine, uel ualde malæ, uel ualde
 bonæ (medium enim nescitur) significant. Et ut clarius
 habeas, dicit Gregorius: Gustata carne desipit spiritus,
 & contrà. Sed neq; capax es duarum consolationum,
 ut Esaias ait: Angustum stratū duos non capit. Pallium
 breue duos non operit. Hydria peccatorum per unam
 quamvis creaturarum, uel dei impletur. Alteram conso-
 lationum euacues oportet. Nam si balsamum infunda-
 tur, peribit in acetabulo. Vacui autem & esuriētes, teste
 Maria,

SERMO TERTIVS. 154.

Maria, bonis implentur. Esto autem capax sis, non tam
men decet deum, quod habitet in templo prophana-
to per gratiam suam. Omnes terrenae consolationes
que non ex charitate profluunt, prophanationes sunt,
& inquinamenta uiui templi, quod decet sanctitudo in
longitudine dierum, in quo nihil nisi aurum esse debet.
Et quomodo deceret, ut deus habitaret cum inimico
suo? Quae communio lucis & tenebrarum, puritatis &
impuritatis? Christo & Belial: pio & impio? Potius se-
ligedus esset infernus, & uaria tormenta, que excogita-
ri possent, quam tenebras istas admitteremus. Sed con-
cedatur et illud, quod non sit indecorum deo, cogita quam
non durabiles & inconstantes res in hoc mundo? quod
subsequens premium? Certè terrenae consolationes pa-
riunt perpetuam damnationem, & ignem æternum, ut
Lucas 6. cap. habet: Vae uobis diuitibus, qui habetis
consolationem uestram. Et diues ille euangelicus hic
consolatus est ad momentum, sed æterne poenæ se man-
cipauit. Viderint ergo mortales uniuersi quid agant,
cum nemo stultis consolationibus uult fraudari. Inops
profecto est & miser qui consolationem querere ex di-
uitijs etiam farto acquisitis, & usu alienarum rerum, &
damno proximi attentat, & dispedio æternarum opum,
paruifaciens quod interim æternam uitam amittat. Con-
sidera deplorandam rem. Aeger uel in digitulo, ut conso-
letur pristina ualeuidine, requirit consolatore maleficū
demonis ministrū. Orphanus & lugens destitutus con-

IO. OE COLAMPADII

solatoribus suis, cum blasphemia incusat deum & satis
 etos, quasi ipse sit miserrimus omnium quos terra sustinet.
 Famelicus contenenſ ecclesiā in ieiunijs et orationibus,
 onerat ſe cibis, ut magis famescat anima. Cliens dolo
 & calumnijs circumuenit iudicē, ut ſe ſententia iniqua
 conſoletur. Avarus & proprietarius nec exemplo An-
 niæ terretur, quin proprietatem bonorum querat per
 fas & nefas. Honoris cupidus tante impatiencie eſt,
 ut nec ferre poſſit ut extollatur gloria Christi, ſed ſe in-
 flans nouarumoris conſolatione, p̄cipitiū facit cuon
 Lucifro. Et quis numeraret omnes ſpecies refocillatio-
 num per peccata queri ſolitarum? quas omnino deſſe
 oportet. Ais, qui hoc faciet? & ubi inuenitur talis? quiſ
 tam inſanus qui ita ſuam animam eternis poenis addice-
 re uelit? Verum multos ſcio qui illud fecerunt, & magis
 nefanda, quae in medium afferre propter pias aures hor-
 reſco. Conſolationes itaq; ueras querite, quas uerbi
 caput Christus ac ſancti omnes quæſierunt. Christus
 enim, licet nunquā non requieuerit in eo ſpiritus domi-
 ni, tamen propter nos omnibus conſolationibus carere
 in cruce uoluit, quando concurrentibus doloribus di-
 cebat, deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti?
 qui tam intus quam foris dolorum plenus. Sed & ange-
 lis conforſans non erat conſolator, ſed magis autor ma-
 ioris doloris. Similiter & mater & noti ceteri, quo nos
 conſolationē haberemus, ſi afflictionibus & doloribus
 obrueremur propter Christum. Atqui ſecundum Augu-
 ſtinū

finum hæc uerba ad corpus suum mysticum refrutetur,
 quod semper in cruce mœrorem habiturū sit. Age dic
 unum solarium quod Baptista desiderauit, aut sancti, ut
 sancti. Redeamus autem ad nostrum David, & illum
 comparemus cum filio Solomone, qui in omnibus ter-
 renis quæsivit consolationem, & coactus est testificae-
 ri uana esse omnia: contrà pater renuit cōsolari, & con-
 solatus est. Filius consolabatur in auro & argento: pa-
 ter licet & ipse diues, testimonia p̄f̄f̄rebat auro & to-
 pazio. Filius comitē habebat pompam ministrorum:
 pater fit sicut passer solitarius in tecto, & optat pen-
 nas sicut columbæ. Filius Solomon oblectatur in lautis
 edulij & potulentis: pater Dauid miscet poculum suum
 lachrymis & panem cinere. Filius habet consolatrices
 cantores, & cantatrices: pater rugit à gemitu cordis,
 & lachrymis lauat stratum suum. Ille relictus, hic dele-
 ctatus. Dein si exempla queris aliorum sanctorū, lege
 scripturam diuinam, & mille inuenies. Nōnne omnes
 sancti reliquerūt regnum mundi, & ornatū huius seculi
 delicatum, patriam, liberos, uoluptatem, & omnia, ut
 Christo potirentur? Habet igitur exemplis & rationi-
 bus non posse fieri, ut simul consoleris à spiritu sancto,
 & à teipso. Nunc secundo non satis fuerit absolutum
 esse à uanis creaturarū consolationibus, nisi adhæseris
 & domino deo tuo per continuā memoriam beneficio-
 rum in te collatorū. Vide autem ne eas sit perfunctoria,
 sed meditatio talis, ut in ea meditatione exardecat

ignis & character quidem imprimatur in cor tuum ue
ri amoris erga creatorē tuum . Sed quorum inquis cro
memor ? Ah tam multa sunt que deus tibi contulit, ut
cessare nunquam debeas laudare eius bonitatem, siue
eius maiestatē in se , siue creaturas consideres. Ille enim
sine principio & fine est, & finis omnium sine loco,
quiq; locum omnem implet & excedit, similiter & tem
pus sine tempore & sine motu mouet omnia omnipos
tens, sapienter deniq; gubernat omnia. Sed in primis, ut
alibi in psalmis habemus: Memor fia iudiciorū tuorum,
& consolatus sum: clama quotidie ex corde, cogita iudi
cia misericordiae et benignitatis dei, et quasi omnia crea
ta essent in utilitatem tuam . Nam ijs omnibus sapiens
ita uititur, et si communia habeat cum ceteris homini
bus, quasi ei soli ea largitas domini concessā sit . Et sic
gaudens refugium suum habet ad deum tanquā ad ami
cum & patrem longanimem & liberalem in istis mu
neribus quibus suos afficit benigniter . Ipse etiam te ex
morte uiuificare potest, et si contra te totus orbis insur
gat . Commenda igitur in manus suas spiritum, uitam,
causam, & tua omnia, et sic tutò in hoc procelloso hu
ius mundi pelago nauigare poteris. Pro conclusione,
ne conqueraris, nunquam animo deerit consolatio, si
obsequaris huic doctrinæ. Quantum David & apostoli
delectati sint, credo nec ipsos potuisse enarrare. O felici
tatem uerè felicē. Utinam illius nos essemus participes.
Communicabitur autem illa etiam nobis, si aqua tribu
tationē

lationum uerteretur in dulcedinē musti sapientiae apostolice, si nos accenderemur igne linguarum per charitatem, si separaremur in templū dei uiui, si sanctificaremur, & ex terrenis fieremus angelici, & admirabiles ipsis angelis, & sic nobis uerus timor, uera pietas cum scientia, sic fortitudo cum consilio, sic intellectus cum sapientia daretur, sicq; adlegeremur in filios dei, & deificaremur, ut heredes fieremus Christi, que certè magna sunt, & nunquā satis laudanda. Licet humana cœcitas perpetuò credat, si non geratur omne iuxta suum arbitrium, deum non esse, uel non curare res humanas. Valeant ij qui tam friuolè de deo iudicant. Quæ eramus nos & cupiamus eiusmodi consolationes quæ perpetuò erunt: beat enim qui has affequuntur. Pijs quam aliam consolationē habere poterunt, quam deum curam ipso rum habere? et sic eis consolatoria sunt tam quæ agunt, quam quæ patiuntur, tam quæ habent, quam quæ non habent, & tandem in hanc uocem prorumpunt: Benedictus dominus, laudabile nōmē domini. Etsi nihil consolationis eis esset aliunde, satis tamen hoc eos gaudio afficeret, quod in charitate & gratia dei existunt, sicut sine dubio sunt omnes fideles qui absoluti sunt ab illis uanis creaturarū consolationibus. Deus siquidem in eis est, cum eis loquitur, & quia uerax est, negare se non poterit. Ut titur autem illorum nempe fidelium ministerio ad sui gloriā, eligit ad occulta reuelāda, implet eos benedictione, coronat misericordia, & clarificat si-

IO. OECOLAMPADII

erit filium. Et quomodo dicis te derelictum, si deum habes totius consolationis, in quo bona omnia? Pro tali solatio & nos toto corde ad deum aderamus, neque alia dona petamus, quam ut seipsum nobis communicet, & ut dignam sibi in nobis inueniat mansionem, nempe sit in nobis, & nos in ipso semper. Amen.

SERMO IIII. In LX.

Luc. 18



Sumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendi mus Hierosolymam, & consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelij afficietur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget. Et ipsi horum nihil intellexerunt, & erat uerbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quae dicebatur. Accidit autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat iuxta viam, mendicans: & cum uidereret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret; & clamauit, dices; Iesu fili Dauid,

misere-

miserere mei. Et qui praibant, incre-
pabant eum ut taceret, ipse uero multò
magis clamabat, Fili David miserere
mei. Stans autem Iesus, iussit illum ad-
duci ad se; & cum appropinquasset in-
terrogauit illum, dicens: Quid tibi uis
faciā? At ille dixit: Domine, ut uisum
recipiā. Et Iesus dixit ei: Recipito ui-
sum; fides tua te salutē reddidit. Et conse-
stīm uisum recepit, ac sequebatur illum
glorificans deum. Et omnis plebs ut ui-
dit, dedit laudem deo.

Maximus fructus, & sacrificiū præcipiū, quod
deo pro omnibus operibus & beneficijs refer-
re possumus, gratiarū actio est. Quid retribuā, inquit
David, pro omnibus quæ retribuit mihi? Si feras obtule-
ro, eius sunt omnes feræ syluarum. Si templum uolueris
construere marmoreum, cœlum est thronus eius, & ter-
ra scabellum pedum eius, ut Esaias dicit. Si uestes &
alia ei fieri feceris, ipse est qui uestit flores, & qui indu-
tus est omni gloria & magnificentia. Vnde dicit: Sacri-
ficiū laudis me honorificabit, & illic iter quo osten-
dam salutare dei. Illi sunt uituli labiorum, quos super al-
tare offerimus. Reliquum est, quod illi facere uolumus,
in eius nomine proximo faciamus. Sed loquamur de
his quæ deo per se reddere debemus, hoc est, confessio-

10. OECOLAMPADII

ne & laude: & sicut in fine huius Euangelij audiuitus
dum dicit: Omnis plebs ut uidit, gloriā dedit deo. Quia
enim omnia deus fecit propter semetipsum, ut in pro-
uerbijs cap. 16. habemus, etiam impiū ad diem malum
fecit. Et ipse per se sufficiensissimus est, ac nullius rei
egens. Quid illi ex omnibus quam gloria obuenire pos-
test? Hoc tamen discrimine, ut cum laudatur à bonis, no-
luntaria in ipsos redit laus, sicut etiam propheta dicit:
Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo,
quoniam bonum est. In uoluntarij etiam & impij cum
nolunt deum laudant, & in medio inferno, & in medijs
peccatis. De Pharaone enim dicit: In hoc excitaui te ut
ostenderem potentiam. Ecce enim in ciuitate latro-
nes in patibulo prædicant iustitiam iudicium, etiam ipse
blasphemantes. At nos ex eorum numero ne simus, sed
angelorum uitam meditemur, quorum omnis diligentia
in hoc est, ut deo gratias agant, deum laudent, deum glo-
rificant. Iam non hanc dixerimus laudem dei, si solis lau-
dijs laus perstrepetur, id quod in templis faciunt minia-
stri ecclesiæ, contra quos dominus clamat: Populus hic
labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Ha-
li autem intelligebant quid sibi uerba uelint: quanto
magis inutile fuerit, ubi uerba non intelliguntur? Cæs-
terum ut nos uerè laudare possimus, uideamus in primis
quid nobis necessarium. Omnis, inquit, populus ut uidit,
laudauit deum. Ideo non laudamus, quia non credimus:
idco nō credimus, quia non uidemus. Et quanto plus ui-
demus,

SERMO QVARTVS. 158

demus, tanto plus credimus. Orandum igitur continuò
esset, ut deus mentis nostræ tenebras illuminaret: quas
nostræ tenebras dominus primū signauit in apostolis,
deinde in cœco illuminato. Dixerat enim apostolis ma-
gna mysteria, etiā Iude, quomodo tradendus gentibus,
flagellandus, conspuendus, crucifigendus, & tercia die
resurrecturus: sed lapidibus dicebat, & tantam rem sur-
da aure præteribant, & quasi ea dicta essent otiose, &
nihil ad se pertineret. Vnde Euangeliſta dicit: Et erat
hoc uerbum absconditum ab eis. At non mirum in apo-
stolis rudibus. Prophetie enim omnes antequā implean-
tur obscuræ sunt, & difficiles intellectu: ubi autem im-
pletæ, clarae & manifestæ sunt. Multas nimiriū Chri-
ſtus simul prophetias explanauit, quomodo Ioseph in
Aegyptum uenditus sit, quomodo cœſus Esaias, quomo-
do confutus & illusus Hicremias, quomodo serpens
æneus suspensus in deserto, quomodo Ionas propheta
triduum in uentre ceti &c. Sed sicut in prophetis ob-
ſcuritas, ita & in explanatione. Iam multò minor nobis
excusatio, qui non ſolum transcurrimus, ſed blaſphem-
amus. Vulnera, ſudor, paſſio, martyrium, uenerū in
opprobriū, & quod amplius eſt, in Missa, que pro-
pter hoc unum iuſtituta eſt, et per hoc unum perficitur:
quis hoc recogitat, quis dignè agit? Audiuius nō raro
ſultas cantilenas in organis, aguntur ante consecratio-
nem alia & alia, cum hoc unū fieri oportebat. Quam-
uis omnino nō poſsim commendare Missas illas papisti.

IO. OE COLAMPADII

cas, postquam non communicatur, id quod præcipue
Christus uoluit. Si tamen omnino quis non uoluerit à
consuetudine audiendarum Missarum auelli, in nomine
domini: adhortor saltem ad hoc, ut missis omnibus alijs
ita se gerat, ubi cātatur sanctus, agat gratias deo. Vnde
et silētiū præcedere oportebat: repetat secū uerba cō
næ dominicæ, siue ex Euāgelistis, siue ex Paulo: quibus
ruminatis dicat deo gratias, et spiritualiter pascatur
Christo, admonitus sacro symbolo: quod si feceritis, spe
ro breui futurū tantam fore fidem, ut non solum benefi
cium Christi recordemini, sed etiam charitatem, et pa
cem, quæ est perfectio Missæ, signo cōmunionis prote
stemini, diuino ad hoc urgente spiritu. Sed uidete ex uer
bis Euangelistæ quæ dicat. Tradetur gentibus. Etiam
hoc Lucas inter uerba posuit quod Christus tradendus
sit. Dicit enim Christus: Hoc est corpus meum, quod
pro uobis tradetur. Non peccaret minister mensæ do
minicæ, legens uulgari lingua, propter utilitatē audien
tium. Nā Christū passum, audit etiā diabolus: sed pro
nobis passum audire, est solū fidelis, et gratias agentis.
In quib[us] uerbis cogita quomodo tu tradendus eras car
nificibus, et lupis, et diabolis ipsis, sed immensa dei cha
ritas trādidit filium suum pro nobis, illum innocentem,
illum gloriā mundi, illum agnum immaculatū, illis dra
conibus impijs. Quas gratias dignas ageremus, si solū
incarnatus? Quas ergo pro eo quod usq[ue] ad mortem se
humiliavit? Tradidit Iudas, tradiderūt et pharisei, quē
dli

illi potuerunt dare, qui non erat sius. Vide autem quid lupi fecerūt. Totus hostibus datur, ut nos ab hostibus libet. Factus pauper ut nos ditet. Totus illuditur, tanquam stultus, ut nos sapientes reddat: tanquam latro, ut nos iustificet. In cruce pedet tanquam seductor, ut nos reducat. Etenim ut omnibus opibus priuabant, ita et omnibus honoribus inuidabant, contumelijs afficietes. Neque hoc satis uidebatur, nisi et flagellassent, ut in toto corpore nihil illæsum relinqueretur: et quod graue, nulla misericordia mouentur: nam conspiciunt, et nondum saturati, ad crucem postulat, ut nos iuuifiet. Hæc ita discenda sunt, ut discamus et nos crucifigere in nobis omnes malas affectiones, concupiscentiasque nostras. Porro dominus hæc pluribus dixit, ut nullam sibi terrenam felicitatem promitteret: expectabant enim terrenum regnum. Vno autem uerbo dixit: Tertia die resurget: Non quod inferior sit futura consolatio, quam passio, sed omnibus modis excedet, uti perpetuum monumentaneum, et graue leuisimum quiddam. Resurrexitio autem Christi hoc operatur, ut et nos resurgamus iam in nouitatem uitæ, et per nouitatem uitæ olim ad gloriam. Hic aperire oculos discipulos Christi oportebat. Porro exemplo isto et miraculo dominus docet, quam sit necessaria petitio. Transit Hiericho, innotescit cæco qui pro corporali uisu ualide clamabat, neque impediabatur per apostolos prohibentes, neque pudore, neque timore, ne indignus iudicetur. Neque semel cla-

IO. OE COLAMPADII

mat. Vocatur à domino, & dicit benignus dominus,
quid uelit: respondetur, ut uideat. Redditur uisus pro-
pter fidē. Magnificat dominū, & cum eo populus. Per
hunc loquitur nobis dominus: Ecce is tam cupidus cor-
poralis uisus, quid uobis faciendum ut recipiatis uisum
cordis? Non uidet pharisæi, nec magnificat, quia nō cre-
dunt. Non credūt, quia nō cupiūt honorē dei, sed suum.
Quanto uero damnosior cæcitas animæ sit quam cor-
poris, tanto magis ad dominū clamādū & ardētius. Ali-
dimus Christum incarnatū pro nobis flagellari, & cru-
cifigi, cur nō petimus ut aperiātur oculi nostri? Scimus
misericordē, & nō petimus misericordiā, ut misericor-
diam assecuti, ipsum glorificemus. Sunt qui prohibēt,
cæci cæcorū ductores. Carnales illi, qui magis audiri no-
lunt suas effectas cogitationes, quam deum misericordē,
qui plus operibus, q̄ fidei tribuūt. Sed Christus iubet
adduci. Vide, non uult per apostolos sanare, sed per se-
ipsum. Ne quæras igitur aliū medicū. Pete tu à domino
ut uideas, pete etiā ut uelis quod ipsius sit uolūtas: nam
& uoluntas à deo est. Magna petitio est uidere inter ue-
ra & uana, æternae & temporaria, coelestia & terrena,
diuina & humana, salutifera & pestilētia. Quid est ille
mūdus: uanitas, deceptio, amaritudo. Quid apud deū?
ueritas, salus, uita. Reliquum ut credamus tanta bene-
ficia nobis prodesse, et statim uidebimus, laudabimusq;
cum tota ecclesia deū. Est præterea cum iejunij soliti
tempus instet quod uobis dicā, & faxit deus ut aperiat
uit

SERMO QVARTVS. 160

tter oculi uestri ad agnoscendū nō solū uera, sed etiā con-
suetudines: nā multæ obseruatæ sunt hactenus, quæ ma-
gis obscurarūt gloriā Christi, q̄ illustrarūt. Et necesse
est ut dicā aliquid de ijs, & uos moneā. Quod ad qua-
dragesimā attinet, non est mihi illa contēpta: nam pau-
cos scio qui totū tempus deo deputant, quamvis hoc sit
Christiani hominis officiū. Sed bene se habet. Incipite
semel à quadragesima uerā pœnitētiā, et uitā Christian-
am, quæ per omnię uitā duret. Quæ Christus per qua-
dragesimā requirit, semper à nobis exigit. Maximè au-
tem incipit à uerbo dei. Cæterū ut uerbo dei sit locus, ui-
dete ne crapulis et Venere mentem obruatis. Propter
hoc enim maximèiciunatur, & ut orationi ad tūpus ua-
care possitis. Vult enim & Apostolus tempus eligere
coniuges propter orationē. Ante omnia Christus à no-
bis querit nō opera hypocritarū, qualia sunt multa. Ita
li uestes induunt, & se flagris cædūt, quasi in hoc sita sit
uera pœnitentia: post pascha idem sunt qui nunc. Plus
ra suo tempore dicā. Iam admonēdi estis de cinere quo
aspicimini hoc die, quod cū alijs ceremonijs plane omit-
tendū censeo, uti rem cōtra fidē, cōtra pœnitētiā, cōtra
eucharistiā, contra uerbū dei, cōtra ueritatē. Hypocri-
ticā sane rem, et friuolā, et nō fundatā in scripturis san-
ctis aestimo esse. Sed ante omnia dicam uobis unde ortū
suum sumpserit. Quidā dicūt quod sit admonitio mor-
tis nostræ: scd ô uos miseros uidetis tot quotidie efferrī,
& tali adhuc admonitione egētis? tot sunt monumen-

ta, tot morbi, tot necessitates, & nihil stabile sub sole,
 & uobis hac admonitione opus: quæ nō tam ad erigendū
 dum, quām ad deiiciendum animum facit. Tradunt his-
 storici de Aegyptijs, quod in conuiuijs circumferant li-
 gneam tabulā, in qua est collocata mortui hominis im-
 go: sed in quem usum: sermē iisdē uerbis: Ede, bibe, talis
 enim & tu futurus es. Videntur nunc homines idem fa-
 cere: aspergūtur cinere, sed manet in crapula. Cur non
 magis assumūt puluerem? Neq; enim cinis sumus, neq;
 in cinerem reuertemur, sed ex puluere sumptus est ho-
 mo, in quem & reuertetur. Esto tamen quod tropicē il-
 lum accipiamus sermonē, quare non & illam assumunt
 figuram? Non permanebit spiritus dei in homine, quia
 caro sunt. Quare nō attingūtur fœno, quia omnis caro
 fœnum? Sed nihil est. Oportebat potius ad cœlum re-
 ferri primū oculos, sicut Christus dicit, Pater noster quā-
 es in cœlis: ne iterū fiamus filij seruētis, sed adoptionis.
 Non est nostra habitatio in terris, sed in cœlis. Quam-
 uis autem conuertendi simus in puluerem, Christiani ta-
 men ob hoc non dolebunt, sed scientes se resurrecturos
 in gloriam, libenter ad tempus granum mortificari uo-
 lunt. Sed unde hæc orta? fuit strenuū quoddam factum
 pœnitentiū, quos secuti sunt λεονό^{λαοι}, & hypocri-
 tæ, subrepsit falsa religio, quæ semper magis arridet,
 quam uera: approbatum est à sacerdotibus, qui a lucel-
 lum odorarunt, qui etiam cinerem hominibus uenalem
 fecerunt, & crucibus suis incantarūt. Non enim dicere
 possunt

SERMO QVARTVS. 161

possunt quod benedixerint, sed audietis quantum dant
num inde uenerit. Non possum satis admirari poeni-
tentiā Niniuitarum, Achab, & Ezechiæ. Hi enim in-
uoluerunt se saccis, & cinere sparserunt capita, non ri-
diculè, sed uerè: sicut Esaias propheta dicit cap. 22. Et
uocauit dominator dominus exercituum in die illa, ad
fletum & ad luctum, ad caluitū & ad accincturam fac-
ci: & ecce gaudium & letitia occidere bouem, & iu-
gulare orem, comedere carnem, & bibere uinum: co-
medere & bibere illud, quia cras moriemur. Et quoniā
de ijs etiā legitur apud Ioēlem prophetā, peruentū est
eò, quasi dominus illis cineribus oblectaretur, & quasi
hæc sit uera pœnitētia. Quare non benedicūt et saccūt
Sed ibi dicunt: Scindite corda uestra, & non uestimenta:
ta: quare nō dicunt, aspergitе animas, non pectora? At-
qui dolus manifestè apparet. Hæc fuit origo, audite
quales fructus afferat illa hypocrisy. Primum offendit
fidem, qua nihil est preciosius. Audiui multos dicentes,
si non suscipiant cinerem, credant se non duraturos per
annum, uel feliciores fore. Vides infidelitatē, vides defe-
ctionem à fide. Non satis erat cum Iudeis auxilium po-
nere in brachio hominis, & à deo desiscere, spes est &
in inanimatis. Non satis erat cum Iudeis adorare idola
ligneæ uel lapidea, miseri illi spem in aqua & cinere ha-
bent. Vide quomodo diabolus hominem deiiciat. Dici-
tur mihi, Nō hoc cineri tribuo, sed benedictioni. Amice
scio te seductum. Non est benedictio, nisi quæ fit iuxta

IO. OECOLAMPADII

uerbum dei . Deus autem de hoc nihil præcepit, quia factum ad imminutionem gloriae sue. Scio quidem in veteri lege scriptum esse de cinere uitulæ rufæ, sed illa in figura erant, et præsignabant Christi mortem: at postquam lux effulxit, dignum est ut recedant tenebrae. Pap. e hoc lepido argumento præceperunt aquam benedici, sicut adhuc arguunt: Olim in nocte erant tenebrae, ergo et in die oportet esse tenebras . Vim habuit cinis uitula, ergo cinis ligni . Habe tu fidem in Christo domino deo tuo, et relinque ea quæ contra uerbum dei sunt. Manifestè quidem legitur in Euangelio: Vnige faciem tuam, quia Christus non uult externam illam ostentationem. Hypocritarum dicit esse exterminationem. Vis haberit hypocrita, uade et asperge te cinere. Sed dicis: Dominus inquit: Luceat lux uestra cor am hominibus, ut uideant opera uestra. Mirabilis est illa lux in cineribus . Christus non loquitur de alijs operibus, quam quæ ipse præcepit. De hoc autem nihil dixit. Esto misericors amicus pauperum, non arrogans in sermone, fatearis in corde tuo te peccatorum, nihil sublime de te sentias, benefac pauperibus, dimitte debita ei qui in te peccauit. Indignum est mysterio coenæ dominicæ, et omnino peruersus ordo: nam cum sit symbolum poenitentiae, qui cinerem recipiunt, non debebant esse spectatores misteriorum, quæ solum sancti recipiunt. O sanctos cinere plenos, quomodo rideant à diabolo? Oportebat conuenire et manducare domini panem, et bibere sanguinem: et uerificatur de illis:

SERMO QVARTVS. 162

illis: Cinerem tanquam panem manducabam. Volunta
tis accipiūt cinerem, inuoluntarij panem domini, quia
longe est cor eorum à deo. Vultis quanto audire quid=
dam tristius? quia illi putant se sic satisfacere pro pecca=
tis, ignorant pœnitentiam, & euacuant meritum pas=
sionis Christi. Pœnitentia non in nostris operibus con=
sistit: neq; enim omnibus suis operibus omnes sancti pro
minimo peccato satisfecissent: sed est innouatio uite
per spiritum Christi ad eius imitationem, ut sicut per
Adam sumus inobedientes, ita per Christum sumus obe=
dientes. Iustitiam que apud decum ualeat non dat cinis,
non ieiunium, neq; externum opus. Pœnitentiam facit
noua uita, ita ut non amplius peccemus. Fortassis iterū
clamabunt nostri clamatores: Ecclesia, ecclesia, consue=
tudo, patres. Sed quid illa contra uerbū dei? Audio hac
hebdomada iterum egregiè blasphematiū contra uerbū
dei, contra ueram ecclesiam, contra ueritatē. Vnus me
ad omnia concilia obstringet, alter ad traditiones, quas
ipse ignorat. Iam nihil profuit mandatum dominorū,
& rectè, quia apparet quod odio illud habeat. Ipsi non
timent deum, non habent fidem, non curant uerbum
domini, quid mirum si non audiāt uerbum dei, & man=
datum senatus? Sed utinam uel curarent homines: sed
malè loquor, curant homines, quos aduersarios dei, da=
tores munera. Utinam mentiar: sed oro ut nullos homi=
nes curēt, sed deum ipsum iustum iudicē, cui prope diem
rationem reddituri sunt. Cogit me necessitas uerbi dei

IO. OE COLAMPADII

talia loqui. Et loquar quandiu tales hostes patior. Domini, domini, quomodo ratione reddituri sitis Christo, qui pro uobis sanguinem fudit, ex animo perpendite: res animarum hic agitur. Velle et omnes uos, quotquot ualetis, tanquam filios a patribus petere, ne finant gloriam uestram, gloriam suam, gloriā dei ab impijs baſticis sacrificulis ita conculcari. Satis est, concludā que dixi. Oremus dominū ut aperiat oculos uestros, ne abscondita sint a nobis mysteria sua, sed ut uideamus eius potentiam, maiestatē, sapientiam, prouidentiā, bonitatem, iustitiam, & misericordiam, & laudemus eum semper cum angelis & omnibus fidelibus, nō solum in hac, sed & post hanc uitam. Amen.

SERMO QVINTVS.

Math. 4



Vnc Iesus subductus fuit in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieunasset dies quadraginta, & noctes quadraginta, tandem esurijt. Et cū accessisset ad eū ille qui tētat, dixit: Si filius es dei, iube ut lapides hi panes fierint. At ille respōdēs dixit: Scriptū est: Non solo pane uicturus est homo, sed omni uerbo, quod egreditur per os dei. Tunc assumit illū diabolus in sanctam ciuitatē, et statuit eum super pinnaculū templi,

templi, dicitq; illi: Si filius es dei, præcipita te deorsum. Nam scriptū est: Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, ne quando impingas in lapidem pedem tuum. Dixit illi Iesus: Rursum scriptū est: Non tentabis dominū deum tuū. Rursus assumit illum diabolus in montē excelsum ualde, & cōmonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Tunc dicit illi Iesus: Abi satana, scriptū est enim: Dominū deum tuum adorabis, & illum solum coles. Tunc omittit illum diabolus, & ecce angelī accedebant, ac ministrabāt ei.

Quoniam, ut apostolus Paulus inquit, non est nobis certamen aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus rectores mundi, & spirituales nequitiās in cœlestibus: nos autem potentia, industria, pugnandiꝝ promptitudine incomparabiliter inferiores sumus, & tamen nihilominus pugnandum est cum hoc hoste, qui non cessat nos infestare, uel pereundū. Belligerandum inquam est, quia uita nostra nihil aliud est, quam mera tentatio. Proinde sicut tyrones cum uident duces suos strenue præliari, illorum exemplo & ipsi instruuntur:

IO. OECOLAMPADII

Nos autem antagonistas duos hic uidemus, Christum
& diabolū, quod belli genus geritur quotidie. Scio ple-
rosq; arrigere aures cum de bellis alijs dicitur, que ta-
men nihil ad se pertinet. Hoc autē maximē ad te perti-
net. Necesse enim est, ut uel iam captiuus sis diaboli, et
contra Christum pugnes, uel cum Christo sis, & diabo-
lo repugnes. Sed magnū uidetur in alijs bellis si qui oc-
cisi sunt, non resurgunt: hic tametsi cecidimus, iterum
per poenitentiā reparari possumus. Hoc est quod mul-
tos ignauos facit, qui misericordia dei & longanimitas
te mirum in modū abutūtur. Sed utinam uiderēt quan-
to strages illa miserabilior, quam illorum qui corpore
pereunt. Qui autē in fide pereunt, nō tam uitam amita-
tunt, quam inueniunt, & ē carcere soluuntur. At qui in
alio bello propter uilem pecuniam cadunt, uerè moriunt
tur, & dei gratia destituuntur. Et planè multo melius
illis esset solum corpore, quam corpore & anima ater
na morte damnari. Deniq; tu hoc attende, quod si ceci-
deris, & que non poteris surgere, sicut mortuus, & dia-
bolus probè cauebit, ut te in seruitute peccatorum con-
tinua contineat. Discamus igitur à Christo præliandi ar-
tem. Vide igitur, tunc quando Christus baptisatus est in
Iordanē, & apparuit super eum spiritus sanctus, audi-
taq; est uox: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi be-
ne complacuit, ipsum audite: tunc inquam uenit satan,
& tentauit illum. Verum longe alia ratione Christū ten-
tavit, & alia nos. Venit enim princeps mundi, & nihil
inuenit

inuenit in eo. Nos autem omnes filii iræ sumus. Neque ausus fuisset Christum accedere, nisi Christus ei permisisset: nos autem & inuitos retinet, & dimissos per se quitur. Signum autem certum est, in foribus esse passiones & cruces ijs qui declarati fuerint filii dei, iuxta illud: Si enim accesseris ad seruitutem dei, præparate ad tentationem. Satan non ualde oppugnat eos qui secum sunt, quamvis premiat oneribus, sed abiuros persecuitur Pharao, & licet submergatur, maior tamen persecutio est in deserto. Nam illa prælia figuræ sunt nostrarū temptationum. Si igitur baptisatus fueris spiritu (nam baptisatum simplicē, uel externū non ita curat) necesse erit ut glorificeris. Hic iterum respondetur ijs qui de otiosa fide loquuntur. Qui fidem ueram acquirunt, eam non nisi à spiritu dei assequuntur. At spiritus ille non est otiosus, sed dicit in omnia bona, & uiam rectam, quæ dicit ad cœlorū gaudia. Porro hic docet Christus, quod antequam quis ad prædicādum proficiat, primū ipse se exerceat: n. m cœpit facere, & docere: unde & ipse maximus est in regno cœlorum. Et Paulus eligit episcopum irrepræhensibilis & spectatæ uitæ. Et ita ducitur Christus in desertum à populis. At nos sumus minimi, docentes & non facientes. Et fortassis omnes sumus minimi, quia nemo tantum facit, quantum Christus precepit: unus tamen amplius, alter minus. Certè in hoc olim instituta fuerunt monasteria, ut in ijs exerceantur, & postea prodeissent alijs: unde & cōntra dicti fue-

IO. OECOLAMPADII

runt, ut cum fuerint satis exercitati, irent ad docēdum
 alios. Itaq; discimus ex hoc Euangelio, quomodo unus
 quisq; in deserto, & alias debeat pro se resistere aduer
 sario. Tria autem temptationū sunt genera, nempe que
 ad corpus, ad honores, & ad possessiones, in quibus to
 tus mundus captiuus detinetur, pertinent. Sed ante om
 nia uidete dolos perpetuos, quomodo satan obseruet
 temporis opportunitatē, & è cōtrario uigilantiā Chri
 sti. Obseruat autem qua parte homo sit infirmior, &
 ea illum aggreditur. Serpēs callidus nō seduxit Adam,
 sed Euam inbecilliorem partem. Primum autem inci
 pit seducere à carne, quia scit quod nemo odio habeat
 suam carnem. Ita enim solet fieri. Putamus nihil nocere
 unum poculū uini, & item neq; alterum, atq; sic sequi
 tur brutalitas, hebetudo, & innumera alia uitia. Sed re
 sistendum erit uerbo dei, si satan tentat. Christus siqu
 dem dixit: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni
 uerbo, quod egreditur per os dei: hoc est, non uiuit ho
 mo solum animali uitam, sed etiam spiritualem uitam, &
 deo acceptam agere debet. Illud pecudum erat, hoc an
 gelorum. Et percutitur tempestiuā plaga diabolus, qui
 non pascitur uerbo dei. Deinde hic sensus est: Non pa
 sceret panis ille, nisi uoluntate & uerbo dei. Est & Chri
 stus ipse panis noster, alias ægrotationes multæ ades
 sent & corporis & animæ, nisi ipse pasceret. Præterea
 uult Christus in ijs uerbis nos docere, ut etiam in sum
 ma inopia fidamus diuinæ uoluntati. Secunda tentatio
 in

in honore uano, ut immittat præsumptionē cogitationis sancte de seipso, et quasi singularibus donis frui debeat præ alijs, quasi plura meruerit quam cæteri homines: unde etiam uota castitatis effluxerūt, & ambitiones episcopatum, eorum qui docere uolunt, cum non didicerint. Sed Christus repellit diabolū ijs uerbis: Non tentabis dominum deum tuum: utere etiam tu ea uia, quam deus præscripsit ad expugnandum satanam. Tertia tentatio est, quæ se aperte monstrat in diuitijs, ut deo præponatur ipse. Christus autem ad mēte eius respōdet, quia diabolo perinde est ac si ipse, si alia creatura adoretur, modo honor deo decebat. Vnde Christus bene dixit, Soli deo seruias. Et signanter dixit, Soli deo, cuius est omnis gloria. Amen.

SERMO SEXTVS.



T digressus illinc Iesus, se-
cessit in partes Tyri & Si-
donis. Et ecce mulier Cana-
næa, quæ à finib⁹ illis uene-
rat, clamabat ad illum, dicens: Misere-
re mei domine fili Dauid. Filia mea
misere à dæmonio agitatur. Ille uero
non respondit ei uerbum. Et acceden-
tes discipuli eius, rogabant illum dicen-
tes: Amitte illā, nam clamat post nos.

Matth. 15

10. DE COLAMPADII

At ille respondēs dixit: Non sum mis-
sus, nisi ad oves perditas domus Israeli-
tīcā. Illa uero uenit, & adorauit eum,
dicens: Domine, succurre mihi. At ille
respondens dixit: Non est honestū su-
mere panem filiorum, & obijcere catel-
lis. Hæc autem respondit: Certè domi-
ne: etenim catelli edunt de micis, quæ
cadūt de mensa dominorū suorū. Tunc
respondēs Iesus dixit illi: O mulier ma-
gna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et
sanata fuit filia eius ex eo tempore.

Dilecti in Christo, sæpe de fide loquimur, sæpe
enim & Euangelistæ eius mentionem faciunt:
quod nimirum non facerent, nisi & subesset necessitas.
Nam cum continuo clamantibus de fide, nō solū parva
fides est, sed & multi sunt, qui fidei prædicationem ar-
bitrantur superuacaneam, quid non futurum, si Euan-
gelistæ eam siluissent? sed dedita opera loquuntur, &
nihil aliud faciunt, quam ut illam recte commendent.
Etenim in hoc prælecto Euangilio, quicquid actum, di-
ctum & propositum est, eò tendit, ut fidei uirtus inno-
teat. Magnum nostrum opprobrium est, quod foemina
Chananæa cui nihil prædicatum, fidem seruat in Christo-
stum: nos toties admoniti per Euangeliū, increduli
manemus. Quod illa repulsa, firmè sc̄ueriori dicto, do-
minum

minum sequitur: nos tot promissionibus ad dominum uocati, alio nos conuertimus. Quod illa tam persecutans est in petendo, nos tam frigidi, tamq; infensati, ut ne accedamus quidem dominum, cum tamen causa nostra longè maior sit, quam illius. Illius ægrotat filia, & à dæmone torquetur: nostra autē anima in graui captiuitate diuexatur, & tanto grauius, quanto magis nos ignoramus uexari. Scimus sanctissimos clamare: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* & illi iam sanati sunt per misericordiam Christi, & tantum permittuntur adhuc sentire tentationes carnis, que proculdubio partim ad seruitutē diaboli attinent: quomodo non clarambunt, qui in ipsa Babylone adhuc reperiuntur, quos superbia equitat, & calcaribus ad omnē impietatē exasperat, quos philargyria flagellat, & non sinit miseriari proximi, quos amor carnis in uitia præcipitat, quos inuidia cruciat, & ad alienam felicitatē torqueat, quibus acedia compedes injicit? Atque adeò tot dæmones patimur, quot uitijs subiacemus: cur non curam habemus nostri? Videtur autem hæc mulier multò magis pudicacere omnes concionatores, episcopos & alios quibus animæ commendatæ sunt, quod illa tantam filiolæ curam habeat: illi autē animas innumeræ contemnit, tantum contenti ut seipso pascant. Etiam licet dominus egrediatur ad fines Tyri et Sidonis, hoc est, quamuis multas opportunitates offerat, ieuniū, preces, et populus stiat ueritatem, nihilominus illi ut cuticulā suam

IO. OE COLAMPADII

current, omnem operam impendunt. Quid dicam? Haec
betur cura de bubus, de porcis, de luto platearum, & sa-
tis anxia, sed contemnitur cura animarum, quomodo illis
succurratur. At Apostolus Onesimum tanquam suamisce-
ra commendat: deplorat Corinthum, quanto magis de-
ploratus ecclesiam? Et propheta Hieremias dicit:
Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum & capiti
meo aquam, ut deplorem interfectos populi mei? Moses
autem ita deplorabat, ut uellet de libro uiuentium de-
liri. Paulus uero cupiebat anathema fieri. Quis scanda-
lizabatur, & ipse non urbatur? Hac cura debebat esse
communis inter nos, si esset fides aliqua. Sed uideamus
Euangelium. Egressus est Iesus a superbis Iudeis, qui
offendebantur in eis discipulorum, quod non lotis ma-
nibus manducaret, et in partes Tyri et Sidonis uenit ad
eos qui humilitate prædicti sunt: atque hoc semper facit
uerbo suo, ut cum montes superbiæ non recipiunt aquam
gratiarum, declinet se in ualles. Declarat autem quomodo
fidem suscepit illa mulier, nullis meritis, nullis inter-
cessoribus, sed erat afficta, sciebat se exosam genti Iude-
orum, uidebat se unicam, nihilominus uenit & clama-
mat. Erat autem nimis magnus clamor, & è profun-
do pectore sumptus, adeò ut apostolos eius tederet. E-
contra magnum erat silentium domini. Sed nemo crea-
rat, cuius misericordiae sunt super omnia opera eius. Ve-
rum hac omnia ita agit, ut manifesta fiat eximia fides
mulieris

mulieris ad confundendos incredulos, & ad docendum
pios. Quod licet deus mox non respondeat, non pro-
pterea tamen frustratur uotis suis. Orabat & Paulus
tertio, & nō exaudiens batur. Apostoli dicunt domino:
Amitte illam, quia clamat post nos. Non erat hęc mise-
ricors intercessio, ut quidam exponunt, sed uolebant li-
beri esse à clamore. Non dicunt, oramus pro ea: neq; di-
cunt, adiuua, sed solum, dimitte. Sed esto orarint, at do-
minus nō exaudiet eos. Mirum autem quomodo quidā
tam impudentes sunt, qui hinc intercessionem sanctorū
perceptā dicant, quam Chrysostomus & alij hinc ma-
xime colligunt non esse necessariā, & utilius per se ac-
cedere ad dominum, quam per alios. Sed illis responde-
mus, quod probent in scriptura de defunctis sanctis tale
quiddam dici: nam de defunctis est nobis sermo. Et ad
hoc quotidie hortamur, ut uiui pro alijs oremus, tan-
quam mater illa pro sua filia. Deinde probent quod
Christus approbarit: nam per se orantē audire uoluit.
Respondendū tamen, ut iterum manifestet illius fidem:
Non sum missus nisi ad oues quae perierunt de domo
Israēlitica. Durum hoc uideri poterat respōsum, & pla-
nè desperare faciens: quasi dicat dominus, nihil ad me
illa, nō est ex ouibus Israēl. Dicis: Si non est ex ouibus,
quare postea sanat illius filiam? agit ne aliud præter offi-
cium? Minimè. Hoc prius dixi, quod hoc sermone uo-
luit fidem illius mulieris manifestare. Et Iudæis debeba-
tur primum Christus, ut illis deesset omnis excusatio.

IO. OECOLAMPADII

Sed quia credere noluerunt, & indignos se fecerūt, con-
uerit se ad gentes. Nam quod dicit, & alias sibi ouis
esse, planè hoc declarat. Cæterum dum duplices sunt fi-
lij Israël, secundum carnem aliqui, & aliqui secundum
spiritum, non est alienum etiam hoc à sensu Christi: &
mulier illa erat ouis, quia audiebat uocem pastoris, Iu-
dei autem erant lupi & hirci persequentes pastores.
Adhuc nihilominus persecuerat mulier illa, et cum prius
clamasset, nunc etiam adorat & dicit: Domine adiuua
me: nimis declarans se non esse lupum, sed cupere esse
ouiculam. Porro in uerbo Adiuua, non est quod sibi alii
quid ascribat, sicut Pelagiani argutantur: Domine in
adiuitorium meum intende, ergo in nobis est pars uirii
ad nos iuuandos. Sed illa planè de se desperabat. Et nos
quoque nobis nihil simus consciij. Neque hic clementer re-
spondet. Dicit enim dominus: Non est bonū sumere pā-
nem filiorū, & dare canibus. In quo non parū perstrin-
guntur Iudei, quod illud regnum ab eis auferendū sit.
Sed minus intelligebant, quam mulier ipsa Chananea.
Erant autem ideo filij, quia occulta manifestauerat eis
dominus, sed coepérunt apostatare, dominum nihil am-
plius curantes. Vrum quia adhuc expectabantur ad
poenitentiam ueram, filij dicebantur. Gentes autem
quæ ignorabant uerbum dei, canes dicti sunt. Nomine
autem panis intellige quodvis genus beneficij, quasi di-
cas ordinatam quandam charitatem esse, non ut nos fa-
cimus secundum carnem, sed sicut deus eligit, ut eos ma-
gis

gis diligamus, quos filios sciamus. Verè etiam illud de
canibus intelligere possumus, non esse prædicādum ini-
micis fidei, qualescunq; illi sunt, & Christum qui est pa-
nis angelorum non obisciendum esse incredulis. Nam
qui de pane illo manducant indigni, iudicium sibi man-
ducant, & rei sunt sanguinis & corporis domini. Pro-
hibetur quotannis ad pascha canes, & fugitur tunc si-
mulatio, & queritur confessor qui det uanā absolutio-
nem. Semel dico, quod omnes desistant, quibus non est
horror prioris uite, qui aliquo manifestario crimine ira-
retiti, qui mysterium hoc ignorant, quod sub pane te-
stamur per Christum, quem pro nobis credimus pas-
sum, nos esse membra Christi. Cæterum ad hæc uer-
ba, quid quis ex nobis dixisset, nonne murmurasse-
mus dicendo: Putaram me inuenturum benignum do-
minus, & inuenio lapide duriorē? Est hoc agere pro-
phetam, consolatorem, & filium dei? neque gentiles
tam duri essent. Sed illa nihil tale dixit, imò ne cogita-
uit, sed confessa est se esse indignam. Misericordiam au-
tem dei sciebat se extendere etiam ad indignos.

Orate dominum, ut tales in uobis exci-
tet fidem, ne unquam aliō au-
xilium queratis, quam
apud dominum.

IO. OECOLAMPADII

SERMO SEPTIMVS.



T erat ejcīens dæmoniū,
 & illud erat mutū: cumq;
 eiecisset dæmonium, locu-
 tus est mutus, & admiratæ
 sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixe-
 runt: Per Beelzebul prīcipem dæmo-
 niorum ejcīt dæmonia. Et alij tentan-
 tes, signum de cœlo quarebant ab eo:
 & ipse cum sciret cogitationes eorum,
 dixit eis: Omne regnum aduersus se-
 ipsum diuīsum defolatur, & domus su-
 per domū cadit. Quod si satanas quoq;
 aduersus seipsum diuīsus est, quomo-
 do stabit regnum eius? quia dicitis per
 Beelzebul ejcere me dæmonia. Quod
 si ego Beelzebul præsidio ejcio dæmo-
 nia, filij uestri cuius præsidio ejciunt:
 Ideo ipsi iudices uestri erūt. Porrò si di-
 gito dei ejcio dæmonia, profecto per-
 uenit ad uos regnū dei. Cum fortis ar-
 matus custodit atrium suum, in pace
 sunt ea quæ possidet. Vbi uero fortior
 superueniens uicerit eum, uniuersa ar-
 ma eius aufert, in quibus confidebat, et
 spolia eius distribuit. Qui nō est meū,

con-

contra me est: & qui nō colligit mecum,
dispergit. Cum immūdus spiritus exie-
rit ab homine, ambulat per loca aren-
tia, quærens requiem, & nō inueniens
dicit: Reuertar in domū meam unde
exiui. Et cum uenerit, inuenit eam sco-
pis mundatā atq; ornatam, tunc uadit,
& assumit septem alios sp̄iritus secum
nequiores ipso, & ingressi habitant ibi,
& fiunt extrema hominis illius peiora
primis. Factum est autem cum hæc di-
ceret, extollēs uocem quædam mulier
de turbā, dixit illi: Beatus uenter qui te
portauit, & ubera quæ surxisti. At ille
dixit: Quinimō beati qui audiunt ser-
monem dei, & custodiunt illum.

VNICUS defectus in quo omne infortuniū, est igno-
rantia dei ac nostri. Quod si q̄ sit ille bonus &
potes, nos uero quām sumus miseri et infirmi, sciremus,
longè alias uitam institueremus. Nam si illius bonitas
tem agnosceremus, ipsa pulchritudine ad se nos trahe-
ret ut eum amaremus. Contrà si nostram miseriam non
ignoraremus, planè requireremus medicum. Proinde
qui utiliter uoluerint audire miracula dei, illa duo sēm-
per spectare debent. Age & in hoc Euangelio illud re-
quiramus. Nam primum dicitur: Erat ejiciens deo-

IO. OECOLAMPADII

nium. Alius admiretur quod Christus sicco pede mare transferit, uel quod panes multiplicarit, uel quod leprosos mundarit: ego hoc miraculum magis admiratus sum. Scimus enim multò excellentiorem creaturā esse intellectualem, quam aliam. Ipse enim dicitur initium uiarum, & tantæ potestatis est, quemadmodum Iob dicit, ut nulla possit ei comparari super terram. Est enim rex tenebrarum, princeps mundi: & dominus ipse cū uocat, fortis armatus, qui æreis uectibus suas portas claudit, & securè possidet, & ridet, ut Iob dicit: Repusat ferrum quasi paleas, & quasi lignum putridū es. Non fugabit eum uir sagittarius, in stipulam uersi sunt ei lapides. cap. 40. & 41. Nam hoc est in dæmonе, quod non est in alijs, uoluntas mala & obſistens. Omnes aliae creature obsequuntur. Dæmon quamuis nō possit, attamen cupid obſistere: & sicut fortis est, ita & milie artium artifex. Neque pictores hoc assequi possunt, qui præter deformitatem pingunt nihil. Potestatem & fraudem non ponunt ante oculos. Huius ergo magna laus est qui tales uincit. Proinde Christus dicitur deus gigas: & hic in Euangeliō, Vir fortior superueniens, castra eius & omnia diripiēs. Vnde Esa. 8. dicitur, uel lox prædo & festinans spoliator. Et tanquā res magna scripta fuit in maximo libro, ut nihil præterea. Quod tanto mirabilius est, si quis cognoscat modū ejiciendi. Christus enim perfectè ejicit, ut uim nullam reseruet. Nullis alijs instrumētis utitur, sed solo uerbo & uolun-

tate

SERMO SEPTIMVS. 176

late sua id facit. Legimus et Apollinem eiecisse dæmonia, & adductum ad eum Orestem, atque alios qui lunastrabantur: ad quod fortassis alluserunt Iudei, dicentes quod Christus in Beelzebul ejiciat dæmonia. Sed illi quem modum seruabant? balneabant hominem, radebant, uirgis cædebant, & miserum spectaculum faciebant. Est liber quidam Pselli de dæmonibus, qui iuariafferit. Atqui hac ratione ludebantur & affligeabantur homines, & multi in errores lapsi, decipiebantur: & cum quiesceret malignus à corpore quod affligebat, iam primum fortiter animā posseidebat, id quod unum uult. Quibus similes sunt Anastasius in Vuidersdorff, & alius in locis, que loca nihil aliud sunt, quam ipsissimae torturæ animarum: & in multis locis apparet esse meram seductionem & animarum perditionem. Nam si hoc deus uellet ad gloriam sanctorū suorum facere, non opus erat torturis illis. Et ita etiā satan imponit hominibus, cum aqua benedicta, herbis, cereis, signaculo cruce: que, ut sciamus illos contempnere, patitur ut magi illis utantur & incantatores. Quid aliud cupit dæmon, quam ut spes in creaturā ponatur, uel in preces nostras? & ita curauit, ut profecturis in bellum legātur Missæ. Et sunt aureæ quædam Missæ ad omnia utiles, in quibus bene regnauit diabolus, cuius fraudes nunc apparent, quomodo in apparitionibus instigarit homines ad multas Missas legendas, nimirum ut præcipuum usum fidei & charitatis aboleret, quasi aliud quiddam in illis præ-

IO. OECOLAMPADII

ceperit dominus. A postoli non ita ejiciebant dæmonia,
sed solum in nomine Iesu: & Christus solo suo diuino
imperio. Et in hoc uides perfectū imperiū Christi, quod
ipse destruebat imperiū dæmonū, quod ad uitā sanctā
liberatos inducebat, & aderat digitus, id est spiritus san-
ctus. Illi solum externā malitiā amoliuntur, manent
adhuc in odio, in incredulitate, auaritia. Et ad hoc uenit
Christus in hunc mundum, ut dissoluat opera tenebra-
rum. Quae uero misericordia maior, quam illum debet
lare, qui habebat ius in omnes filios superbiæ? Et certe
omnes filii iræ, filii sunt superbiæ. Necesse est dæ-
monia exeat, agnoscentes uirtutem Christi. Et hoc
circa illud, quod erat ejiciens dæmoniū. Audite nunc
de hominū miseria. Unus describitur corpore afflictus,
sed hic unus uerè figura est omnium hominum, quaten-
sus suæ naturæ sunt reliqui. Diabolus enim Adam ab-
duxit in captiuitatem peccati, similiter omnes posteros
abduxit. Ipse longe perniciosior Pharaon & Nabuchodonosor.
Necesse est ut uel à bono, uel à malo spiritu
agamur. Qui spiritu dei aguntur, iij sunt filii dei. Qui
uero adhuc sequuntur desideria carnis, in regno sunt dia-
boli. Et ne mireris. Nonne dominus Petrum qui dixe-
rat, Propitius esto tibi domine, satanam dicebat? Eius
seruus est unusquisque cuius negotium promouet, à quo
& superatur. Quando igitur illius mundi illecebras
sequimur, castra diaboli sequimur. Disce autem graue-
captiuitatem. Caro non uult ea quæ spiritus dicit, odit
crucem,

crucem, odit poenam, odit legem: odit ergo uoluntatem
 dei, qui legem odit. Qui non amat uoluntatem dei, non
 uult deum regnare: qui deum regnare nō uult, illum cœ
 lo extrudere nütitur, imò uult omnino non esse, id quod
 planè diabolicum est, & proinde inimici dei dicuntur.
 Sed mutos nos faciat, qui nec laudare, nec precari deum
 ualeamus. Neque enim orat deum, nisi cuius labia deus
 aperiat. In hac calamitate omnes sumus: utinam deus
 respiciat nos, ut de hac captiuitate liberari cupiamus.
 Et sanè deus suos liberabit, & liberat: nam hoc est pro-
 prium opus dei: & quibuscumq; uerè dedit credere in
 ipsum, ijs dedit ut filij sui sint, illis & spiritū suum com-
 municat. Et quomodo spiritum suum sanctum commu-
 nicat? Quia enim Christus passus est pro nobis, & to-
 tum se nobis tradidit, ita accendit sua charitate animum
 nostrum, ut & nos quoq; totos uicissim illi demus, &
 cum sciamus illum externis nostris non indigere, pro-
 ximis quo ipse fecit, nos totos impendimus. Mos est ec-
 clesiæ quasdam preces pro pueris dicere baptizandis,
 & cum fateamur fidelium pueros esse sanctos & mun-
 dos, si quidem sunt fideles parētes, nescio quid in pecto
 ribus quorundam lateat, quod adeò contemptim de ijs
 rebus loquātur. Ad quid dicuntur exorcismi? quibus ni-
 hil aliud uolumus quam quod signat baptismus, ne quid
 amplius diabolus imperet, & ut in baptismo illi & om-
 nibus pompis eius renūcietur uolumus. Qui igitur uerè
 baptizantur spiritu Christi, illi uincunt mundū & prin-

IO. OECOLAMPADII

cipem eius, et cōculabant caput draconis, incipientē
 rectē loqui, ac in omnibus dare gloriam deo. Nullus
 enim rectē loquitur, qui non sanctificat deum. Non abe-
 rit post fidem ueram, qua iustificamur et purificamur,
 confessio, et omnium operum ostensio. Videamus autem
 nunc cum Christus regnare incipiat, quomodo se
 habeat homines. Sunt enim in triplici differētia. Primitū
 omnes admirantur: secundo magna pars reprehendit:
 tertia pars laudat. Primi ut nihil insigne faciunt, ita et
 à Christo nec laudantur, nec uituperantur: quales mul-
 ti sunt qui laudant et admirantur, nec calidi, nec frigida,
 sed tepidi, non quod sint, ut uocant, neutrales: nam et
 illi ad malos pertinent. Si sciamus opera dei, et admira-
 ramur, non autem glorificamus ut oportet, merito an-
 numeramur inter impios. Facili descensu ueniemus ad
 numerum blasphemorum et ingratorū hominum, et
 obmurmurantiū, quibus deus in nullo satisfacit. O por-
 tebat, dicunt, hominem factum esse impeccabile. Quid
 est hoc admirari, et nullum dare fructum? Et quidem
 res magna, cuius causam nescimus, sed non damus ho-
 morem deo qui ita nos fecit. Causa subest, quam tu igno-
 ras. Quemadmodum quidam philosophi dixerunt om-
 nia fortuitō euenire, sic faciunt iij qui admirantur rosas,
 cœlum, aquas, et laudant operationē naturæ: cur non
 magis creatorem admirantur et laudant? Erunt autem
 sic illi in admiratione sola, si deum agnoscere non co-
 perint. Secundi sunt blasfemi, qui plane contraria uis
 tia

lia deo impropereant, uocant ministru Beelzebul, quas
 si esset ex illis qui non uerè eiijerent. Sed hos Christus
 primū cōfutat, docens discrimen ueræ doctrinæ & fal-
 sæ. Ita semper solēt eius ministri disputare: Ex diabolo
 est, seductor est &c. Cōfutat autē Christus ex eo, quod
 regnum diaboli per hoc destrueretur, quod non permit-
 tit diabolus. Squamæ enim sunt cōiunctæ & cohārent
 sicut loricæ. Alij qui eiiciunt, non perdunt illum totum,
 sed Christus omnem uim illi accipit. Item arguit ab apo-
 stolis, qui non alio nomine quam Christi expellebant.
 Scias ergo doctrinas esse dei, que omnem honorem deo
 tribuunt, & totum regnum Antichristi perdunt, quales
 omnia dei sunt precepta. Qui ergo docent: Verbum
 dei est seruandū: & addunt: Nihilominus mundo quo-
 que seruendum &c. illi non destruunt regnum diaboli,
 qui facile pateretur hos ita claudicantes, sciens se breuē
 plus habiturū, si partem habeat. Sic qui regnum Chri-
 sti & Papæ simul prædicare uult, quod tamen plane
 contrarium est deo, uult Christum & Belial conciliare.
 Qui uult Christum satisfecisse, & etiam opera nostra
 satisfacere, is non destruit regnū satanae, sed magis ser-
 uat & defendit. Non libenter permittit se abigere, quia
 fortis & potes est, ideo facile patitur si ab una parte an-
 feratur aliquid, modo ab alia erigatur. Poenam autem
 horum grauiſſimam ponit, quia peccant in ſpiritu San-
 ctum. Illi enim nihil uident quod poſſint opponere, &
 tamen adhuc calumniātur. Erit cadem poena, quorum

IO. OECOLAMPADII

idem est peccatum: nam iustus est iudex. Olim iudei erant idololatæ, & ita dæmoniaci. Purgarat eos deus captiuitate babylonica, sed reuersi sunt, ac dediti pharisaicis operibus, meruerūt excæcari, ita ut occiderent filium dei: id est, nunc septem dæmonijs affliguntur per eis prioribus. Videte cum & nos sumus mundati baptismo, ne similes illis fiamus. Si enim hypocritica opera fecerimus, crimus et nos c. c. Nam qui suis operibus fidunt, digni sunt ut rejiciantur a deo: per hoc enim tales passionem Christi contemnunt. Vides hoc in operarijs manifesto, quomodo excæceret eos odiū & auaritia, ut uerbo dei insultent, & perpetuò maneat in illa capititute. Tertij sunt prædicantes Christum ex admiratione, & ijsignati sunt per mulierē illam. Infirma enim huius mundi elegit deus, non potentes, neq; principes, sed mulierem excitauit: fuit tamē & illa infirmior, neque digne laudauit, pendens adhuc ab externis. Et quāuis caro Christi sit sancta, adducit tamen nos ipse Christus ad uerbum ac diuinitatem. Beati qui audiunt & studiunt uerbum. Audis in sacramēto cœnæ dominice, quod sanguis Christi effusus sit pro peccatis tuis, ne se nas elabi, sit uerbum hoc cibus tuus, quod custodi & pascēris, multosq; fructus facies, non solum admirans, neque blasphemās, sed semper gratias agens deo.

Quod nobis omnibus Christus dominus noster concedat.

Amen.

SERMO



Vis ex uobis arguet me de *Ioan. 8*
peccato? Si ueritatem dico,
quare uos nō creditis mihi?
Qui ex deo est, uerba dei au-
dit, Propterea uos non auditis, quia ex
deo non estis. Responderunt ergo Iu-
dæi, & dixerūt ei: Nonne bene dicimus
nos, quod Samaritanus es tu, & dæmo-
nium habes? Respōdit Iesus: Ego dæ-
monium non habeo, sed cohonesto pa-
trem meum, & uos ignominia affeci-
stis me. Ego autem non quærō gloriā
meam: est qui querat & iudicet. Amen
dico uobis, si quis sermonem meum ser-
uauerit, mortem nō uidebit in eternū.
Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cogno-
uimus quod dæmoniū habeas. Abra-
ham mortuus est & prophetæ, & tu di-
cis: Si quis sermonē meum seruauerit,
non gustabit mortem in eternū. Nun-
quid tu maior es patre nostro Abrahā
qui mortuus est? Et prophetæ mortui
sunt. Quem teipsum tu facis? Respōdit
Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria
mea nihil est. Est pater meus qui glori-
ficat me, quem uos dicitis deum uestrū

esse, & tamen nō cognouisti eum, ego autē noui eum: & si dixero quod non nouerim eum, ero similis uestri mendax: sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, & uidit, atq; ga uisus est. Dixerūt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondū habes, & Abrahā uidisti? Dicit eis Jesus: Amen amen dico uobis, antequā Abraham esset, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. Jesus autē abscondit se, & exiuit è templo.

Multi hodie sunt qui fluctuant animo, & incertis sunt quō se uertant: qui si uellent, possent sibi consulere, & quantum ad hoc attinet, possent abso luto labore pacifice uiuere. Conquerūtur enim se ne scire quonam loco sit ueritas. Ecce in hoc Euangeliō quasi in aperto certamine ueritas & mendaciū appa rent: & deo sit laus, ueritas uincit, sicut semper uincit apud fideles, etiam si uinci videatur. Probare autem discimus ueras doctrinas à falsis. Nam ueritas amat lucē, & uult esse conspicua: nec mirum, nam est lux ipsa. Contrā mendacium amat tenebras. Qui agit opera mala, odit lucem. Prōinde Christus dicit: Quis ex uobis a gueit me de peccato? Nō potestis dicere, quod Christus ex

SERMO OCTAVVS. 174

ex odio loquatur, qui infirmos sanabat: neque quod ad gratiam, quia non habebat respectum personarū: neq; ex ignorantia, quia scripturæ illi consonant: neque ex inani gloria more hypocitarum, quia dicit: Meam gloriam non quero, sed dei: neq; propter quæstum, nam diuitias respuebat, & respuendas docebat. Duplex est autem ueritas, doctrinæ ac uite. De neutra Christus taxari potest. Verum ille dicere potest, cui nihil adulterinū admixtum est. Et uerus dicitur quemadmodum argentum uerum dicitur, quod sine additamento stanni. Iam ante a ponit ueritatem uite, quam ueritatem doctrinæ. Actorum i. Cœpit Iesus facere & docere. Non qui sic docuerit erit magnus in regno cœlorum, sed qui fecerit & docuerit. Vita enim bona, pars est doctrinæ. Diabolus libenter fert doctrinam sine uita, quia scit homines tanto minus inexcusabiles. Et Paulus uult episcopum irreprehensibilem esse, hoc est nimirum prædicatorem uerbi dei, nam prædicare est opus episcopi. Atqui hodie non curatur, etiam si manifestarius fur, scortator, scatillegus doceat. Placet ut liberè arguantur uitia, sed nihil immutetur. Et quomodo ego possum tibi probare aniuersaria nulla esse, & envacuare meritū passionis Christi, si ipse lucri gratia celebro Missas? Vbi ueritas uite, ibi conspicua omnia: & ubi ueritas doctrinæ, neque illa se tegit, sed prodit in apertum: parata est reddere rationem fidei. In angulis docere, est timere, & malā habere causam. In publico docere, cuius nolis reddere rati-

IO. OE COLAMPADII

tionem, impudentia est. Ecce dominus ipse redditrationem, & tu recusares? Probatio est ab auditoribus. Qui ex deo est, uerba dei audit. Crapulo non laudat abstinentiam, uel continentiam. Auarus non laudat paupertatem. Vnde à quibusdam laudari, uituperari est. Doctrina enim Christi quanto magis à pharisæis reprobabatur, tanto in maiori precio apud pios habebatur. Maledictiones enim eorum uertuntur in benedictionē. Et multa ideo suspecta sunt, quia per Papam sunt confirmata. Quid enim opus confirmatione habent homines inter Christianos, qui approbant uerbum dei? quam doctrinā ergo dices prolatam? eām ne quam angeli uel diaboli recipiunt? Certe dices eam quam angeli recipiunt, & apostoli prædicarunt, à qua satan abhorret. Dices: Qui igitur sciunt se ex deo esse, & dei doctrinā habere? Scias primum ex deo illos esse, qui spiritum dei habent: & non ex deo, qui spiritū mundi uel carnis habent. Animalis enim homo non potest capere ea quae dei sunt: & propterea prudentia carnis mors est. Quia igitur Iudei execrati honore uano, quem à se mutuo accipiebant, quomodo poterant credere uel probare Christi doctrinam? Vis scire apud quem ueritas locum beat? Vide quales sint qui audiunt uerbum domini. At nunc non loquimur de illis quos deus prænouit, & prædestinavit, quia tales sunt oues audiētes uocem pastoris: & certum est quod illi omnes accipiūt uocem Christi. Illi autem qui non sunt prædestinati, non audient; sed de illis

illis quos externis operibus agnoscere possumus. Dicis:
 Dura est uox illa, nonne Iudei potuerunt obijcere, si
 deus fecisset nos filios suos, potuissemus & nos audiret
 Verum prohibet à talibus questionibus Apostolus: ne
 lutum dicat figulo, quare me sic fecisti? Sed audite ra-
 tionem. Quoties illa dei uerba dicuntur, cum magno
 tremore sunt audienda. Nam uerum est, quod mali non
 tremunt, neque expauescant ad tales uoces, & propte-
 rea non sunt excusabiles. Boni autem hac ratione uo-
 cantur, totoq; humiliatur, & prosternuntur coram deo,
 & incitantur ad rogandum auxilium à deo, atq; iij sunt
 filii dei, inmitentes eius uerbo purissimo. Obloquitur Iu-
 dæus & mendaciter, & putat se ex deo esse, quia ex
 progenie Abraham est secundum carnem, qui habuit
 promissionem, & ita mendaciter sibi plurimum tribuit,
 deo autem parum. Christum etiam demoniacum & Sa-
 maritanū uocat. Ita tandem pugnant clamoribus sicut
 Esaias dicit, & clamant, crucifige, crucifige, tollatur ē
 medio, indignus est ut terra illum portet, cum careant
 rationibus et scripturis. Tertio probatur doctrina Chri-
 sti quod uera sit, quia dat honorem deo summum, cum
 dicit: Et sermo quem locutus sum uobis, non est meus,
 sed eius qui me misit patris. Ecce nusquam fecit adora-
 re carnem, sed uoluit adorari deum, illumq; cultum iusa-
 sit esse spiritalem. Veri adoratores adorabunt patrem
 in spiritu et ueritate. Omnis ergo doctrina falsa est, qua
 derrogatur deo. Hoc enim diabolus agit uarijs & obli-

Papistarū
disputatio-
nes.

quis modis. Quarto probatur doctrina, si speciatim proponatur. In genere non possum damnare, sed si unū aut alterum propositum fuerit, tunc dabitur iudicandi occasio. Liber Euangeli ab illis nō damnatur, sed ipsa ueritas, quæ in libro continetur, si palam dicitur, pio homini damnum affert: imo sine periculo non erit, qui ueritatem quam Christus docuit, liberè profitetur. In summa igitur, doctrina Christi est: Qui seruat sermones eius, habebit uitam æternam. Neq; loquitur hic de frigidis illis adulatoribus, sed de illis qui corde audiunt, & spiritu apprehendunt. Et idem est, uel dicas: Qui credit in me, habebit uitam: uel, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, non gustabit mortem in æternum. Ab hoc abhorrent Iudei, & omnes qui fidei parum tribuūt, nimirum habentes Christum pro proprio homine, & non pro filio dei: quem qui glorificat, & patrem glorificat: qui dehonorat, & patrem dehonosrat, quia in eo omnia quæ in patre: & sicut pater per uerbū creauit omnia, ita & recreauit per illud omnia. Ne attendas igitur carnem, sed attende quod sit uerbi dei, & credas quod per illud satisfactum sit pro culpis & poenis tibi debit is. Quinto autoritate patris, quia & Abraham desiderauit Christum uidere, qui & in scripturis sanctis promissus erat. Atqui impietas longe aliud agit: tam suuē Christi excusationē contemnens, inconsiderata rapit lapides: sed Iesus insaniae eorum locum dare recusans, abiit ab oculis illorum, ne eum ante tempus

SERMO OCTAVUS. 176

tempus à patre constitutum interficerent. Cedendum
sæpe pio homini furori impiorum, ut in seipso descend
dant, quieta conscientia considerando, quale nam pecca
tum perpetraffsent, si piis non abiisset, quò ad cogni
tionem peccatorum ueniant, & uitam suam emendent.
Aut ideo cedendum, ut ueritatis præconium sine inter
missione audiant, quò minus excusabiles sint coram iu
sto iudice Christo, & pijs interim non careant consola
tione uerbi dei. Sic pijs in bonum omnia fiunt, siue in pa
ce uiuant, siue persecutionē patientur. Nihil salubrius
& felicius quam ueritati adhærere tota mente, quæ per
petuò uicit, & uincet. Dominus illustret nos suo spiritu,
ne ueritati, quæ à deo ad nos miseros uenit, repugne
mus. Amen.

SERMO IX. De dei ira placanda, quam
iustè meremur ob peccata nostra enormia.

Dilecti in Christo Iesu seruatore nostro,
nihil unquā à principio mudi tam utile,
tam honestū ac salutare institutū, in quo
nō antiquius ille hostis humani generis
partiū suarū gnauiter satagerit, ut et eius particeps es
set: id quod & hodie, consuetū more obtinet, anxiè &
sedulò admodū obseruat. Neq; tuti erimus ab eius insi
dijs, nisi assidua oratione ex spū profluēte, & uigilatia
præueniatur & antevertatur. Eam ob rem quum præ
sens cōcio populi, christiano cōsilio, nihil enim utilius

quam saepissime tales cōciones cōuocare, coiuerit, ut si
 fieri potest, ira dei intolerabilis, cuius signa quædā euī
 denter cōspiciūtur, per cōmūnē ecclesiæ deprecationē
 mitigetur, sedetur, & omnino depellatur. Inter alia igi
 tur uisum est operæ preciū esse ante omnia charitatē ue
 strā inhortari, ut aliquo modo fraudes ac insidiæ, quas
 struit miris modis omnibus pijs diabolus, cognoscātur,
 ne iram dei magis concitemus, quam auertamus, alias
 plus ob peccata nostra s̄euientē quam ferre possimus.
 Dominus suam nobis donet gratiā, ne succumbamus.
 Amen. Maximo quidem nobis esset ornamento ò cha
 rissimi, pro generali totius uitæ nostræ regula solicitam
 diuinæ uolūtatis obseruationē habere, quò deo probari
 possemus, utut aliæ res nostræ s̄e se habeant. Ita nāq;
 nos docet diuinus propheta Micheas cap. 6. Indicabo,
 inquit, tibi ò homo, quid sit bonum, & quid dominus
 exigat à te, nisi facere iudiciū, diligere pietatē, & ueres
 cundū ambulare cum deo tuo. Deum time ex toto cor
 de, & mandata eius obserua. Hæc est prora & puppis
 totius uitæ ò homo: & tales requirit dominus. Nōme
 filius dicto audiens omni tempore sedulò cauet, ne pa
 trem suum ad iracundiam, uel dicto uel factō prouocet.
 Et ille paucis quidem uerbis in officio continetur. Item
 bone indolis equus uisa saltem disciplinæ uirga, è sui he
 ri sententia bellè procedit, cum interim statarius & sea
 gnis, uix etiam fuste & calcaribus admotis ingrediatur.
 Audistis quid sibi hæ similitudines uelint? Sitis pro
 bi

bi filij, mandato patris obtemperantes. Tum enim beati erimus, cum procul anima omni dubitatione de prouidentia dei erga nos, & sincera fide credimus omnia deo placere, que aut utilia nobis, aut nocua. At e' diuerso nulla est germana & uera fides, aut laetitia, immo angustia, tribulatio, & dolor immensus ihs qui de diuina gratia nihil sibi polliceri possunt, cum aut ipsi, aut confratres affliguntur. Hinc igitur opus est, ut diuinam iram bene penitulemus, ne de misericordia dei, cruce pressi desperemus. In sacris literis legimus, & potissimum in psalmis Davidicis, anxiam diuine irae deprecationem, haecq; piorum sunt preces assidue. Hinc etiam sunt illa suspiria, & crebri gemitus: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Rursus prius canit domini iram alijs uerborum formis deprecantur: Quousq; obliuisceris meis an' ne in finem usq; Quandiu oculatus facie tuam a me? Usquequo obliuisceris populi tui? Hieremias ait: O domini mucro, usquequo non quiesces? Ingredere in uaginam tuam, & refrigerare, & sile. Timentibus siquidem deum, infernus ipsius simus non tam horribilis est, quam ira dei: quibus quicquid aut delicati esculent aut poculenti datur, amarum & ingratum est, cum scilicet opinantur deum a suis partibus non stare. Id quod & in propheta Nahum videatur est, qui ait: Poeniteat uos ante diem irae. Quis ante factiem indignationis eius stabit? Montes enim moti sunt ab eo. Coniremuit terra a facie eius. Indignatio eius

IO. OECOLAMPADII

effusa est ut ignis, petræ dissolutæ sunt ab eo. Certe ex ijs iram dei coniçere potestis, qualis sit erga impoenitentes. Nos, quemadmodū prophetæ, easdem uoces animo uoluamus, quos dominus iussit inde sinenter orare. Ob oculos enim uidemus qualem tempestatē diebus aliquot habuerimus, ac quomodo uiae in uitibus longè alter se ostendant, quam in uerni temporis principio promiserint: neq; caret periculo talia sine pensiculatione diligenti transire. Ethnicus aut naturalis aliquis philosophus hinc fortassis omnino nihil colligeret, atq; opinatur hæc forte fortuna ita accidere. At nos qui Christianum nomen gerimus, scimus, & fide persuasi credimus talia à patre nostro fieri, citra cuius uoluntatē nihil sit omnino, & ne tantillū. Inuenimus quoq; in literis sacris nos huiuscemodi ob peccata nostra commereri. Statim ab initio mundi, terra maledictionem accepit propter peccatum inobedientiæ, ut produceret spinas & tribulos. Deus Noë dixit: Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent. Et quoties hæc ordine non procedunt, ac in ijs deus aliquid immutat, quomodo nos Christiani alter uariatum ordinem interpretari possumus, quam dicas re id signum esse diuinæ iræ? Ob id & deus 3. Mose 26. inter alias suas maledictiones ponit hoc dicens: Cœlum erit ferreū, & terra ænea: hoc est, tam non pluet, quam si cœlum foret ferreum: & tam nihil proueniet, quam si terra foret ænea. Præterea 5. Mose 28. dicit dominus: Vincans

Vineam plantabis, & fodies, & uinum non bibes: se-
mentem multam iacies, & pusillum congregabis, quia
locustae & bruci consument ea. Clamat & Esaias ada-
uersus auaros: Decem iugera uinearum facient laguna-
culam unam, & triginta modij sementis facient modios
tres. Huiusmodi querelis prophete pleni sunt. Quan-
quam interim Christianis magis eximia promissa sint
præmia, quam hæc terrena, nihilominus talia minime
nobis negata sunt, modo sicut filios germanos decet, ui-
uamus. Neque displicet in huiusmodi periculis ut ad
deum preces nostras dirigamus, ne ira dei in nos se uiat.
Et commodū fese occasio de ira dei differere se offert,
nempe unde ueniat, & quomodo placari possit. Dua
plicem iram dei, scriptura diuina nobis proponit. Sæua
est ira, que aut paternam disciplinam contemptam sci-
licet consequitur, aut cum uerbū dei cōtemnitur ab ijs
qui interim hypocrisi sua iram dei placare se arbitran-
tur, cum magis prouocent: quemadmodū & pharisei
Ioannis Baptiste tempore, ad quos dicebat: Progenies
uiperarum quis submonstravit uobis ut fugeretis à uen-
tura ira dei? Securis ad radicem arborum posita est.
Quasi dicat: Huiusmodi uestra hypocrisi iram dei sua
per uos ob peccata uenturam non auertetis, quia
deus nouit quid in cordibus hominū absconditū sit. Hos
nostro tempore hi imitantur, qui pulsatis campanis,
gestatis quas uocant reliquijs sanctorum, processioni-
bus solennibus indicis, cantilenis deniq; non intelleclis

IO. OECOLAMPADII

iram dei tollere nituntur. Præterea ira dei intolerabilis super eos quoq; descendit, qui in spiritum sanctum peccant, quibus prorsus nihil gratiae polliceri possumus, quiq; agnitiæ & confessæ ueritati repugnant manibus, ac pedibus, eorum profecto peccatum neq; hic, neq; in futuro seculo remittetur. Quamuis in hoc seculo feliciter uiuant interdum, tamen & istud ipsum iram dei inter prætari debet. Euangelicus diues exemplo sit, qui aternis cruciatibus addictus est ob luxum perpetuum. Peccare siquidem idq; impunè, argumentum est, quod deus laxet frena peccandi, quemadmodum per prophetam minitatur, dicens: Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ, neq; super sponsas uestras cum adulterium commiserint. Qui fit hoc? quia dominus tales pro filiis amplius nō est habiturus. Cogor hic rursus ex 9. et 10. cap. Esaiæ ostendere quomodo deus, qui alioqui mitissimus est, ad iram prouocetur, quoties paterna disciplina despicitur, & salutare dei uerbum contemptum habetur. Decē tribus Israël dilectus populus dei dicebatur, qui cum à prophetis propter peccata quibus inuoluti erant, corripiebantur, surda aure præteribant tam salubres admonitiones, sed suo malo. Nolebant enim totto corde ad deum redire: ideo non pauci eorum, deo sic permittente, in grauem ac perpetuam abducti sunt seruitute. Reliqui autem hæc nihil morantes, immò risi prophetarū admonitiones exponentes, dicebant in sua perbia & magnificētia cordis: Lateres ceciderunt, & politis

Politis lapidibus ædificabimus: sycomore succise sunt;
 & cedros ueh dicabimus. Sicut & hodie maior pars ho-
 minum facit, temporalem pœnam contemnens suo ma-
 ximo malo. Ad hæc prophetas dei quoq; subsannabat.
 Dicit ergo Esaias: Verbum misit dominus in Iacob, &
 cecidit in Israël, hoc est, contemnunt & opinantur mi-
 nias meas in uentum abituras, sed cadet id, & fiet secun-
 dum animi mei sententiā quod spargo. Arcum tensum
 feriendo remittam, nec à scopo aberrabo. Et omnis po-
 pulus hoc proverbio utens, sentiet me uera dixisse. Enu-
 merat autem quatuor plagas, quæ precedunt futuram
 dei iram. Prima congregat hostes aduersus eos in orien-
 te, Assyrios scilicet, & in occidente Philistinos, & ro-
 borabit Rezim contra Israëlem: nec in omni isto auer-
 sus est furor eius, sed adhuc manus eius est extenta. Po-
 pulus quoq; ille non est reuersus ad percutientē se, nec
 requisierunt dominum exercituum. Ecce quomodo ira
 dei crescat. Addit enim dices: Amputauit igitur domi-
 nus caput & caudam ab Israël, ramnum & arundinem
 die uno: hoc est, sicuti seipsum exponit: Senex & qui
 uultu suspicitur, hic est caput. Propheta autem qui do-
 cet mendacium, hic est cauda. Proinde directores popu-
 li huius facti sunt seductores, & qui dirigebantur, per-
 debantur. Propterea super adolescentibus eius non le-
 tabitur dominus, & pupillorum eius atque uiduarum
 eius non miserebitur, quoniam quisq; illorum est hypo-
 crita, & malum faciens, & omne os loquitur stultiam,

IO. OECOLAMPADII

nec in omni isto auersus est furor ciuis, sed adhuc manus eius est extenta. Hæc profecto grauis ira est, quam pauci deplorant, & heu multis annis illa durauit, in quibus episcopi iuxta & sacerdotes impostores extiterunt, & miserè plebeculā simplicem seduxerūt. Ne autem mire ris, si multæ basilicæ, monasteria, & uniuersitates qua vocant, similem experiantur casum. Deus potens est permitttere eos ut cadant, quandoquidē humanae nuge illis plus arrident, & maius inde commodum habent, quam diuinus cultus, qui miseros & contemptos facit. Neq; poena secunda deus uult esse contentus, ob populum qui peccare non cessat. Sequitur igitur tertia poena, quæ irrogatur quoties falsi prophetæ, qui à cultui ue ri dei auocant, habentur. Pergit enim propheta dicens: Succensa est quasi ignis impietas, uepres & spinam deuorabit, & exarsit in condensa sylue, eleuatiq; sunt in morem summi ascendentis. Propter indignationē dominii exercituum, obscurata est terra, & factus est populus quasi cibus ignis. Hoc est, magni domini, qui pauperibus sunt instar ueprum & spinarum propter suam tyrannidem, in impietate sua pergent strenue, quos deinde totus saltus, id est, omnis populus sectabitur non mirori impietate. In textu sequitur: Et quisque fratri suo non parcit, sed rapit ad dextram & esurit, comedit ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisque carnem brachij sui deuorabit: hoc est, nulla erit gratitudo, & si quis in alterum mare beneficiorum inundasset, adeò sit

bijpsis contrarij sunt ex ingrati, sed tanquam in suum
ipsius brachium, quod cibum præbere, operari ac pro-
tegere solet, deseuūt. Immisericordes sunt ex auarijs
pramodum. Etsi tanquam lupi rapaces ad dextram
se uertant rapientes rapinam, nihilominus fame insuc-
ta prementur. Ad eundem modum pecunie studium ex-
odium in fratres nostros & uo frequentissime in usu est.
Videre siquidem est, uos diuites appello, quam parum
uobis cordisit res pauperū, quantumuis eō urgeamini.
Hæc est ingēs illa ira, fœnus, auaritia, fraus, impostura
&c. Ecquis hic plorat? ecquis hic conqueritur? Qui fit
ut non ex hic ira dei deprehendatur? Non dicenda pro-
fecto ira est, quoties deus peccatū peccato punit. Nec
dum ira dei extincta, quia de impietate illorum nunc
aliud propheta subiicit dicens: V& illis qui scribunt de-
creta iniqua, & qui dictant, & iubent scribere miseriā,
ut scilicet arceant pauperes à iudicio, & rapiant iudi-
cium pauperum, qui sunt in populo meo, uiduas dispo-
lent, & pupilos deprehendunt. Audistis hic impiorū iu-
dicum mores, qui condunt leges iniquas & tyrannide
plenas ad opprimendum pauperes, qui aut non exau-
diuntur cum preces fundunt, aut à sua causa excidunt
quasi iniusta. Cōtrà diuites muneribus suis corrūpendo
euadunt, etiam si iniusta habeant causam. O iram dei,
quam ex nos uiuendo deprehendimus. Ceterum u&
bis qui in culpa sunt: ideo subiectit propheta & dicit:
Quid facietis in die uisitationis, & cum desolatio uene-

IO. OECOLAMPADII

rit e longinquo? ad quem configietis pro auxilio? C ubi relinquatis gloriam uestram? Hæc est horrenda ira quoties deus ulterius hominem non respicit, usque adeo, ut eum iacere permittat inter damnatos et imperfectos. Si tempus ferre posset, plura forent dicenda de hac iusta dea ira ex Apocalypsi, de septem phialis ira dei plenaria, nimurum super Antichristi populum effusis, eis obiter constituerim illa attingere, non quasi ad eos pertineant, sed ut cautores in hoc peruerso seculo ambuleatis. Prima ira phiala effusa est in terram, in Antichristi populum noxiū ulcus, qui populus non uulgaris arrogantiæ, auaritiae, ueneris uagæ et c. Et secunda indignationis phiala effusus est sanguis in mare, hoc est, omnia legis uerba eis amara facta sunt, idq; cessurum est eis in iudicium mortis. Et tertia similiter ebulliit sanguis in fontes et flumina, et facta sunt sanguis: id est, euangelicæ promissiones factæ sunt eis odiosæ, ob id digni condēnatione. Quarta effusa est in solem, et festu uerunt homines, et perfisterunt, ut scelerū suorum nullam agerent pœnitentiam. Quinta effusa est in cathedram Antichristi, quia in eius regno sunt meretenebrae, et comederunt linguas suas præ dolore, et deuī blasphemauerunt. Sexta effusa est in Eufratem, ut siccatur, utq; prepararetur uia regis ab ortu solis, hoc est ut ab ipsis demonijs in omne facinus pertrahantur confirmati à phariseis, ut accingantur in pugnam periculosa aduersus uerbum dei. Hæc fermè clarius ob oculos uidetur,

uidentur, quām scripta sunt, & tamen increduli diem domini procul abesse opinantur. Nunc sex phialæ effusæ sunt: beatus est qui uigilat. Vna saltem reliqua est, in qua blasphemæ Babylon, & omnis mundi superbia pefsum ibit adinternitionem usq; hancq; iram hypocritæ minime gentium effugient, à qua nos liberare & custodire uelit dominus. Est & paterna ira, qua deus aliquid, sicut pater filium quem amat, corripit: idq; in epistola Hebreorum habetis cap. 12. Fili mi ne neglexeris correptionē domini, neq; deficias cum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellum illud non aliter accipitur à pio, quām si dominus ei magnum aliquem prophetam misisset. Neque satis dici potest, quantum immineat periculi ijs qui signa paternæ iræ contemnunt: nam perinde est ac si resisterent pulsanti spiritui sancto. Qui hunc contemnit, reliquum est ut ruat in omne scelus, occæeturq; penitus. Vt in discrimen habere inter paternam iram dei, & inter furorē, quo impios aggreditur? Obserua. Si attulit poenitentiam, tibi quidem paterna fuit. At si ad poenitentiam te non inuitat, proculdubio furor domini est, quo te breui omnino pefundabit & perdet. Idem & Paulus ad Ro. cap. 2. de impenitentibus dicit: Qui recondūt sibi thesauros iræ in diem iudicij. Scire utiq; deberemus deum ira sua nobis nihil aliud uelle insinuare, quām ut ad emendationē uitam traheremur. Dicit enim: Nolo morte peccatoris,

IO. OECOLAMPADII

sed magis ut conuertatur & uiuat. Sic de reliquis omnibus paternæ iræ signis iudicato, quæ magis misericordiam dei insinuant, quam iram eius, qua impios punit, portendant. Neq; mirum sit & insuetum aduersa huius mundi usq; ad sanctos quoq; dei attingere . Ecce famæ sanctissimos Patriarchas è terra sua migrare compulit. Verte oculos ad ipsum Iob, & quam misere est afflictus considera . Atq; Christum ipsum oculis fidei intuitor à deo usque adeo percussum & humiliatū, sicut Zacharias propheta testatur, dicens : Framea excitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi. Sic deus milites suos exercere solet : sic deus in hoc mundo igni purgatorio probat quid stipula, quid aurum sit. Et hac ira docet, queso arrigite aures, quid agendum sit, & quid fugiendum, ut ea à nobis auertatur . In primis autem obseruandum est, quid à nobis deus requirat. Ecquid tandem uult ? Illud ipsum, ut iusti perseverent in dei iustitia, ut peccatores poenitentiā ueram amplectantur. Hic unusquisq; immobiliter oculos figat, ne à scopores etiæ uitæ aberret. Cauēda sunt uitia, ob quæ deus ad ira cundiā prouocatur . Absurdum foret, immò periculosum malagmata uitiosis oculis imponere, quibus oculi magis perdūtur, quam sanātur. Ita uideamus & nos ne contraria remedia queramus, ad iram dei propulsandam. Neq; deus immittit poenas, ut processiones celebrētur, aut Missæ, aut inutilia ceremoniarum opera peragan-
tur. Adulter repudium mittat adulterio. Scortum domi-
alens

alens castè uiuat, uel uxorem ducat: fœnerator fœnori abrenunciet: inuidus obtrestationibus canat receptui. Hic se offert egregius dicendi campus de statu omnium hominum, quomodo iram dei in se concitarint, præser tim de ijs qui sanctula sua uita iram dei auertere se posse existimant. Sed quid dico? Profecto non tam probi sunt, ipsorum conscientiā in testem uoco, ut existiment se id posse, et si simulent. Eorum enim hypocrisis & auaritia est cum sine pudore, ut quos iam depuduit, tum sine fundo, ut quos iam nemo implere possit. Item nihil curant sacramentorū prophanationes, Missarum cauponationes, ambitus sacerdotiorū, quibus nec sciunt nec possunt præesse. Cessatrix eorum uita & delicata, imò ociosa supinitas omne studiū in hoc collocat, ut pauperum sudore uiuat. Et si dicendū mihi esset de monasterijs otiosorū monachorū, quæ passim audiunt pessime, & præcipue quod suas traditiones præceptis dei præferunt, illas enim maiori in precio habēt, quam diuina, quot horæ insumendæ essent? Nam in confessō est illos ueram doctrinam dei nolle audire, & quod pessimum est inanes spirant glorias de suis meritis, non solum Christi meritum annihilantes, sed etiā de gratia dei cōtemptim loquentes. Obticeo nunc reliqua flagitia propter quæ (sicuti scriptura commemorat) deus iram abundantiter effudit super quasdam orbes, de quibus inquam flagitijs hincinde rumor non incertus, sed uerus spargitur. Non dico hic, nolo enim cuiusquam personā infamare. Quisq;

IO. OECOLAMPADII

emendet se, qui aliquo scelere cōmaculatus est. Ofimo
nasteria sceleribus tam clausa & serrata essent, ac sunt
potentibus, res longè melius sese haberent. Tempus sa-
nè efflagitaret, ut hoc pelagus malorum tandem uisita-
retur, ne iram dei seueriorem quam ullæ unquam gen-
tes experiremur. Certe gratissima deo res foret. Quis
hic deniq; enumeraret, quomodo deus propter subdos-
tos & iniquos iudices, sint quocunq; locorū, irascatur?
Ut taceam interim fraudem mercatorū, perfidiā ope-
rariorū, immisericordiā diuitium. Paucis negotiis
hoc in duo diuidā, in quibus totus Christianismus con-
sistit. Primo deus contendit à nobis, quò nostra infide-
litas cesseret: secundo, ut perfidia erga proximū ē medio
tollatur. De infidelitate scribitur 4. Mose. 14. Usque
quo detrahet mihi populus iste? quousq; non credunt
mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? In psal. 77.
legimus: Cum occideret eos, quærebant eum, & dilucu-
lo ueniebant ad eum, & recordabātur quod deus esset
adiutor eorum, & redemptor, & diligebant deum ore
suo, & lingua sua mentiebantur ei. Cor eorum nō erat
rectum. Etiam hodie talia cōtingunt. Deus in aduersis
saltem queritur falso pectore, in sequundis autē rbus
minime. Hincq; apparet quod hi deum non uerè que-
runt, sed potius crucem ipsam qua premuntur, fugiūt.
Neq; hi gloriam dei querunt, sed lucellum aliquod &
quietē. Multos licet inuenire, qui uinū in copia optant
prouenire, quo magis ebrietati indulgere possint &c.

Scimus

Scimus ex scripturis quod preces infidelium hominum non exaudiantur, nisi ipsis in malum. Abiace infidelitatem prius, & hoc tibi longè utilius erit, quam multæ processiones, peregrinationes, missiones, & ieunia. Face sat incredulitas tua, & iram dominus remittet. Hoc est querere regnum dei ante omnia, tunc & relata adiicietur tibi, quæ & anime & corpori seruiunt. Similiter dominus edicit: Alienissimi ab omni immiserit recordia estote, & sincera charitate omnes tam bonos quam malos complectimini. Estote misericordes, & unicissimum uobis misericors erit pater uester coelestis. Quid deus apud Esaiam dicit, cum hypocritarū ieunia, processus & ferias reiicit? Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domū tuā, tege nudū, & tunc erumpet lux tua quasi mane, & sanitas tua mox orietur: hoc est, omnibus numeris beatus & fortunatus eris, si pauperum curam habueris. Porro ubi talis fiducia & misericordia erga omnes fuerit, & nihilominus ira dei in qua nos puniit sentitur, quid tum faciendum? In toleratia quicquid dominus immiserit feramus, & nostra uoluntas diuinæ subjiciatur, & perpetuò meminemus nos indignos esse tali poena, & dicamus cū Christo: Pater tibi omnia possibilia sunt, fiat uoluntas tua. Iob etiā imitandus est, qui cum affligeretur & corpore & bonis, dixit: Sicut dominus uoluit, ita fecit, sit nomen domini benedictum. Et cum Michæa clamemus: Irā domini portabo, quoniam peccavi ei, & educet me

IO. OECOLAMPADII

in lucem. Neq; Esaiæ dictū prætereamus, qui ait: Excepiaabo dominum qui faciem suam à domo Iacob auerterit. Nam in primis cauendū & sedulò, ne domino terminum præfigamus, quemadmodum Bethulienses faciebant, quando ab Holopherne obsideretur. Dicbat enim: Nisi dominus in quinq; diebus liberauerit, alium de nobis erit, et dedemus nos et nostra. Ad quod respondit sancta Iudith: Hic non est sermo, qui misericordia eliciat, imò magis iram & furorem domini prouocet. Ne ponatis tempus misericordiæ dei, neq; pro uestro iudicio constituatis ei diem: quin potius quia dominus patiens est & multæ misericordiæ, humiliamini, & sis lachrymis exorate ab eo ueniam peccatorū. Dicite domino: Secundū tuam uoluntatē ô domine misericordiam tuam nobis largiri digneris. Et in huiusmodi patientia offeramus assiduas preces, nō quasi deus nostris operibus egeat, & id per Iesum Christū iustum illum, per cuius intercessionem scimus nos exaudiri. Cuius rei & uos admoneo, adhortorq; si conuenitis in unum uel ad placandum deum, uel laudandū ob exhibita beneficia per Christum, considerate quid in tali congregacione sit omnibus pijs agendum. Ne similes sacrificulis istis fiat, qui putant se aliquid deo dare, quū gratias domino agere deberet propter immensum beneficium in Christo exhibitum. Sed ualeant hi miseri cum sua Missa. Nam coena dominica non in hoc instituta est à Christo domino, ut illum iam amplius sacrificemus, sed ut meas mores

mores simus semel peracti beneficij in cruce. Cauete ne
merces hic extrudatis, & proprium opus ex mensa do
mini faciatis more impiorum, qui omnino Christi pas-
sionem annihilati, ne iram domini super uos crudelissi-
mam cōcitetis, potius quam depellatis, & uobis usu ue-
niat quod filijs Israēl, qui educētes arcā aduersus Phi-
listeos, opere potius pugnare uolentes quam fide, idq;
non ex iussu domini facientes, sed ex sua bona quam uo-
cant intentione, ideo & factū illorum felicem exitum
habere non potuit. Hoc exemplum & alia huius gene-
ris nos omnes admoneāt, ne aliquid sine iussu dei aggre-
diamur, quantumcunq; in specie uideatur bonum, quō
amoueamus plagam à domino immis̄am, sed potius ex
spiritu & ueritate ad dominum orēmus qui nos exau-
diturus est. Nam dixit: Petite & dabitur uobis: quæri-
te & inuenietis: pulsate & aperietur uobis: ut ira iusti-
dei quam peccata nostra merito ferre deberent, auer-
tatur. Amen.

ORATIO D. IO. OE COLAM

padij habita anno 1526 quo habita est

disputatio Badensis.



Mitte lucē tuā & ueritatē tuam ô Chri-
ste, ut nos omnes adducamur in monte
sanctū tuū, ipsaq; tabernacula, Amen.
Assumus uiri frātres, quibuscunq; titu-
lis digni & obseruandi, bona spe freti, multa hic bona,

deum optimum maximum suæ plebi ac hæreditati colo-
 laturum. Aduenimus autē ignari, quidnam hic futurū,
 tantum habendam disputationem quandam, tarde, &
 in ipso ferè abitionis nostræ articulo, cognouimus. De
 quibus autē rebus, planè neq; constabat etiam hac ipsa
 hora, id quod contra omnium disputantū morem esse,
 perspicuum. Vnde factum quod huc nos contulerimus,
 non tanquā pars aliqua tragœdie, ut uocant, sed spe-
 catores, in ea re magistratibus nostris honorem & ius-
 stam obedientiā exhibituri, quibus haud illibenter ob-
 temperamus in his omnibus, quæ nō contra gloriā dei,
 & utilitatem ecclesiæ pugnant. Scimus enim quod om-
 nis anima potestatibus sublimioribus subdita esse dea-
 beat. Itaq; non nos armis sapietiæ huius mundi ad osten-
 tationem facientibus, instruximus, sed ita itineri accin-
 ximus, quemadmodum cæteri discipuli ludum petunt.
 Tame si id polliciti simus tunc dominis nostris clemensa-
 tißimis, & adhuc pollicemur, si quid presentia nostra,
 uel omnes fortunæ ac uires ad ueritatis faciant manifes-
 stationem, nos nihil detrectatueros, nec passuros in nos-
 bis desiderari quippiam. Porrò si res non felicius pro-
 cesserit, quād adhuc cœpta est, ueremur miriam in mo-
 dum oleum operamq; nostrum omniū perdi, nisi emittan-
 dentur quæ neglecta sunt. Ante omnia enim Huldri-
 chum Zuinglium uestrum, tot uirorum tam celebrius
 antagonistam hic uidere cupimus, absq; cuius presen-
 tia, nec uestra splendida erit uictoria, neq; finis ille, quem
 laudas

laudatissimæ confœderationis proceres, domini nostri
clemētissimi, spe etiā, obtineri poterit. Quem esse in-
telleximus, ut sopiaetur errores, agnoscatur ueritas, glo-
rificetur deus, & dificitur proximus, quibus bonis nihil
maiis uel petere, uel cogitare potest homo. Desidera-
mus autem & reliquorum pagorum præcipuos docto-
res & prædicatores, quales Tigurini, Bernenses, atq;
alij etiam qui uel eadem que nos, uel diuersa plebibus
annunciarūt. Pleriq; etiam doctrinā nostrāam que Chri-
stic est, palam hæreticam, absq; fundamento insimula-
runt. His inquā absentibus, nihil prospere geretur. Co-
gitate enim iuri optimi, quid sequuturum, si illi absint.
Non dubitamus autem quin maximis de causis à magi-
stris & senatibus suis non inducantur ut compa-
reant. Fortassis quidam etiam prohibeūr. Nonne illi
pergent docendo & agendo quæq; ut antea soliti sunt
unde posteriora prioribus peius habitura sunt, & fru-
strabūtur domini nostri suis uotis, & non solū nō auge-
bitur charitas, sed corum qui iuxta carnem agunt, &
infirmiores, crescat liuor, & ira non placabitur, sed in-
cendetur magis, dum illi hæc uel ista afferent neglecta-
isti uero opprobribūt, uel ignauiam, uel arrogantiam,
etiam si ita sit, ut nihil negligatur ab una partiū, quod
ad ueritatem afferendam conducibile: & ab altera non
metus nec arrogantia sit, sed prudentia cum uerbo dei
excusabilis. Non semel autem usu uenit, ut ex paruis
scintillis magna orta sint incendia, que potuissent par-

IO. OECOLAMPADII

uo incommodo præueniri, si unus alteri in aliquare ces-
dat. Enim uero omnes indigni sunt quibus ueritatis lux
oriatur, qui aliquid eorum negligunt, quod ad ipsam im-
petrandam attinet. Veritas thesaurus est, ut scitis, profun-
de latens. Prover. 2. Si enim sapientia inuocaueris, &
inclinaueris cor tuum prudetiae, si quaesieris eam quasi pe-
cuniam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam
dei inuenies, quasi dicat: Orandum est toto corde pro sa-
pientia absque omni hypocrisi: quod si fecerimus, uoti
compotes erimus. Est inuenire negotiatorem, qui pro
mercibus illis transitorijs ultramarinas nationes currit,
quanto magis feruens & sitiens ueritatis, nihil omittet?
Quis oro diceret nos ueritatis uel charitatis studiosos,
qui non sumus parati ad breue iter secedere, ut omnibus
obstruantur os, & nemo aliquid causari queat, et non om-
nia frustra sicut cœpta? Nos sane non iudicamus quo
pacto hac in causa, salua charitate et pietate, fratribus
alijs absentibus, os nostrum aperire ualeamus. Non est
enim pietas, ueritatem ebuccinare ante eos qui illam li-
cet querant, non tamen tanto studio quererūt, ut diuitias
huius seculi, propter quas sœpe in alienis terris pericli-
tamur, petuntur Indi & Arabes. Quomodo doceres
mus, uel disceremus utiliter, si non ille amor est inuenien-
di ueri, ut Ethnicos præcedamus, qui tanto studio que-
sierunt sapientiam mundi, que tamen stultitia est, si addi-
uinam illam conferatur? 1. Corinth. 1. Nam illi ad gym-
nosophistas & Eragmanas per innumera pericula con-
tendebut.

tenderunt: nos uero Christiani citra periculum, & absque laboribus, sanctissimam de rebus sanctis, maximeque fructuosam collationem negligemus: Alij ludos sectantur & theatra, multaque ferunt indigna. Dabo autem, ueritatis lux sit apud uos, & scientia dei: illi autem qui absunt, propter quos congregati estis, in tenebris ueruntur, seducantique, & seducantur, tanto magis illorum miseri decet, & eò pergere, ubi infirmos conuenire posse speraremus. Quæ laus medicorum semper domini sedentium, & agros non accendentium? Nonne Ezechiel Cap. 34 reprehendit pastores qui abiectum pecus non reducunt, & quod perierat, non querunt? Auditis domini ac fratres: Non querunt, inquit, ergo non querere magna culpa est. Nonne hoc & Zacharias pastori stulto obijcit, Cap. 11 quod derelicta non uisitarit, & dispersum non quæsierit? Auditis iterum obijci, non uisitari, non queri? Non enim dicit, non expectari. Terret me supra modum poena grauitas, quia dicit: Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. Brachium enim eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. Qua poena? nimirum æternas tenebras, & ad omnem opus bonum frigus interminatur. Quid hoc horribilis, quid terribilius? Iam Christus Iesus magister noster non imperabat cum austerritate, sed per uicos & castella transibat, & relicts non aginta nouem, quæsuit illam erraticam, & humeris suis reportauit. Quod suum exemplum utique discipulos & prædicatores suos obserua-

re uoluit. Quod sanè strenuè executi sunt, & totū orationē
prædicādo circuiuerūt: quod nisi fecissent, quid nobis
parcētibusq; nostris fuisset miserabilius? Sed quid
hæc recenseo? Circubat Hercules terram, ut mundū à
monstris atq; latronibus purgaret: & uos gladio uerbi
dei accincti, citra metum & trepidationem, non abesse
ab hoste, sed cominus conserere manum oportet. Ingloz
rij omnes erimus, quotquot estis, tam uos qui longè ad
uenistis, quam qui propè estis, nisi cum aduersarijs prin
cipalibus, uel saltem attentemus aliquid agere Christia
næ & humiliter. Desit excusatio. Poterat & Christus
sese excusare, & dicere: Ego filius dei primogenitus
omnis creaturæ, in me thesaurus sciæ & sapientie
dei, dignum est ut ad me concurrant & confluant om
nes, & me adorent, etiam si non tantæ misericordia be
neficio illos afficeret. Sed non hæc agere uoluit, exin
niuit semetipsum, factus seruus, non arbitratus rapina
se æqualem esse deo, nihil omittens quod boni pastoris,
nam & ad mortem crucis obediens factus fuit. Que
nunc excusatio uobis reliqua, si tam grauiter periclitan
tibus fratribus non succurratur? Quid proferemus in
mediū? Quid in die iudicij, quando redditurus est Christus,
dicemus, quando ille nos arguet, quod talentū da
tum non damus trapezitis ad usuram? & dicet: Ego
pro uobis mortuus sum, dona spiritus uobis concessi, ali
xilium meum promisi: uos autē nulla impediti causa
fratrem per me redemptum uisitare grauati estis? For
taffis

tassis tunc & superbiam, exigniam coram toto mundo nobis obijciet. Igitur dilecti fratres, siue uestra, siue absentium causa potior est, aequum erit ut uel illos huc aduocemus, uel aduocantes nos requiramus. Clamat enim Huldrichus Zwinglius, & tantum non lachrymis uos uocat, & populus eius ingentissimis desiderijs uos expectat. Si qua igitur charitas, si qua uiscera miserationum in uobis, si magnus est in oculis uestris Christus Iesus, & ut de minimo loquar, si grata est uobis gloria apud uestrros, oro per communē utilitatem reipublicæ Christianæ, perq; omnia merita Iesu Christi, sic agite negotiū, ne frustra tantum insumptū sit itineris. Nulla iactura erit, uel lucrabimini Christo nobilissimas animas pro quibus antea mortuus est, uel ipsi non dubito, egregias scripturæ interpretationes audietis, uel si neutrum, gloriam uestram coram deo & hominibus probe uendicabitis. Itaq; non cessate & ipsos proceres dominos clementissimos precibus summis pulsare, ut uel locum deligāt, cui se utrique tutò credere uelint. Quid enim derit Bernæ? quid Sanctogallo? quid & Scaphus? ne de Basilea dicam. Non enim opinor, absentes ullum istorum locoru, modo reliqua satis tutas sint, detracturos. Certe ipsi dominii nostri prædicti, non facile uestras, si seriæ fuerint, preces aspernari poterunt, maxime, si pro uestra eloquentia & grauitate causam agat. Poteritis enim illis pulchre insinuare, imò audacter dicere (scio enim ingenuitatem eorum, quod uerum li-

IO. OECOLAMPADII

benter audituri sunt) nempe longè aliter in rebus spiritualibus, quam secularibus oportere agere. Nam in secularibus causis præter decorum fuerit, si multi sequantur unum, si potentiores & præstantiores loco & nobilitate, impotentioribus ac inferioribus se submittant, quæ res quandam deordinationem præ se ferre uidetur, & generofis animis ualde graue est ac arduum. Porro in spiritualibus pulchrum est & admirabile, si tanta spe datur charitas, ut etiam mille pro una anima laborent. Christus enim qui pro tot millibus etiā iustissimus in conspectu patris reputatus est, nos adiuuit. Transire nos oportet in angelorū formam, qui nobis facti sunt administratorij spiritus, licet ipsi beati. Imò si uerè Christiani sumus, quanto pluribus uirtutibus prædicti, tanto magis humiliabimur ad exemplum Christi: & tantum abest ut infimum conculcemus, quod etiam illius pedibus nos subiecturi simus. Omnia ante experiri oportet remedia, quam membroru sectionē admouere. Quia igitur et magistratus noster clementissimi. Christiani sunt, & insatiable ueritatis ducuntur cupiditate, ut ista uocatio docet, scientes totam eorū patriā in eos spectare, ne quid in hac causa prætermittatur, non uos respuerit, non contemnet. Spero autē si uos non petueritis, nisi deus uelet nobis irasci, pios dominos nostros palmā hanc uobis præcepturos, prioresq; petituros, ut uestri uos officijs admoneant. Non possum enim ignorare, quot ex ultra que parte piorum lachrymæ, clamores, preces, ut eluceat

Scat ueritas, finisq; fiat errorum, & dissidiorum, quibus
nimium iam diu presi sunt. Quomodo illos negligere
poterūt? Supplicate igitur &uos illis. Hoc si non uultis
facere in gratiam Christi qui in cœlis, quem non con-
temnetis scio, respicite ad membracius, que ambulant
super terram, ad tot pias animas, ad tot innocentia pe-
ctora, non solum hec potentia per Heluetios, sed per
uniuersam Germaniam. Vnde dilecti Domini, uobis
charitas (que maior est ceteris spiritibus donis, cuius
imperium nulli Christiano detrectare licet) nondum osten-
dit, quod in ullo uobis respondeamus fratribus adhuc
absentibus, & absq; fructu agamus, quod plurimo fru-
ctu queat. Absit ut nostra negligēlia tantum impediatur
bonum. At non solum charitas iubet, sed etiam ipsum
ueritatis studium non admittit. Nam, ut diximus, pre-
ciosissimus thesaurus est scientia dei & ueritas, propter
quam annunciatā ē cœlis uenit Christus. Venit enim
in hunc mundū, ut illuminet omnem hominem ueni- en-
tem in hunc mundum. Et regnum Christi est, ut testimo-
nium perhibeat ueritati. Officium autem nostrum uni-
cum, quo homo glorietur iuste, si ueritatis maximē fue-
rit particeps: id sicut in agnitione Iesu Christi, qui nobis
est uia, ueritas, & uita. Et haec est uita æterna, ut cognos-
camus patrem ac filium, Ioan. 17. id quod per solam ue-
ritatem contingit. Atqui hoc donum non tam multis
contingit. Scitis enim quod multi uocati sint, pauci ele-
gi. Contendere oportet per arctam portā. Multa sunt

IO. OECOLAMPADII

que impediūt intrare in regnū ueritatis, ut pote odium proximi, glorie affectatio. Qualia multa præcesserūt indicia, in libellis famosis, qui hincinde uolarūt, & sunt alioqui animi exulcerati. Ostendit Christus in puerō, quem in medio discipulorū accedere iussit, qualem esse oporteat disciplinæ suæ capacem, nempe humiliatum ut paruulum, non sublime de se sapientem, non multis affectibus deditum. Nihil morentur magistralēs & doctoralēs tituli, qui nihil ad rem facient: oberit ueritati inueniendā fastus & superciliū omne. Hęc ideo loquimur, quia pleriq; nos anteā suis libellis damnarūt. Necesse nobis & ipsis est, ut illi damnationi suae renunciēt, & pro fratribus agnoscant, non omnibus modis desfratis. Nam illi fructus carnis præcludēt uiam inueniendā ueritatis, & non sinent agnoscī uel Christum uel spiritum eius: quod nos pro parte nostra pollicemur. Itaq; ubi ueritatis tantus fuerit amor, absit simulatio. At quid ago? Sunt qui dicant: Quiduis cognoscatur euincaturq; per uerbum domini, se non curaturos, sed strenue in pristinis suis consuetudinibus, quas ecclesiæ nomine palliat, usq; ad Conciliū prouecturos. O uocem auditu grauiſſimam, o Concilium miserum. Sic non inuenietur ueritas, quem admodum neq; ipse Pilatus ueritatem inuenit, quamuis de illa folicitate rogaret. Bene dictum est: In maleuolam animam non ingredietur sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis prudentia. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet factum, & auferet

se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripie-
tur à superueniente iniquitate. Quandiu non fuerimus
ablactati à lacte, auisfi ab uberibus, & dicimus, man-
da, remanda, expecta, reexpecta, modicū & modicū,
nulla spes quod dominus suam scientiam docturus sit,
sed ibitur, & cadetur retrorsum, ita ut fiat contritio, il-
laqueatio, & captio. Ne simus, oramus, ucri illusores,
sed toto desiderio ueritatem diligamus & queramus,
& quemadmodū ceruus qui desiderat ad fontes aqua-
rum, ita ad cognoscendū dominū nostrum Iesum pro-
peremus. Habetis in hac re cooperarios, & nos, si quid
dominus nobis concesserit spiritualis gratiae communi-
candum. Verum ante omnia requirit charitas & u-
ritatis studiū, ut absentiū fratrū habeamus rationē, &
ut cōdemnationes illae interim cessent, donec spiritualia
spiritualibus collata, uel lucem aperiētia, nos mutuū con-
ciliarint, uel dirimentia ad suos remiserint: quæ duo si
contempta non fuerint, non dubitamus, ut sunt
equissima, & maximè huic instituto ne-
cessaria, ita & deo grata, & nobis ac
toti reipublicæ Christianæ futura
maximè necessaria.

Deus fortunet,

IO. OECOLAMPADII
ORATIO HABITA IN SY-
nodo, anno 1531. Ioanne Oecolam-
padio autore.



Viamuis Christum uerissime sciamus di-
xisse, se fore cum suis usq; ad consumma-
tionem seculi: Nouit enim suos, nec è ma-
nibus eripi sinet: nihilominus tamen dele-
gerat apostolos, & ascendens in coelum, dona misericordie
minibus, uolens cooperarios habere, & non simpliciter
tute sua omnia perficere. Vnde alijs datus sermo sapien-
tiæ, alijs scientiæ, alijs opitulationis, alijs dona quinq;
alijs duo: quæ omnia in utilitatem ecclesiæ ut concessæ,
ita & dispensanda sunt: cuius tantam curam habuit
Christus, ut nihil æque commendarit. Ipsa est uinea do-
mini, ipsa est hereditas domini, ipsa templum domini,
ipsa unica columba, ipsa sponsa, ipsa deniq; corpus do-
mini, propter ipsam fudit sanguine, instituit sacramen-
ta, misit apostolos, paucis perfecit omnia, ita ut extra il-
lam non sit salus. Ei qui illam non curauerit, nec uirgi-
nitas uirtus est, nec martyrium corona, nec eleemosyna
bonum opus, nec miraculorum fides sanctimonia, nec
diuinarum rerum sciëtia, sapientia est. Quisquis enim
non amauerit illam, is nec Christum, nec aliquid mem-
brum eius uerè amauerit. Quotquot autē illam amant,
nec illum ex membris eius odisse possunt. Itaq; unus-
quisque qui seduci dannariq; non uult, recogitat ac
operam dabit pro utrili illi prodefe, illam congregare,
illam

illam honestare. Nunquam bene habent membra, si mā
lē habet corpus. Proinde sicut olim unusquisq; quod ha
bebat, siue aurum, siue argentū, siue linum, siue oleum,
siue aliquid aliud, conferebat in ædificationē tabernacu
li: ita & nos quoq; quod habemus, quod uiuimus, quod
scimus, quod possumus, & ob hoc uiuere, sicut Paulus,
precemur. Nam alioqui dissolui, & esse cum Christo,
præstat. Hoc secum expendentes sancti patres, multa
instituerunt & fecerunt, in quo illos recte imitamur,
si etiam nunc eadem est utilitas. Inter alia autem & an
niuersaria synodus, seniorum ecclesia, necessariò &
utiliter instituta est. Cum enim saepc indiligenter uigi
latum fuerit, astu satanæ & hominū ignavia, etiam qui
optimi agri, lolium & spinas proferunt. Vnde non absq;
fructu conuentus huiusmodi, & in noua ista reforma
tione in ecclesijs habentur, ut dispiciatur diligēter quan
tum uel proficiant, uel deficiant, & quomodo illis con
suli ac prospici queat, quid emendandū reparandum ue
sit. Maximè autem, ni fallar, & utinā fallerer, opus est
communi consilio & exhortatione, ubi fides quasi tota
extincta est, charitas refriguit, iūrtus contempta, timor
dei euacuatus, regnat malitia, prævaluit hypocrisis,
dominatur immisericordia, & quasi in peccata conspi
rant omnes. Adeoq; similis uidetur nobis nostra eccl
esia grauiter ægrotanti, & morti vicinæ: aut nauī que
grauiissimis procellis agitat, & passim influentibus in
eam aquis, & nisi in tempore succurratur, actum est.

IO. OECOLAMPADII

Nolo enim ipse nunc commemorare, quæ gemens pres-
mo, sed audieris opinor ex fratribus, quam horrenda sit
cuius facies, quam male excipiatur uerbum & doctrina
Christi, quam concilcentur sacramenta, & qui ut pa-
tres obseruandi, Iudeis & lenonibus sunt contemptio-
res: quanta sit licentia uiuendi, idq; in tot annis: sed tantum
præfari uolo, ut quiq; pro suis ecclesiæq; afflictio-
ne misereantur, pro qua Christus passus est, nihilq; in
se desiderari permittat, siue libertate dicendi, siue pa-
tientia, siue sedulitate officiorum & laborum, eoq; mer-
ces magna reposita est. Nemo hominū metu deum con-
temnat, & talentū recondat. Absit ut sit inter nos Cain-
dicens: Nunquid ego custos fratri mei sum? Vos pasto-
res, qui ut Nazanzenus ait, quasi anima debetis corpo-
ri esse, & ut Christus dicit, sal terræ, & lumen mundi,
& oculus aliorum, ut non solum doctrina, sed etiam ui-
tæ innocètia fideles ministros Christi exhibeatis. Nunc
autem quæ ad utilitatē ecclesiæ pertinent, ueraciter &
amicè detegatis. Vos oro domini, qui ad hoc deputati,
& ipsi Christiano feliuore prædicti, nullo admonitionis
ut confido, calcare egetis, quoniā tanq; brachiū estis, et
à deo dati protectores, in laudem bonorum, & in poe-
nam malorum: non defatigemini audiendo, sed beneuo-
lis animis propter Christum, propter ecclesiæ, propter
subditos uestrros, propter gloriam uestram, misericor-
diam & iustitiā uestram attendite. Ecclesiæ enim sunt
plus afflictæ, quam uiduae, plus desolatæ, quam pupilli,

ORATIO.

191

Si à uobis fuerint relictæ, & non paternæ obseruatae.
Vos quoq; qui gymnasio, scholeq; præstis, libenter
memincritis, quanum ecclesiæ debeat is, ut iuuentus à
doctrina Christi non abhorreat, sed illa alatur & inspi-
tuatur. Nam & Aegyptium aurum, hoc est philoso-
phice doctrine, & legum cognitio, naturæq; ac mor-
borum, & linguarum, ac historiarū peritia, in tabularū
constructione offertur. Estis & uos Christiani, unde nec
erubescetis quod Christianorum est, & pro magnitu-
dine ingeniорū ecclesiam commendatā habebitis. Simi-
liter & qui olim in monasterijs, uel collegiatis ecclesijs
clericij & sacerdotes habitu estis, peculariterq; ad uos
pertinere putastis templi illius quod ex lapidibus & li-
gnis est, & cantando & legendo curam, iam oramus
multo amplius uos idoneos ut faciatis, ut uel aliqua ex
uobis utilitas uero dei templo prodeat. Quibus est inge-
nium aptum ad literas, ne perdant illud: alij misericor-
diae studeant, alij uel innocentia Christo profint. Absit
enim ut à melioribus auocet uos Euangelijs prædicatio-
nam ad optimam queq; uos inhortatur, superstitionē tol-
lit, religionem ueram auget. Demum & uos subdiaco-
ni, & ministri sacrifacæ, non ideo, quia inferior est
conditio uestra, ideo & religionē nihil ad uos pertinere
putatis: potestis & debetis etiam uos tam sedulitate mi-
nisterij, quam etiam uitæ honestate ecclesiam comment-
dare. Imò omnes deum oremus, ut in hoc nobis assit.
Porro nunc in congregatiōne tria facienda erunt: pria-

IO. OE COLAMPADII

mum puritas confessionis & fidei, an sit immaculata, ab omnibus est requirēda, in quo dum ex corde unanimes sumus, utique studebimus nō otiosam esse fidem. Absit enim quod quis aliter credat corde, quam profiteatur ore. Deinde audientur presbyteri & ecclesiastæ, ut in uirtutibus habeant ecclesiae, & quid ab eis consilij affectatur. Postremū si quid sigillatim ecclesiae nomine qui busdam erit indicandum, uel etiam suscipiendum, & si qui examinādi restent. Confessionē fidei nemo putet superuacuā. Scimus enim quales hincinde prodeant libelli, ad subuertēdos si fieri posset electos, parati. An nō mosissimi libelli qui de erroribus trinitatis, & qui à cattabaptistis cōtra cōcionatores editi? Et pessima impiorū colloquia quæ ubiq; uolant in conuiuijs, & stationibus, ac itineribus, satis admonere nos debent, ne illam erube scamus. Sed quò maior inter nos sit charitas, sic certius charitatis fundamentum fides communis. Si enim una fides, unus dominus, una utiq; ecclesia. Age primus confiteor, quid corde credam. Vnum simplicissimum natura deum fateor, nō tres deos: Tres autē unius naturae personas, coæternas & coæquales natura, uirtute, ac beatitudine, in quibus nec prior nec posterior, nec maior, nec minor. Illum fateor præelegisse secum ante omnia secula seruandos, & propterea in utilitate humani generis eccl̄um, & terram, ac omnia quæ in eis sunt condidisse. Cumq; homo rectus, & cum liberi arbitrij potestate conditus ad imaginem dei, sua sponte in peccatum prolas-

prolapsus, damnationi totum genus factum est obnoxium, & infirmata est in nobis natura optima ad bonum, & pro ea successit tanta ad peccandum proclivitas, ut nisi per spiritum dei reparemur, nihil uel agamus, uel uelimus boni. Fateor etiam deum à seculo curam habuisse generis humani, misericordia præcones iustitiae, exhortatores ad inuocandum nomen dei ante & post diluvium, patriarchas. Deinde utilem & sanctam legem spiritu sancto inspiratam per Mosen dedisse, non solum iustitiam, quod ad ceremonias tunc necessaria, sed etiam nobis utilem, tum quia ad Christum, tum quia legem naturæ in nobis obscuratam excitat. Similiter, ut sanctissima dei dona, prophetas amplexamur, qui nos de Christo certiores faciunt. Tandem autem in nouissimo tempore, fateor prædictum uerbum, hoc est filium dei, carnem factum esse, & humanam naturam diuinæ in unam personam iunxisse, & factum esse fratrem nostrum, ut filios dei ficeret, qui de spiritu sancto natus ex uirgine Maria, semper uirgine. Post uera miracula, & sanctissimam doctrinam, & postquam instituta sunt sancta sacramenta, crucifixus & uerè mortuus fuit sub Pilato præside, omnino pro peccatis nostris satisfecit, patremq; coelestē nobis propitiū fecit unica consummata hostia. Sepultum corpus, animam uero triumphasse de inferis & morte in consolationē patrum, quibus haecenus coeli ingressus præclusus. Tertio autem die resurrexit corpore: & postquam discipulis satis ostendit se,

resurrexisse uerè, corpus suum à terra in cœlum sustulit, & die quinquagesimo misisse spiritum sanctum apostolis, qui uarie illos spiritualibus donis locupletauit, quod idonei fierent ad congregandā ecclesiam ex Iudeis & totius mundi gentibus, in unitatem fidei, quæ est nostra Zion & Hierusalem spiritualis per prophetas predicata, in qua ciues sunt qui Christum uerè confitetur, & charitate ab alijs se non diuidunt, eandem synceram fidem confitentibus, & ut animo non separantur, ita symbolis ad hæc à Christo sacratis, fidem charitatemque testantur, siue sub initium baptismi, siue in profectione coronatione dominica. Vnde etiam remissio peccatorum, & gratiarum actiones in ecclesia, cui ad hoc claves datae sunt regni cœlorum, ita ut quicquid illa liget, etiam in cœlis sit ligatum, & quicquid soluat, etiam solutum sit in cœlis: quo nomine & excommunicatione, si legitimè fiat, minime contemnendam, sed ualde utile ecclesiæ remedium à Christo datum confiteor. Expecto autem bona spe diem iudicij, in quo mortui resurrecturi cum corporibus, & omnes à Christo iudice sententiam acceptuimus prout hic uixerimus, & fideles quorum fides per charitatem operata fuerit, uitam æternam ingressuros. Quorum autem fides facta, charitatisque nescia fuerit, & immisericors erga membra Christi comprobata, æterni ignis cum diabolo incendijs addicendos. In ijs autem que ad sacramenta pertinent cœnæ dominice, confiteor animas nostras per fidem in morte Iesu Christi carne

C

Osanguine pasci, & potari, idq; pane dominico sancte commendari. Non autem corpus Christi nunc uel lo- caliter uel dimensuē, sed sacramentaliter adesse, & sic Christum uerè credentibus adesse. Non habeo inter Christiana dogmata, pueros Christianorum non licere baptisari, nullo in casu licere iurare, magistratum non posse esse Christianum, necessariō communia omnia Christianis, tolerandas imagines que prouocat ad idolatriam à magistratu. Deemoniorum dixerim doctrinam prohibere cibos & nuptias, non docendam liberatatem spiritus. De sanctis & virgine Maria honeste & honorifice loquendū: orationes tamē nostras utilissimū esse conuertere ad deum per Christum Iesum, cuius gloria querēda in omnibus. Hæc mihi indubitate sunt: contraria autem doctrinam ut abominabile, anathematis zarium. In hac fide oro fratres, ut unanimes simus, & eam confiteri non erubescamus. Quod si qui sunt qui contradicant, uel hæc suspecta habeant, certis scripturis communiti, oramus ut indicent. Ad maiorem autem unionem confiteamur singuli &c.

QVOMODO IN ORDINEM
redigendi sacrificuli uagi, D. Ioan. Oecolam-
padij consilium.

- 2 Conscribantur nomina omnium clericorū ex colle-
gijs, parochijs, & monasterijs.
- 2 Deligatur superattendens qui præstet iuramentum

IO. OECOLAMPADII

fidelitatis dispensandi & ordinandi cum singulis pro gloria dei, & utilitate ecclesiae.

3 Præcipiatur omnibus clericis ut obediāt superattendenii, sub poena infligenda iuxta rationem excessus.

4 Similiter ne contradicant Pedello citanti ad conuocationem, uel ad comparendum.

5 Quantum ad religionem superattendens diligenter incumbat, ut singulis diebus, singuli ad minus unam concionem audiant.

6 Hic discernat, quibus satis de temporali uictu prouisum, & non opus labore manuum habeant, quod tales etiam adiungantur ad lectionem theologicam.

7 Quibus uero minus prouisum, cum eis disperset, sic tamen ut in alios usus ecclesiae, ubi commodum, dependentur, utputa quod ex eis elegantur Pedelli, sint elemosynarij, sint collectores eleemosyne.

8 Item in ecclesia simul sedeant uel stent, non dispersi, siue in lectionibus, siue concionibus.

9 Item quod in lectionibus habeant suos libros.

10 Item quod communicet & audiant uerbun de iis suis parochijs à quibus aluntur, ad minus ter in anno, alias assistant Cœmunioni donec perficiatur, & si opus sit ministerio eorum, ne detrectent.

11 Item quod dominicis diebus ante prandium in parochijs assistant libro cantantes, post prandium & per hebdomadam diligent quatuor qui cantent.

12 Quod ad honestate uitæ attinet, monendi sunt clerici,

C O N S I L I U M.

194

riti, ut caueant sibi à familiaritate extraneorum qui aduersantur uerbo, & minus honestè uiuunt, nec illis instuant conuiuia, nec hospitio recipiant, nec personas suspectas, uel de fide, uel uita.

13 Monendi ne inter se laborent odio, sed se & ciues prosequatur charitate, siue familiaritate colloquij, siue exhibitione reuerentie.

14 Quod si oborta fuerit similitas inter eos, per sua perattendentem concordentur.

15 Nulli tolerandi sunt concubinarij, uel scortatores, etiam priuentur beneficijs, si non emendantur, & mo- neantur ut ducant uxores.

16 Quod uxores suas inducant, ne sint alijs scandalo, in religione, uita, & uestitu.

17 Nulli lusores tolerandi, siue pro multa, siue para- ua pecunia, maximè in publicis tabernis.

18 Quod intra muros ciuitatis nō frāt lōgos gladios, uel alia arma, nisi in uigilia & custodia ciuitatis sint.

19 Quod omnes conuocandi sint ad synodos.

20 Superattendens diligenter discernat eos qui sunt apti ad ministerium uerbi, ut liberentur ab alijs oneribus, quò melius possint uacare literis.

21 Ordinetur scriptor qui negligentias eorum qui in concione & lectionibus negligentiter se habent conscri- bant, mulctas postea defalcandas.

22 Quod superattendens quolibet mense omnes con- uocet, & exhortetur eos ad omnem honestatē, & dein

10. OECOL. CONSILIVM.

de redarguat, uel priuatum, uel coram alijs redaguedos,
et benignè audiat, si quæ sunt aliquorum querimoniae,
ac pro uiribus patrocinetur, ne omnino despectui sint,
et concilcentur.

23 Item reseruatu*m* ius sit addendi et minuendi, prout
occasio temporis fert.

24 Moncantur ut desistant à papisticis superstitionis
bus, utpote à rasura, et similibus.

25 Ad hæc caueant, ne infirmos inungat, uel supersti-
tionibus seducant.

DE MONIALIBVS.

1 Moniales quæ annuas pensiones habent ex monaste-
rijs, obligatæ sint ad matutinā concionem sub poena,
sive maritatem, sive non.

2 Cauent à choreis, luxu uestiu*m*, ludis, uagationibus,
detractionibus, iuxta sententiā Pauli, compotatio-
nibus et c. et conuocari poterint per superattendantes.

3 De ijs quæ nullas annuas pensiones habent ex mona-
sterijs, nihil incumbit superattendentibus, sive uiri, sive
mulieres sint.

4 Si quæ maritatæ fuerint, et annuas pensiones ha-
bent, uocari possunt per superattendentem, sed simul
cum marito, qui instruatur ne uxor eius frustra uiuat de
eleemosyna ecclesiæ.

CHRISTIANA RESPON SIO ¹⁹⁵
ministrorū Euangeliū Basileæ, cur Missam, à Papistis
iam in usu, abominationem uocarint, ex iussu
prouidi Senatus conscripta, quam & pur-
gatis auribus in publico senatu cura=
runt prælegi anno 1527.

Rudentia, grauitate, pietateq; uiri pa-
triæ patres, quum deus per Apostolum
suum Petrum præcepérat omnibus no-
bis, ut parati simus ad fidei nostræ ra-
tionem reddendam cuilibet petenti, quanto magis nos
uobis, nostro reuerendo magistratui (quibus & alijs
in rebus quid debeamus, non ignoramus) promptè si-
neq; tergiuersatione respondere conuenit ad proposi-
tam questionem: nempe quibusnam ex fundamentis
& causis in concionibus publicis affirmauerimus Mis-
sam illam papisticam non esse oblationem pro uiuis
& mortuis, sed detestandam abominationem coram
deo. Idcirco nos amates lucis incredibili gaudio affecit,
quod huius rei ratio à prudentissimo senatu exigitur.
Visum est igitur literis respondere. Sicubi autem non
uidebitur satis causa confirmata, quanquam nihil uere=
mur, pluribus alijs (habemus enim scripturā diuinām)
roboremus nostra. Vocamur uero in spem magnam in-
exhaustæ misericordiæ deum qui illo ueritatis deside=
rio incendit corda uestra, suam in uobis gratiam auclu=
rum, ut uos quemadmodum illi piij reges Ezechias &

DE MISSA, AD

Iosias post cognitam & exploratā ueritatē, omnibus
uiribus conaturi, ut quicqđ cōtra ordinationē dei, quic
quid cōtra sanam Christi doctrinā, quicquid humana-
rum aduersus præcepta dei traditionum (quibus ira dei
commoueri consueuit in miseros mortales) ē medio tol-
latur, idqđ quamprimum fieri potest: quod ad pacem
inclytæ ciuitatis Basiliensis, ad puros Christianosqđ po-
puli uestrī mores faciet, ne, quod absit, sanguis & sup-
plicium detestandorum peccatorum in die iudicij à uo-
bis nostris rectoribus requiratur, sed potius remunera-
tionem à deo, & in hoc seculo laudem, & gloriam non
uulgarem, & apud uestram plebem, & non paucos exa-
teros recipiatis. Neque enim quicquam est quod magis
principes cōmendet subditis suis, & subditos magis au-
dientes dicto reddat, quam uerbum & mandatum dei li-
berè & tutò prædicatum, sicut Iosue cap. 1. facile est ui-
dere. Nec ullare exteri magis cōmouentur, quam cum
uident serio ueritatē, gloriam dei, bonosqđ mores pro-
uehi & coli. Dominus enim custodit ciuitatē, que qua-
rit gloriam eius: quas ob causas nos non sine animi gall-
dio & magna fiducia respondemus ad oblata.

Primum autem omniū testamur, quod nos neqđ in pu-
blicis concionibus, neque hoc scripto, aut loquimur, aut
scribimus contra sacrosanctam Christi ordinationem,
& apostolorū morem in coenae dominice sacramento,
quantum in sacris literis nobis est traditum: sed contra
nullo modo tolerabiles abusus, qui longiore tempore
uarijs

uris rationibus cum magna iactura gloriae passionis domini nostri Iesu Christi, atq; graui seductione simpli cium aduersus Christi de cena dominica decretum, & apostolorum usum irrepserunt, & mordicus sine sacra scriptura defenduntur. Propterea a fraude & mendacijs per quosdam papisticos concionatores, & alios nonnullos, nobis qui ueritatē habemus perpetuò aduersantes, in uulnus spargitur, quod nos conemur omnia bona opera impedire et abolere. Hoc aduersarij nostri fingūt, ut cætera omnia. Nihil nobis accidere potest molestius, quam quod non secundum vias domini uiuitur. Scimus enim ex gratia dei quid quantumq; ceremoniarū Christianis utile necessariumq; sit. Et nostrum propositum, optima in uerbo dei conscientia munitum eō spectat, ut quod in sacramēto hoc cœnæ optimè est coepit à Christo præceptore nostro, etiā bene purissimeq; nulla adulterina traditione à nobis celebretur: neque aliter se rem habere comperit ullus unquam. Atq; præsente dei gratia, hoc diuini uerbi testimentijs probabimus, & in nomine domini iam nostras rationes profremus. Certum est enim illos omnes qui non solum gloriam dei respiciunt, curant'ue nihil pium, nihil uerum, nihilq; aliquo modo utile docere. Sic enim dicit dominus per Malachi prophetam cap. 2. Et nunc ad uos mandatū hoc sacerdotes: Si nō audieritis, & si non posueritis super cor, ut detis gloriam nomini meo, dicit dominus exercituum, mittam in uos maledictionē, maledicamq; benedi-

DE MISSA, AD

etionibus uestris, sicut etiam maledixi eam, quod uos non ponitis timore meū super cor. Ita clarum est, ubi non prima nominis siue gloriæ dei ratio habetur, ibi iram et maledictionē à deo sine dubio esse: nam deus zelotes est, & ignis consumēs, Deut. 4. Vult suum nomē magnificari, & laudari. Propterea & Iudei & genies in sensus reprobos & iudicia corrupta inciderunt, quoniam cognouerunt deum, sed ut deum non glorificauerunt, Ro. 1. Dominus dicit: Gloriā meam nulli alij dabo, Esa. 42. Summatim, qui nō querit gloriā eius, non studio habet ut augeatur, hic non est, non loquitur, non uiuit ex deo, sed est à deo anathema. Nam quicunq; non est cum Christo, nimirum ut deus glorificetur, est contra eum. Matth. 12. Quisquis autē est cōtra deum, ille est abominationem coram domino, & hostis eius. Porro cum carnalis homo non sit eorū quæ dei sunt capax, 1. Corinth. 2. & cogitationes eius à cogitationibus dei tantum absint, quantum cœlum à terra, Esa. 55. certè homo est nihil minus, quantum in se est, quam conscius consiliorum dei. Ro. 11. Quis ergo poterit homini dicere quæ sit uoluntas dei, quæq; uera eius sit gloria, sicut Lucæ 16. scriptum est? Quod hominibus est excelsum, est abominationem coram deo. Statim enim labitur à uero ad priuatā utilitatē, & suas inuentiones, ex quare id est idolatria et abominationes solēt exoriri. Quare Sapiens Prouer. 3. dicit: Spera in dominum ex toto corde tuo, & ne fidas tua ipsius sapientia, sed in omnibus uis tuis cognosce

cognosce eam, & ipse dirigit gressus tuos. Ne igitur ti
bi arroges sapientiam. Et Deute. 12. Vos omnino nihil fa-
ciatis, quemadmodum nos hodie, quod nobis iustum ui-
detur. Quamobrem stultiissime dicitur, quicquid homo fa-
ciat propter deum, esse opus bonum, & mereatur præ-
mium. Si sic res haberet, non opus esset scriptura, &
quiuis abunde sibi satis saperet. Atq; etiam si esset bo-
num, quo nam modo posset homo certus fieri in con-
scientia sua? qua fiducia posset uiuere deo? Vbi non est
cognitio uoluntatis dei, neq; spes aut fides adesse potest,
maxime difficultatum & tribulationum temporibus.
Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Ro. 14.
Vbi peccatum, ibi est abominatio coram deo. Quum
igitur in hunc modum res sine controuersia se habeat,
manifestauit dominus uoluntatem suam per prophetas,
apostolos, & per Christum ipsum, ut nos certam scien-
tiam, non dubiam opinionem habeamus, qua via deus col-
debeat. Mandauit etiam diligentissime legem & uerbum
suum custodiri, ut neq; ad dexteram neq; sinistram decli-
nemus, neque addamus, neque detrahamus quicquam.
Deut. 4. Qui prophetam quem dominus inter fratres
excitarit, non audiet, ab hoc dominus requiret. Deut. 18.
Nunc igitur post latam legem & ueritatē cognitam,
transgressio longè grauior est. Et dominus prorsus uult
coli secundū uerbum suum. Hanc ob causam Saul rex
a deo reprobatur, quanquam opera eius in speciem uide-
bantur bona, quod uoluit opimos boues uero deo ma-

DE MISSA, AD

Etare & offerre, hocq; illi est idololatrie loco imputatum à deo. 1. Reg. 15. Propterea & interij Oz a subiecta morte, quod attigerat arcam contra præceptum domini, & illud uidebatur illi bonum opus. 1. Reg. 6. Ipsum Chore cum suis deuorauit terra. Nume. 16. Videlicet etiam in oculis hominū pulchrū & magnificū amoenos lucus iuxta templū & altare domini habere, sed domino non placebat. Dcut. 16. Putabatur Hierosolymis in Tophet præclarum opus esse mactare offerendo proprios filios, sed quo magis putabatur, hoc abominatus coram deo erat: propterea deus dicit se neq; præcepisse, neq; unquam cogitasse talia. Hiere. 7. Mandatum fuit Iosue: Magno animo esto & fiducia, ut facias & custodias omnia secundum legem, quam tibi Moses seruus meus præcepit: ne declines ab illa, neq; ad dexteram, neque ad sinistram, ut felici cum successores tuas peragas quocunq; tendas, & ne committas ut liber legis huius ab ore tuo auferatur. Rursum apud Esaiam cap. 30. scriptum est contra illos qui suas cogitationes & opiniones sequuntur: Heu filios inobedientes, dicit dominus, ut faciant consilium, & non ex me, & ordire mini telam, & non per spiritū meum, ut adderetis peccatum super peccatum. Ita omnes maledictiones respiciunt observationem verbi dei, & contemptū eius. Et Esiae 29. atq; Matth. 15. dicit ipse Christus, quod frustra homines cum colant doctrina & præceptis humanis. Et in Esiae est scriptum, quod etiam propter hanc causam

causam Iudei in illam non dicendam cœcitatem peruerterint. Certe tam bene sibi ipsi superbi illi placuerunt in suis constitutionibus et inuentionibus, ut Christum propter ipsas contempserint, oderint et occiderint tandem. Hoc paulò fuisse apud nos optimi simulque sapientissimi senatores diximus, quandoquidem nos certò sci mus quod nostri aduersarij in Biblicis scripturis non unam literam pro sua causa habeant, nec etiam ullam speciem. Nam nos ueremur, quemadmodum hactenus, contra uestrum senatus consultum, longos usus, patres, et ut loquuntur, ecclesiæ ordinationes simplici populo prædicauerūt, ita etiam iam conatueros, quod dominus prohibeat, uestram sapientiam et pietatem à uerbo dei, aut saltem à gloria dei uera et studio diuini uerbi deducere et fascinare. Ausi fuerunt aduersarij dicere Christum et apostolos eius multa docuisse, que literis sacris commissa non sint, ut Ioan. 21. 2. Thessa. 2. Item Christum dixisse, tum nō potuisse ferre discipulos, Ioan. 16. Illud hic refellere non est opus. Hoc cauillū contra scripturæ sententiā potest esse occasio et causa maxima rum errorum. Nam in hunc modum omnia mendacia, et hereses possent stabiliri, et de omnibus posset dici: Quanquam scriptum non sit, tamen apostoli illud docuerunt uiua uoce. Sequeretur quoque, quod sacra scriptura non esset integra et perfecta, quod est blasphemia in spiritum sanctum. Sic enim totum dogma fidei nostræ in dubium uocaretur. Nam comprehensum est

DE MISSA, AD

abunde satis in sacra scriptura quicquid necessariū est
fideli homini ad salutē. Nec propterea consequens erit
ueram ecclesiam tot annos errasse, sicut ab illis dicitur:
Potuit ne ecclesia tandem errare? Hic est animaduerten-
dum, ut ecclesia probetur an uerbum domini habeat: non
econtra uerbum domini per ecclesiam ipsam, an multi
aut pauci uerbo crediderint in ecclesia. Ipsa ecclesiana
ta est ex uerbo domini, & per uerbum dei cognoscitur
an uerè christiana sit. Nam si est Christiana, nullam
aliam uocem audit quam Christi sui pastoris & sponsi,
Ioan. 10. quā uocē ei scilicet ecclesiae apostoli annūcia-
runt: imò si angelus ē cōelo ueniret, et aliud doceret, ana-
thema esset. Gal. 1. Si nos sectatores et amatores sumus
doctrinæ Christi, & discipuli eius, Ioan. 8. nec nos ex-
cludemur à uera ecclesia quandiu tenuerimus uerbum
dei: qui autem sanæ Christi doctrinæ non obtemperat,
hic est superbus & fastu turgidus, & nihil omnino scit.
1. Thimo. 6. Quomodo igitur nesciētes, nos ueram reli-
gionem & ueram dei culturā docerent? Propter has
causas confidimus, uestræ sapientiæ & pietatis senatus
consultum ratum mansurum. Ita nobis erit certissimū,
si Missa celebrabitur sicut hactenus, non posse cum uer-
bo dei ullo modo coniungi, sed illi contrariam esse, ut
quod maximè. Ita erit Missa illa diabolica idololatria,
& detestanda abominatio contra dominum, propter
quam nos meritò in inexorabilem iram dei caderemus.
Hoc probabimus & clarum faciemus duobus modis.

Primo

Primo, quod usus papisticæ Missæ nihil prorsus commune aut simile habet cum cœna dominica à Christo instituta, et pugnat non minus quam album et nigrum: quare non minus graviter quam Achas peccaverūt, qui altare ad similitudinē illi in Damasco fecit Hierosolymis, et altare dei ex templo eiecit, ut Reg. 16. Ita illi uerum usum cœnæ dominicæ à Christo ordinatū reliquerunt, et in locum eius Missam adornarunt ex suis stultis opinionibus. Hoc non potest non esse magna et blasphemata abominatione coram deo. Secundo conuincemus ex errore eorum, quod Missam oblationē et pro uiuis et mortuis satisfactionem uocant, esse horrendam abominationem. Porro si ipsa Missa esset à Christo instituta, quod nullo modo est uerum, tamen per abusus illorum redderetur blasphemia et maxima abominatione coram deo. Nam quod rectum est, rectè debemus sequi. Deut. 16. Primum omnium considerabimus formam et rationē Christi in constituta cœna sancta, et dein ceps coferemus ipsum abusum ad ueritatem. Hæc autem omnia ex Evangelistis et diuino Paulo discere debemus, et nusquam alibi. Nam hoc est in confessio, quod uera et omni laude prædicata Missa, ut uocant, à Christo in ultima cœna antequam pateretur est instituta, et diserte optimèq; ut ordinata, ab Evangelistis et S. Paulo descripta. Ipsam constitutionē dominicæ cœnæ describit Evangelista S. Lucas cap. 22. his uerbis: Et cum esset tempus accubuit, et duodecim apostoli cum eo, et

DE MISSA, AD

ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare uo-
biscum antequā patiar. Dico enim uobis, posthac non
edam ultra ex eo donec compleatur in regno dei. Et
accepto poculo, gratias egit, & dixit: Accipite hoc, &
diuidite inter uos. Dico enim uobis, me non bibiturum
de fructu uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pa-
ne cum gratias egisset, fregit ac dedit eis, dicens: Hoc
est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in
mei memoriam. Similiter & poculum postquā cenā-
uit, dicens: Hoc poculū nouum testamentū per sanguis
nem meū, qui pro uobis effundetur. Hæc S. Lucæ sunt
uerba. Alij Euangelistæ eandem scribunt sententiā,
quibusdam uerbis mutatis. Nam S. Mathæus cap. 26.
dicit de calice: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim san-
guis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur
in remissionē peccatorū. Diuus Marcus uero cap. 14.
inquit: Biberunt omnes ex hoc, scilicet calice. S. Paulus
in priore ad Corinth. 11. cap. interpretatur uerba do-
mini, dicens: Hoc facite quotiescumq[ue] biberitis in mei
commemorationē. Quotiescumq[ue] enim comederitis p[ro]p[ter]e
nem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem domini
annuncietis donec uenerit. Probet autē homo seipsum,
& sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. S. Ioann.
huius sacramēti constitutionē non describit, sed à capi-
te 13. usq[ue] ad 18. docet quomodo Christus usus sit coena,
quidq[ue] in ea fecerit, nimirum quod lauit discipulis suis
pedes, quod orationē ad eos habuit, præcepit charita-
tem

tem, ad patientiam adhortatus est, robur fidei in deum
illis addidit. In primis autem Iudam proditorem repræ-
hendit, & oravit patrē pro suis discipulis. Diuus Paulus
in prima ad Corinth. 10. cap. dicit: Nos multi su-
mus unus panis, & unum corpus, quando unius panis
participes sumus. Euangelistæ etiam affirmat dominū
hymno dicto sanctissimā suam cœnam finiuasse. In uer-
bis iam prædictis, totius propositi negotij summa et fun-
damentum est. Quando autem dominus dicit Ioan. 5.
Scrutamini scripturas, conabimur quam diligenterissime
sacram consulere scripturā, & hinc colligere quoniam
modo debeat cœna domini agi, ut recte celebretur. Pos-
sumus autem totam rem propositam in quatuor par-
tes distribuere. Primo quædam communia sunt mini-
strantibus, & accipientibus sacramēta. Secundo singu-
latim quædam sunt ministrorum quos presbyteros uo-
cant. Tertio sunt quæda peculiaria accipientiū sacra-
menta. Quarto quædam in ipsis sacramentis sunt ad-
uertēda. Ita ordine singula expendemus. In primo lo-
co, de uero usu cœnae domini uidebimus, quod officium
sit in ecclesia ministrantis & accipientis, hoc est pres-
byteri, & populi. In cœna enim dominica Christus fuit
ceu minister & presbyter, & duodecim discipuli erant
communicantes & populus. Hoc loco S. Lucas scribit:
Postquam hora uenit, accubuit Christus, & duodecim
discipuli: ut nobis esset exemplum in quo disceremus,
quod in ecclesia Christi omnia debent cum decore & or-

DE MISSA, AD

dine fieri. 1. Corinth. 14. Nam et locum tempus obseruata hic uidemus: quod tamen non sic debet intelligi, ut relinquentes uerum genuinumque intellectum, nondam sequamur literam. Nam docemur ut quamcommodissimo modo et ordine utamur. Hæc hora hicque in mensa accubitus erant illis hic quamaptissima ad diuinum illud opus, et gratiarum actionem, partim quod paschalem agnum debebant uesperi comedere, partim quod appropinquabat nox passionis Christi. Sed nobis tempus ante prandium idoneum magis est. Est etiam multis modis commodius stantem populum quam sedentem sacramenta accipere, quam in tanta multitudine sedere, et sacramenta circumferre. Sicut etiam maior commoditas est ut panis antea sit frustratim fractus, quam si in dando frangeretur. Ut semel dicam, Euangelista in externis illis non aliquid mandare, et precepto statuere, sed nobis honestum ordinem commendare uoluit, alios qui impossibile esset ut in hunc modum ad amissim omnia fierent. Hac enim ratione non plures quam duodecim simul possent communicare, et ab uno cogerentur accipere: item tantum uesperi necessum esset domini eam coenam celebrari. Hic secundo Christus cum discipulis suis manducauit paschalē illum agnum, et renunciauit corporali cibo, et potui, cum dicit se post non manducaturū de illo donec impleatur in regno dei. Et in sequentibus dixit, se non amplius babiturū de frumentis, donec ueniat regnum dei, ut nos doceret, ne quereremus.

Quereremus coenam carnalem, ad implendū uentrem,
 neq; in posterū essemus addicti iudaicis ceremonijs &
 figuris, rerum uerarū umbris, sed ut grati cum gratia-
 rum actione in spirituali isto cibo, uerbū & promissio-
 nes dei in fide non facta appræhenderemus. Tertio,
 debent & ministri & communicātes mensē domini in
 charitate conuenire, & uerè mutuō charitatem testari.
 De Christo dicit Ioannes, quod suos ad finem usq; dile-
 xerit: & commisit illis etiam mutuā charitatē summo
 studio. Et nos omnes in una ecclesia congregati, unius
 corporis esse membra existimare debemus, pro corpo-
 re inquam spirituali, uerè fratres per Christum. Multe
 unum corpus sumus, quando participes sumus unius pa-
 nis 1. Corinth. 10. Quarto, æquum est, nisi aliquid
 magni momēti urgeat, ut ex omnibus nobis aliis alium
 ad finem expectet, & perseveremus in communī ora-
 tione unanimiter ad finem. Solus Iudas à coena in suam
 maximam perniciem abiit ante alios. S. Paulus scribit:
 Fratres quando conuenitis ad manducandū, aliis alium
 expectet: si quis autem esurit, domi comedat. S. Mat-
 theus & S. Marcus dicunt: Et cum hymnum cecinis-
 sent, exierunt in montem oliuarum. Nunc uidebimus
 seorsum quod officium sit ministro & dispensatori my-
 steriorum dei. Huius functionem & officium in Christo
 exemplari cognoscemus. Et hic quædam diligenter no-
 tanda sunt. Primum, Christus dedit seipsum omnibus
 suis discipulis & ministris, potissimum concionatori-

DE MISSA AD

bus per exemplū quod lauit pedes, docuit illos ut essent
humiles, & ad ministrandū omnib. prompti & parati.
Secundo, Christus studio & de industria omnē externā
pompā uitauit, quō nobis sublimiora inculcaret. Pro
pterea etiam postquā lauit eorum pedes, iterū accedēs
ad mensam, suas solitas uestes induit (ut scribit Ioan.) et
docuit hoc exemplo, quod etiam eius discipuli minia
stri ue præcipua curare debent. Tertio, Christus dile
genter Euangelium annunciauit, admonuit & obiu
gauit Iudam: charitatē, patientiam, & futurorū spem
docuit, idq; adeò apertis uerbis, ut discipuli dixerint,
Ecce iam non loqueris in parabolis. Quarto, Chri
stus egit gratias antequā discipulis sacramenta tradis
derit, adhortatus discipulos ad meditandam & annun
ciandam suam passionē. Quinto, Christus in fine pa
trem magno affectu inuocauit, & pro omnibus creden
tibus patrem orauit. Ioan. 17. In tertio loco iam dicto
cernimus quid discipuli & cœnæ domini communican
tes egerint. Magna attentione uerbum & doctrinam
Christi audiuerūt, & obedienter sacramenta panis &
uini sumpserunt, sicut sanctus Marcus dicit: Biberunt
omnes: his uerbis nemo excipitur. Quarto loco sua
prædicto colligimus ex quibus sacramentū efficitur, nisi
mirum materia & uerbo. Sine dubio enim ubi horum
alterum deest, sacramentū nullo modo esse potest. Por
rò Christus uerè materialiter panem & uinum accepit,
& in usum sacrameti elegit, nec nos legimus aquam aut

uas aut aliud quicquā Christum accepisse. Et ipse etiā dixit hæc uerba: Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, & hic calix est nouum testamentum in san-
guine meo, qui pro uobis effundetur. Per que uer-
ba panis & uinum fiunt sacramēta & sacrosancta si-
gna corporis & sanguinis Christi. Atq; hæc uerba no-
bis afferunt lætissimi euangelij promissiones, quas si fi-
de uera appræhēdimus, manducamus in spiritu spiritua-
liter carnem & sanguinem Christi, & per hoc uitam
consequimur æternā. Et nobis est hoc sacramentū ceu-
liter testamenti, que magna promittūt, munit̄ duo-
bus sigillis, que debent illæsa & integrā manere. Si
illa omnia ut enumerata sunt obseruantur & expro-
merentur, esset uerus usus cœnæ domini, & esset uere
sancta, ut uocat̄, Missa, quam glorificatus deus respice-
ret, & posset nobis esse maximorum bonorum causa.
Illa per fidem erga deum, per charitatē erga proximū
nos posset formare. Hic nullus locus seditioni inobedien-
tieq; posset relictus esse, imò potius hic patientia, pax,
unanimitas, regnarent. Contra hanc doctrinā nihil po-
test ex sacris literis statui aut probari, nam est ex prin-
cipijs & fundamentis solidissimis ducta: omnia enim
refert ad fidem & charitatem, per que sunt omnes do-
ctrinae probādæ, iubentibus S. Paulo 1. Tim. 1. & S.
Ioanne fermè per totam epistolam. Ex aduerso vide-
tur fortassis posse respōderi: Verum quidē esse illa que
diximus, non posse reprehendere quenquam, sed opor-

DE MISSA AD

tere etiam cum illo probato usu alias ceremonias con-
iungere, quemadmodum haclenius in usu fuerunt: sicut
tum negotium maiore laude fore dignum. Respondeas
mus, etiam si ceremoniae illae ab hominibus excogitatae
et additae omisæ fuerint, nihil refert. Neque uerè Chris-
tianum offendent illa reiecta, cadelarum incensio, sua
migrationes, pulsus, apparatus altarium, præciosæ et
artificiosæ imagines, uarie picturæ, serici, nitentes pat-
ni, reliquiæ sanctorum, musica instrumenta, figuræ cat-
tiones, atque id genus alia quæ non ædificat animos homi-
num ad pietatis, fidei, et charitatis incrementum: sicut D.
Paulus dicit: Corporalis exercitatio parum est utilis.
Imo potius cum illa externa in magno loco sunt, et mor-
dicus defenduntur, fit sicut haclenius experti sumus, ut
illa dei præcepta fides, animi humilitas, charitas, et uer-
bi ministerium in infimo loco habeantur. Sed illa uera
quæ deo placent bona, per uerbum domini prædi-
cata, ad pietatem et iustitiam incredibiliter faciunt. Si
multitudo ceremoniarum deo placuisse, et nobis utili-
les ad probitatem uitæ iudicauisset, sine dubio Christus
æterna sapientia dei nos docuisse eas, illisque essent usi
apostoli, S. Paul. quoque effusius eas laudauisset. Si deus
magnifica sua, magnificis ceremonijs uoluisset celebra-
ri, in initio ecclesiæ quam magnificissime proposuiss-
set, sicut factum est in consecratione templi Salomo-
nis Hierosolymis, ubi oves et boues multi mactabantur,
et magna uis argenti et auri impendebatur, 3.

Reg.

Reg. 8. item in consecratione Aaronis summi sacerdotis, et in ornanda arca foederis. Hæc, si uoluisset deus, in primordijs ecclesiæ multitudo ceremoniarū iure esse instituta. Nunc Christus nos maioribus rebus occupari uoluit, et pompā illam magis terrenā quam cœlestē negligit. Ceremoniæ illæ nihil aliud sunt quam figuræ, que umbra sua ueritatē apud imperitos obscurant, idcirco nulla potior uia et ratio est cœnæ dominice habendæ, atq; simplex illa à Christo indicata. Aut Christus nobis non placet, cum modus eius nobis displaceat. Naaman cum simplicem illum in lordanæ modum lauandi contempnsisset, mansit leprosus: postquam autem lauit simplici animo, sanatus est, 4. Reg. 5. Humana sapientia in rebus diuinis stultitia est. 1. Corinth. 2. Cœnā illam dominicā non possumus purius celebrare, quam Christi, apostolorumq; usum quam diligenter imitantando. Est enim certa impostura, quod homines sine autoritate sacrarum scripturarum addiderunt, et deinde ascribunt spiritui sancto quod ordinarit. Quæ est temeritas, quod homines sua somnia spiritui sancto ascribunt? Oportet ne statim spiritum sanctum statuisse, ubi unus atq; alter, aut etiam plures episcopi conueniunt? Oportebat probare an eorum decreta, Christi doctrinæ sint consecrata, an fidem et charitatem prouehant: sic facile posset cognosci, quod spiritus sanctus huius generis constitutionum auctoresset. Putare autem officium spiritus sancti esse, ordinare superstitiones inutilesq; cere

DE MISSA AD

monias, est blasphemiae simile. Qui spiritus sancti natu-
ram ex sacris literis cognoscunt, ij optimè sciunt spiri-
tum sanctum non tam puerilia & superuacua praeci-
pere, quemadmodū in multis Concilijs factum est. Spi-
ritus sanctus nō renouat umbras imperfectæ ueteris le-
gis, nec imponit humeris Christianorum iugum illud,
quod nec patres portare potuerūt, Acto. 15. Nec quis-
quam nouum uinum mittit in utres ueteres, neque ul-
lus assuit noui panni assumentium in uestem ueterem,
Matth. 9. sicut aduersarij non sine blasphemia facere
spiritum sanctum audent affirmare, cum contra chris-
tianam libertatem, præter domini ordinationem plus
res ceremonias statuunt, & præcipiunt. Nunc satis cla-
rè diximus quomodo Christus usum sacramenti huius
docuerit, & ordinauerit. Nunc ueniamus ad Missam
illam papisticaam, quam comparemus coenæ domini,
idq; ordine quo in superioribus sumus usi. Primum
aperiemus abusum iuxta primum articulū nostrū, qui
continebat quænam functio sit cum dispensatorū, tum
communicantiū sacramenta. Hoc loco est primus error
papistarum confusionis, non quod aut tempore & loco
conseruandis peccent, sed quod nullam rationē habent
christianæ libertatis, quam Christus suo sanguine ab ini-
mico asseruit, & præceptorum laqueos ne ētunt in ex-
ternis, nempe uestibus, unctione, quadam superstitionis
re auriculari confessione, & alijs hoc genus innumerab-
ilibus. Nam utriq; ministrantes & communicantes gra-
uiter

Viter peccare se putant, si quidpiam omiserint humanae
 rum constitutionum, & uendicant nomine boni ordinis,
 cum maior nulla posset esse cōfusio, quam cœnā domini
 alligare ad huiusmodi præcepta hominum, & seruire
 cogere in externis, in quibus Christus eam liberam uo-
 luit. Grauius multò putant delictum, si aliquis quidpiam
 omiserit in externis hominum inuentis, quam scortari,
 ludere, potare immodicè, blasphemare, & alia crimina
 neaphanda committere. Condemnant etiam hæreseos
 qui non per omnia cum ipsis ceremonijs similibus utun-
 tur, nihilq; omnino Christi ordinatio est apud illos abs-
 que ab hominibus inuentis ceremonijs. Qui igitur
 non potest esse non detestanda abominatione, in hunc mo-
 dum christianā libertatem deturbare? quæ si illæsa ma-
 neret, ad uestes & similia conniuere possemus. Spiritus
 sanctus confusione nullo modo iuuat. Nā cultus dei ue-
 rus, nec tempori, nec loco, nec personis seruiliter astri-
 etus est. Charitas in ædificatione proximi debet in illis
 rebus omnes ecclesias regere. Nunquā adhuc in omni-
 bus ecclesijs quæ Christum professæ sunt, fuit unus cere-
 moniarum modus, & consensus. Cæsar Carolus eius
 nominis primius conatus est quidem, sed efficere non po-
 tuit. Nam fuit contra deum, propterea nō potuit stabili-
 liri. Si autem cogeremur huiusmodi præcepta homi-
 num conseruare, quæ nec ad fidem, nec charitatem fac-
 ciunt, putaremur agnum illum paschalē nondum man-
 ducasse, hoc est, maiora in diuinis rebus onera nobis

DE MISSA AD

quam Iudeis unquam imponerentur, quod est abominabile deo. Sic autem eos facere, probant uestes, & die multae ceremoniae, quas mutuauerunt a Iudeis, ut in sequentibus apparebit. Item ubi contemptus est proximorum qui in Christum credunt, & petunt incorporari per charitatem Christo, excluduntur autem ab ecclesia, idque solum propter quasdam ceremonias, atque sic peccatur in charitatem, que potissimum debet in causa domini exerceri: ubi autem charitas non est, nec esse ecclesia christiana potest, fitque sic tota illa ecclesia cum sua Missa abominatio coram deo: neque deus audit orationes eius congregationis, ceu qui propter suam inuidiam, & odium, manibus sanguine plenis sacramenti accedere non dubitant Esiae 1. Summatim propter christianam libertatem oppressam, ceremoniasque iudaicè multiplicatas, propterque nullam christiane charitatis rationem habitam, Missa est, si ulla res, abominabilis deo. S. Paulus ad Gala. 4. & 5. cap. adhortatur nos, ut in libertate perseveremus, & sub iugum seruitutis duci nos non patiamur: loquitur autem de conscientia. Item 2. corinth. 13. docemur, omnia opera sine charitate Christi inutilia esse. Nunc ueniamus ad pecuniales ministrorum abusus. Hoc primum fatemur ingenuo, quod quanquam ministri sacramentorum inepti, & apud deum reprobri sint, nihilominus tamen sacramenta manent sacramenta, propter uerbi ministerium & officium. Hoc autem non dissimulabimus, quod uirtus sacrae

sacramentorum non utrobiq; similis sit, nec pariter spiritu
 ritum sanctum operari, quando aliquis sacramentū ac-
 cipit ab aperte impio, & impudēte peccatore, uel cum
 accipit à pio & uerè Christiano. Sacramentū quidem
 adest, sed abest uirtus & gratia. Nam qui peccat, &
 qui consentit peccati, æquales poenas dabunt, Rom. 1.
 Emptores & uenditores columbarum utriq; ejicieban-
 tur Luc. 19. ita etiam utriq; erunt rei corporis & san-
 guinis Christi 1. Corinth. 11. Dispensator sacramento-
 rum non potest culpa uacare, quando indignè ea tra-
 ctat, sineq; dubio ministeriū eius est deo abominabile.
 Si aliud nihil esset peius apud papistas propter quod
 Missa eorum est abominatione coram deo, infamaret &
 impurā redderet eam tamen uita sacrificulorū. Quod
 Missam uolunt esse sanctum, deo acceptum, & utile ui-
 uis & mortuis opus, qualiscunq; sit ministri persona,
 ex quo scripturæ loco probabūt? Nullū certe habent.
 Quomodo potest mortuus mortuo subuenire? aut pec-
 catorem peccator, quomodo potest iustum facere? Sed
 quid per illos apud deum effici possit, quilibet ex hoc
 potest colligere, quod peccatum deo non placet. omne
 quod ex fide non est, peccatum est Rom. 14. Ita neces-
 sariò sequitur illorum Missam esse peccatum, & per
 hoc abominationem in oculis dei. Propterea deinceps
 considerabimus quæ officia Christus ministris & di-
 spensatoribus sacramentorū cōmisericit suo ipsius exem-
 plo. Christus lauans pedes discipulorū, uoluit innu-
 s

DE MISSA AD

re, ut se ministri uerbi uel sacramentorum non maiores existimarent illis quibus ministrant. Quemadmodum Petrus quoq; scribit cap. 5. prime epistole, presbiteros oportere esse exemplaria gregis. Apud deum enim superbia est abominatio in primis magna. Christo crucifixo, fastu tumidi serui non possunt placere. Sed ubi est locus humilitati relictus apud illos? Ipsas tonsuras, quas coronas uolunt uocari, insulas, baculos illos a genteos, aureos annulos episcoporum, atq; alia uestium ornamenta, alijs aestimāda relinquimus. Crite nulla ex parte Christi uestibus similia sunt, nec commemoratio & memoria passionis Christi recte potest fieri in tam preciosis & plus quam regijs uestibus: nam argennum & aurum in passione Christi uisa non sunt, etiam si p̄ficiōsiorem pr̄textum mysticæ interpretationis confingerent. S. Petrus in nobilioribus mulieribus illum luxum preciosarum uestium delicatum non tulit. Nec illorum cordis superbia obscura est, nam & ipsi persuasi, & alijs persuadere conantur, se habere ex illa episcoporum uincione charactērē, hoc est signū in anima impressum, per quem maiores angelis ipsis sint, ipsaq; diaua uirgine Maria, quem charactērem nec mors delere posse. Ideoq; se p̄ferunt omnibus alijs hominibus. Libertatem sibi arripiunt ab omnibus oneribus reliquorum mortaliū, uolunt sibi seruiri, uoluntq; ipsi omnium domini esse. Istant suas preces in officio sacro sancte Missæ, sine dubio proptereā quod se alijs meliores du-

cunt

tunt. In Canone illo, quem uocant, & alijs locis pontifi-
cem præscrut nomine Papæ, nomini Cæsar. Incexpia-
bile piaculum fuit bono & pio uiro attingere calicem,
seu panem sacramenti eorum, etiam necessitate qua-
piam urgente. Nec minus piaculum existimatum est, sa-
cramentum sub utraq; specie accipere: at quam ob causam
sæc. solum quod nō unctus fuit, initiatuſ ordinibus illis
papistis, quamvis pius & doctus fuerit. Sed superbia
nusquam euidentior est, nisi ex oblationibus eorum, quo-
niam sine fastu non esse possunt, qui sibi persuadent, se
deo filium eius offerre ad remissionē peccatorū uiuorū,
& mortuorū. Quomodo, quæſo, tam arrogans super-
bia non est ingens abominatio coram deo? Item apud
paucos, & raro quidem, liberalitas reperitur alijs be-
nefaciendi, & seruandi, ad quod munus tamen sunt ele-
cti, nec magis deo scruiunt. Sed hoc est propriū illorum
sacrificulorū, quod mammonē & uenti ſuo seruiat. Si
præſens est præmium, parati ſunt ad Missam: si præ-
mium non est, nusquam est Missa, & ad eam ſunt
imparati. Porrò hoc est certum, ubi auaritia regnat,
ibi esse idololatriā, ſicut Paulus dicit ad Ephe. 5. Nam
omnis auarus est idololatra, ſed omnis idolorū cultus est
abominatio coram deo. Nihil opus est probatione mul-
ta, nemo non uidit quo pacto pauperibus seruiant. Sunt
quidam qui miſſant etiam non præſente ſtatiuſ ad ma-
num pecunia, ſed ne opima ſacerdotia (que nullo om-
nino iure occupant) amittant, & in posterum aliquid
decedat

DE MISSA, AD

decedat, aut inopia laborandū sit, Missas murmurant.
Sed quām magnum peccatum est huiusmodi res agere
mala conscientia, propter ea solum quod timent ne fame
pereant? Qualis est autem hęc diffidentia apud deum,
qui etiam aues & reliqua omnia alit & uestit? Et pro
pter illam detestandam diffidentiam, ex sanctissimo sa
crumentorū negotio, cauponariam negotiationē que
stumq; in honestissimū fecerunt. Si quis à quopiam pri
uato uiro bono peteret, ut propter unum aut alterum so
lidum sacramentum acciperet, non modo recusaret, sed
tam inquam petitionem, quod tam male sentiretur de
illo, ferret ægerimè. Sed missarij illi sacrificuli honori
uolunt sibi tribui, quod illis est turpitudini, & dedecori
maximo. Nec defendit illos quod scriptū est 1. Corinth.
9. Qui altari ministrant, de illo etiam comedant: nam
eo loco nihil aliud docet, nisi quod ministros euangelia
ce prædicationis posse salua conscientia ex ecclestae bo
nis sua necessitatib; cōsulere. Atq; hic accipit ab sacerdo
tum iudaicorum exemplo argumentū: nec est proposi
tum illi docere oblationes illas, sicut nec bella gerere eō
dem loco docet. Quid opus est multis uerbis? non cu
piunt Christo seruire, qui solus est nostrum altare Heb:
13, sed deo suo uentri. Vae uæ omnibus illis qui Missas il
las papisticas uel largiendo, uel consulendo, uel quo cum
que modo promouēdo iuuant: nam nō minus causæ &
occasionis præbent illis ad grauiſſima peccata, quām
pharisei & Iudeorum principes ad Christum proden
dum

dum causa Iudea præbuerunt. Atq; tam certo efficiunt ut deus grauiter irascatur, quam certum est auaritiam idololatriam esse coram deo. Hic omittimus impuram illorum scortationem, perpetuam inuidiam & odium, ignauissimum otium, & alia longè grauiora, quæ eos summa turpitudine infamant apud deum & homines: quibus rebus fit, ut innumerabilia hominum millia scandalizentur, & à uero dei cultu deterrentur. Quot mortalium animæ propter illos perdūtur, dum uident sacrificulos in hunc modum ludibrium ex deo facere? Quia re quantopere deus abominetur illos, & illorum facta, nemo satis cogitatione assequi poterit unquam. Si isti miseri homines haberent aliquam minimam portiunculam conscientiæ, se ipsos non possent non detestari.

Porrò singamus missarios illos Papæ creaturas, humiles, liberales, pios, sibi in uestibus illis & ceremonijs non placere, ambulare in Christiana libertate, sicut forte uolunt uideri, quanquā contrariū luce clarius sit, ueniam ad eorum officijs functionē (in qua nec uoluntate, nec scientia rectè possunt quicquam) hac parte longè atrociora superiorib. audiemus. Coena domini nunquā debet esse sine commemoratione & ut sic dicā, ruminatione mortis Christi, & sine cōcione adhortatione ue, idq; in lingua quam audientes intelligat, ad ædificationem proximi, sicut & Christus discipulos suos docuit. In Missa præter illusiones nihil est. Et ex Euangelio, et apostolorum epistolis idololatriam quandam fecerunt,

DE MISSA, AD

quæ spiritus sanctus ad consolationem, emendationem,
et adhortationē tradidit. Papistæ uero ex illis fecerūt
pompam mundanam, et ceremoniarum spectaculum
plusquam gentile aut Iudaicum. Propter quæ nos meri
tò gentibus et Iudæis ridiculo, cœu stulti, et non compo
tes mentis, exponimur. 1. Corinth. 14. Nomen quoq;
domini et dignitas christiane ecclesiae minuitur, et
blasphematur. Euangeliū aliam exigit exercitationē,
quam fumigare, cereas candelas consumere, figuratè ca
nere multis uocibus, osculari aureos libros. Oportebat
gratiam domini nostri Iesu Christi prædicare, sed apud
illos nulla prorsus eius fit mentio, lumenq; quod opora
tuit ponere super candelabrum, occultatur sub modium.
Quid aliud hic potest præter tenebras et seductiones
esse, ubi hoc modo uerbū domini supprimitur? Proptea
rea etiam hoc loco probatū euidenter est, quod illorum
Missa ingens est abominatio in oculis dei, quando uer
bum domini sanctum impeditur. Neq; est dubium om̄
nes Missas esse idolorū cultum, in quibus non prædicar
tur uerbum domini à ministris, idq; in lingua quam au
ditor populus intelligit. Porro non aliter atq; in cona
cionibus, sic etiam in gratiarum actione et orationibus
non obseruant Christi exemplum. Ea est ceremoniarū
multitudo, ut deuotis orationibus locus nō sit. Sunt etiā
multæ quas uocant collectæ eorum non Christianæ, et
multi illorū nihil intelligunt quid legant. Quum pro
pter pecuniam aut alias supradictas causas missent, et
sint

Sunt scortatores, carnales toti, quaratione possibile est,
 ut deuoto & puro corde, ut oportet, orent & gratias
 agant, aut saltem aliquid boni cogitent? Verba quidem
 adsunt, sed longè cor abest. Etiam si persuadeant se esse
 deuotos, tamen certum est quod sint abominationis apud
 deum, & sicut deus per Malachiam dicit, illorum be-
 nedictio maledicetur. Quando ultimo uentum fuerit
 ad distributionē sacramenti, frangunt illud in tres par-
 tes, unam partem pro uiuis, secundam ijs qui in cœlo
 sunt tribuunt, tertiam hac uita defunctis qui in purgato-
 rio sunt, ut loquuntur, quod illis etiam opus sit prouisio-
 ne: sed ipsi omnes partes edunt. Tolerabilius erat ecclæ-
 siam pascere, ministros abstinere careré uero. Nunc ne-
 minem ad cōmunionem admittunt, apparant mensam,
 & conuiuum, sed coniuas non accipiunt. Nec ipsi de
 uno pane & uno poculo manducare & bibere uolunt,
 nam quilibet occupat propriū altare, et mancipat Mis-
 sam, hoc est propriam idolatriam. Quid queso hic
 est uel ex aliqua parte simile cœnæ domini? Iudeorum
 aut gentium nullus magis posset irridere ordinationē
 Christi, quam ob eo illi miseri homines. Mirum est ter-
 ram illos posse ferre, ac non potius dehiscere, & illos
 demittere in inferna. Hæc iam sint dicta de sacerdotib.
 in quibus nimium multi errores & abominationis sceleris
 reperiuntur. Nunc quod ad accipientes sacramentum
 attinet, nam hic locus deinceps sequitur. Aequius con-
 dolere & compati imperitæ multitudini, quam grauius

DE MISSA, AD

arguere simplicem populum, nisi cognoscat ueritatem,
& ex simulatione repugnet. Qui ad mensam domini
conueniūt, debent audire uerbum dei, sicut fecerūt apo-
stoli. Quomodo autem audient, cum nemo annunciet?
Ipsi deberent respondere Amen, ad orationē, nesciunt
autem nec intelligunt quid oretur: ita res nauci, loco fru-
gi rerum, & flatus quosdam pro uiuo uerbo dei uendi-
tant. Orandus omnibus nobis deus, ut ab illa uerbi dei
fame populum liberet, ut intelligat quām miserabiliter
ab illis falsis pastoribus seducantur. Iam quid imperita
plebs faciet, postquam mendacium & seductio tanto-
perie inundauerūt, & captiuū ducantur ab illis hostibus
dei antichristis? Sacramentum enim tantum semel mi-
nistratur illis, & coguntur ut communicent cum illis im-
pijs hominibus, quando propter conscientiam libenter
abstinerent, non intelligentes quid sacramēta requirāt.
Accipere coguntur in una spetie contra Christi ordina-
tionem. Quomodo hoc posset deo non esse ingratū &
maximē abominabile, quando ecclesia eius uastatur &
perditur? Postremo circa ipsa sacramēta quoq; erro-
res imō abominationes quædā reperiūt. Nam male-
ria in sacramento debet esse panis & uinum, sicut est,
& Diuus Paulus sic ante & post cœnam domini uocat:
Papistæ autem docent nec uinū nec panem manere, sed
sola accidentia, exteriorē panis albedinem & saporem
superesse. Ita tam manifesta mē dacia uulgo proponūt,
& uidentes obcoecāt, ut credant non adesse quod adest:
quod

quod autem adest non adesse. Sine dubio hæc non sunt
sine cooperatore patre mendaciorum satana. Item Ale-
xander primus eius nominis Papa, statuit aquā uino mi-
sceri, quod esse contra Christi ordinationem quis non
uidet? Si consideremus naturam propositumq; ipsum
sacramentorum, uerba domini nimirum, per quæ homi-
nes consolationē accipiunt, facile est uidere quid satan
conetur. Sic sacrificulus tacitè murmurat latine: ita au-
tem & pulsatur, ut nemo intelligere posse. Addiderunt
quoq; quedam uerba que in Euangelio non sunt, ut uo-
cula, enim. Item, Christum oculos suos sustulisse. Item di-
ctionem æterni. Item mysterium fidei. Sed hæc minora
sunt, hoc est maius, quod scilicet de solo pane primum
dicunt: Quoniam hoc est corpus meum: sed omittunt,
quod pro uobis tradetur, aut frangitur. Accedit huc,
illis hæc uerba legentibus, pulsatur organis, & uocibus
diuersa canuntur, ne fides plebis in illis uerbis hæreat.
Quod autem populus præsens passionem Christi in ani-
mo uoluit, uel cogitat, non ascribi sacrificulo, aut de-
bet, aut potest. Oportebat totam ecclesiā diligenter uer-
ba notare promissionis, & deo gratias agere. Ita pa-
lam est quod prorsus non in Missa sua papistæ Christi
cœnæ exemplū sequuntur, tamen iactant suam Missam
esse sacrosanctam, cum nihil omnino cum institutione
Christi conueniat. Iactant diuum Iacobum Hierosoly-
mis, S. Marcum Alexandriæ, S. Petrum Antiochiæ
Missas illas habuisse, sed huius rei nullam fide dignam.

DE MISSA AD

historiam habent. Etsi coena domini usi sunt, ad exemplum Christi, sicut & Paulus Corinthi, non fecerunt sic ut papistae nunc in abusu habent. Non est obscurum quo pacto progressu temporis noua semper affinxerint. Quod ipsi de libro Dyonisi ferunt, mendaciū est, præcipue uero quod dicunt S. Pauli discipulum fuisse, potestq; multis argumentis probari illum post apostolorum tempus uixisse aliquot centum annis. Quod autem S. Ignatius, S. Polycarpus, & Irenaeus alicubi Missæ mentionem faciunt, nihil est simile illorum Missæ. Ipsi papistae fatentur S. Basilium alia ratione et usos, S. Chrysostomum alia, S. Ambrosium alia cōsuetudine in coena domini habenda, usos. Alij quoq; alijs modis usi sunt in ministrando hoc sacramento. Certum nunc ex illorum uerbis est, eorum missandi formam non ex Christi institutione, sed ex hominū doctrinis manasse. Ex eorum etiam facile colligitur historijs, quid quisque Papa, quoque tempore addiderit.

Anno 264. post natū Christum, Felix primus Papa eius nominis mandauit templaque altaria consecrare.

Anno 124. Sixtus Papa altaria instituit.

Anno 610. Bonifacius altaria tegere mundis pannis præcepit.

Anno 224. & 639. Urbanus primus & Seuerinus præceperunt ecclesijs argenteos & aureos calices.

Anno 124. Sixtus primus de subtilissimo panno, quæ uocat corporalia, præcepit in ecclesijs, quæ nemo preter

Preter sacerdotes attingerent.

Anno 604. Gregorius magnus lumina ad Missam,
C^ouestes quasdam instituit.

Anno 534. Agapetus in dominicis diebus circumire
templa decreuit.

Anno 114. Alexander primus instituit aquam uino
mischeri, & panem non fermentatum, aquamq; illam,
quam uocant benedictam.

Anno 224. Pontianus ordinauit Confiteor dicere
ante Missam.

Anno 424. introitum cantionem primo Cœlestinus
excogitauit.

Anno 604. præcepit Greg. Kyrie nouies canere.

Anno 144. Thelosphorus cantionem Gloria in ex-
celsis instituit.

Anno 494. Symmachus perfecit.

Anno 484. Gelasius primus excogitauit collectas,
gradualia, ut nominant. Nonnulli Alleluia adscribunt
Gregorio.

Anno 394. Anastasius ipsum Euangeliū audire stan-
tes uoluit.

Anno 334. Patrem cantionem post Concilium Nice-
num Martinus addidit.

Anno 484. præfationem Gelasius ordinauit.

Anno 124. Sextus Sanctus incepit.

Canonem multi auores consuerunt, propterea sibi
non cohæret, multa superuacua uerba habet, erroribus

DE MISSA, AD

& seductionibus scatet: inuocant enim diuos, & offer-
re uolunt pro animabus in purgatorio. Sanctos pro suo
arbitrio elegerunt, aliquot cruceis in quibusdam locis,
aliquot in alijs locis faciunt, quasi in illo crucis genere
sit uirtus quedam. Atq; habetur hic Canon aliarum le-
ctionum longè sanctissima. Ipsum offertoriū attribuūt
S. Gregorio. Gloria patri Damaso ascribitur. Ita clas-
rum fit quemadmodum ex centonibus Missa papistica
sit consuta, magis speciem religionis, quam uerum &
pium cultum diuinū habet. Non est igitur quod dicant,
se apostolorū more cœna domini uti, quorum doctrinae
ex diametro contrarie sunt. Et satis esset ad probandū
Missam esse fugiendā, quod ex humanis traditionibus
statuit laqueos conscientiarū. Sed uoluerunt esse sacer-
dotes, quales fuerunt in ueteri lege, & umbras figura-
rum tempore lucis & clarissimū solis in medium adduxe-
runt, gestibus, per manuum impositiones, brachiorum
extensiones, perq; hostiæ diuisionem, & per reliqua
quidus Iudæi usi sunt. Ita studio fuit satanæ legem in lo-
cum Euangeliū introducere in ecclesiam. Si autem cir-
cuncisio nocet, ut est ad Gal. 5. scriptum: Si circumcisio
damini, Christus uobis nihil proderit. Quis negare pos-
terit Aaronis sacerdotumq; Iudæorum uestium varietatē
& unctionem nihil prodeſſe hoc noui testamenti
tempore? quanto minus hominum inuentiones & som-
nia inutilia sunt, quibus homines occupati, ueram pie-
tatem, charitatem, & animi humilitatem deseruerunt,
sicut

sicut etiam in cantus uarietate & organis fecerunt. Ita que magis ad carnalem uoluptatem, quam ad gloriam dei corda commouerunt, quod per lucos, qui seri circa templo dei non debent, prohibetur, Deu. 26. Quamobrem etiam si speciosiores ceremoniae uiderentur oculis hominum, tamen apud Christum omnino nihil habentur, qui ueritatem, non larvas querit. Sed Antichristus regnum suum per haec infelicitate stabiluit, & pompam illam dicit, nihil de ueritate solitus. Atque sic propter turgidam pompam & alias multas causas est Missa illa papistarum abominatione coram deo. Quicunque non prorsus est Christianarum rerum ignarus, apud illos superbia & fastu perditos sacrificulos coenam domini nec sperabit, nec queret. Hoc sit dictum de coene domini institutione, ex quo sequitur, Missam illam ad exemplarium Christi coenae omnino non fieri. Sequens locus & totius negotij summa in hoc posita sunt, quod ipsi non dubitant diceare se in illa Missa Christi corpus offerre. Hic uerbis contendere non uellemus, si ipsi Offerre, acciperet pro commemorare, & recordari, sicut etiam sonant & uolunt uerba Christi. Nec talis gratiarum actio & commemoratio est solorum ministrorum, sed etiam totius ecclesiae, quanquam illi uerba soli prouincient. Non negamus ueteres doctores Missam oblationem uocasse, sed non alio sensu quam quod sit oblationis recordatio, quemadmodum Augustinus satisclare demonstrauit. In libro enim ad Petrum diaconum in hanc sententiam dicit: In obla-

DE MISSA AD

tione est gratiarū actio & cōmemoratio corporis Christi, quod pro nobis obtulit, & sanguinis eius quem pro nobis effudit. In quo loco seipsum S. August. & alios qui ante eū scripserūt, abūde satis interpretatur. Sed papistæ illa recordatione contenti non sunt, sed aliquid maius uolunt, nempe quod Christū medio quodam modo offerant, non quemadmodū seipsum in cruce obtulit, aut sicut nos recordationē commemorando repetimus, sed repræsentatiue, qui tamē amplius mori nō posse. illam potestatem non possunt ipsi testari: nam hoc concludi non potest ex illis uerbis: Hoc facie in meā commemorationē. Dicunt quidem quod his uerbis simul consecrationem illam, oblationem & memoriam simul intelligant. Sed ipsi falsam illam in terprætationē falso excogitant. Necesse erat primū demonstrare, ubi Christus sacrificium obtulerit in cœna. Quid fecit Christus? nihil aliud certè, quam quod panem accepit, gratias egit, fregit, discipulis dedit, manducare iussit: nec aliter cum uino egit. Ad hæc suam passionem illis prædicauit, uoluitq; ut nos idem in pura ueraq; fide imitare mur. Sed non est una litera de istorū oblatione scripta. Atq; etiam si Christus præsens corporaliter suum corpus in pane isto habere uoluisset, tamen nullo modo inse habent uerba, Christum tempore illo in cœna se oblitisse, alioqui corpus discipulis dedisset, nam hoc concessus esset, quod sacramentaliter fit. Porro non satis est istis quod offerunt corpus Christi ciam deo, nisi etiam pro

pro animarum redēptione, pro prospera corporis uāletudine, pro spe salutis æternæ offerant, alioqui Missa non haberet tantum preciū. Ita necesse est fieri ubi se mel à ueritate aberratur: quo longius itur, hoc error maior fit. Quare in his eorum uerbis sunt maxime blasphemiae, per quæ omnis doctrinæ Christi fundamenta labefactantur, & infirmantur. Ex ijs satis clarum est, illos neq; magnitudinē potentia uē passionis Iesu Christi, neq; dignitatem sacerdotij eius intelligere. Si perseuerauerint in ijs erroribus contra euidentē ueritatem, Christum prorsus abnegabūt. Nostra hæc disputatio durior est, nec ad ostentationē expolita, sed res non alter quam dicimus, habet, quod facile pro uestra prudenter & sapientia, Patres patriæ, ex nostris intelligentis probationibus, quas primum adducemus, mox illorum non rationes, sed uanas & non coherentes opinione aperiemus. Hæc est nostri fundameti ratio. Qui Christum cognouit, ille scit quod ipse deus & homo saluator mundi sit, 1. Ioan. 4. & quod in ipso cœu uero Abraham semine omnes gentes benedicātur, Gene. 22. Gal. 3. & quod nemo potest ad patrē uenire nisi per filiū, 10ā. 6. quia Christum pater ita amat, ut propter illum patri filij iræ reconciliati simus, Matth. 17. Item quod ipse est nostra iustitia, sanctificatio, & redemptio, 1. Corinth. 1. & quod in nullo alio nomine sub cœlo quisquam saluus fit nisi in solo nomine domini, Act. 4. & quod solus absque aliquo auxiliatore redēptionis opus com-

DE MISSA AD

pleuerit, sicut dicitur Esaiæ 63. Circū spexi, & nō erat adiutor. Et quod omnibus rationib. cumulatiſsimè pro nobis satisfecit in cruce, si modo fidimus illi uerè, Heb. 10. Hoc est fundamentū nostræ ueræ christianæ fidei, super quam petrā est ædificata ecclesia Christi, Matth. 16. Qui negat Christum nos redemisse, & semel in cruce redemisse, aut nos non perfectè ut oportuit redemptos, qui negat inquam hoc, hic Christum sacerdotē & redemptorē non sufficientē facit, itaq; abnegat ipsum. Hoc fit per illos sacrificulos, qui Christum toties denuo offerunt. Nam contradicunt & negant nos sola fide iustificari, & attribuūt iustificationē partim nostris operibus contra luce clariorem scripturā. Vos ex eius gratia seruati estis, non ex operibus, Eph. 2. Illi autem uenitiant pro præstantissimo operum Missam illam suan, uolunt esse sacerdotes cum Christo, in quo licet uidere superbiam illam satane Luciferi, & maiestatis diuinæ laſionem & contemptum, quibuscunq; confictis commentis hoc excusent. Nunc iterum penitus introſpi ciamus primā domini ordinationē dominicæ cœnæ, an Christus cōmisserit nobis offerre, anq; ſeipſum obtulerit in illa cœna. Cū uerba ad uerba diligenter expendūtur, cernitur quod Christus in cœna omnino non sacrificium obtulerit. Accipere & frāgere panē, nō significat offerre. Gratias agere nō est sacrificare, alioq; Christus quinque panes ordeaceos augendo, & quinq; hominū millia cibando, etiam sacrificium obtulisset. Nec dare discipu lis

lis ad manducandum, significat offerre: nec hæc facere
in meam commemorationem, & annunciare mortem
domini, offerre significat. Credere Christum nobis do-
natum, & quod corpus suum pro nobis in mortem de-
derit, quod pro peccatorū nostrorum redemptione effu-
derit, non in cœna, sed in cruce, etiā non significat offer-
re. Testamenti literas confirmare, & fide assequi & cre-
dere quod in testamento ordinatū est, quoq; offerre nō
significat. Vnde igitur uestras rationes probabitis de
oblatione in missa? Ad mensam domini accedimus ceu
esurientes, accipimus & manducamus credendo pro-
missionibus, quomodo igitur nos damus? Deus nobis
promittit, & nos ei dare conanur? Quæ hæc est insa-
nia? Si quis rex cuiquam pauperi loco arrabonis suum
daret annulū, quod deberet esse omnium honorū suo-
rum hæres, propter solam pauperis egestatē, & suam
misericordiam quam rex cuperet prædicari, propter
quam causam daret etiam annulum egeno, ut memor
esset beneficentie suæ, sed pauper annulum acciperet,
ut regi redderet, quo facto rex paupertatis nomine
notaretur, & pauper ille hoc munere placeret sibi qua-
si regem bearet, nónne hic esset mente captus? Sic nec
nos deo sacrificium offerre possumus, quando nihil de
sacrificijs & oblationibus in mandatis habemus. Nec
dominus quicquā tale sursum tollendo panem fecit, nec
ullam causam aut exemplum sacrificulis dedit. Hoc
loco obijciunt: Potest aliquid ceu munus à deo & dari

DE MISSA, AD

& accipi, & nihilominus potest & sacrificium esse, si-
c ut in veteri lege erat sacrificia dona dei, tamen sacri-
ficiabantur. Et spiritus contribulatus est donum dei, fit ta-
men deo sacrificium, Psal. 50. Respondemus: Si esset scri-
ptum, quod deus præcepit ut certi essemus, qualia
præcepta in veteri lege habuerunt, esset aliquid. Nunc
vero scriptura nihil de illo papistarum sacrificio dicit:
maior & altior est Christus, quam quem homines patri
aut possint, aut debeant offerre. Sedet à deo xtris patris,
& semel satisfecit pro fidelibus perfectissimo & suffi-
cientissimo sacrificio, & nos miseri mortales hoc præ-
sumere audemus? Qui sacrificat maior est sacrificio,
ita illi sacrificuli maiores essent domino Christo. Ipse
nos sacrificium deo obtulit, 1. Pet. 1. & nos illum offerre
conamur? Qui sacrificat debet tam purus esse quam sa-
crificium, & quis potest tam purus esse atque Christus
nostrū sacrificium? Ah quam nulla esset puritas Christi.
Porro Christus ceu testator in coena sacramēta non ali-
ter quam certas testamentorū literas donauit, in quibus
nos accipimus per fidem Christi corpus & sanguinem
cum omnibus suis bonis. Si nos nūc uellemus illi literas
testamēti dare ac si peteret à nobis, nonne testator con-
temneretur? An non merito promissiones, quantum ad
nos attinet, irritae fierent? Quis nō abhorret ab hoc ge-
nere blasphemiae? Cum consideramus sanctissimū sa-
cerdotium Christi Iesu domini nostri, & quid nomen
sacrificij in se contineat, facile uidemus quam iniuriant
sit

fit putare nos Christi corpus offerre, id quod papistæ fa-
ciunt. Sacerdotium Christi describit nobis S. Paulus ad
Heb. 7. inquiens: Talis enim decebat ut esset nobis pon-
tifex pius, innocēs, immaculatus, segregatus à peccato-
ribus, & sublimior factus cœlis, cui non sit quotidie ne-
cessum, quemadmodum illis pontificibus, prius pro pro-
prijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis po-
puli. Nam id fecit semel Christus, cū semetipsum obtu-
lit. Item cap. 9. ad Heb. inquit: At Christus accedens
Pontifex futurorū bonorū, per maius & perfectius ta-
bernaculum, non manufactum, hoc est nō huius structio-
ræ, neq; per sanguinem hircorum ac uitulorū, sed per
proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, & eten-
tia redemptione reperta. Item mox in eadē epistola ca-
pite decimo: Per quam uoluntatem (dei) sanctificati su-
mus per oblationem corporis Iesu Christi semper per-
actam. Et mox in sequentibus dicit: Christus uero, una
pro peccatis oblata uictima, perpetuò sedet ad dexterā
dei, id quod superest expectans, donec reddantur ini-
mici ipsius scabellum pedum eius. Vnica enim oblatio-
ne perfectos effecit in perpetuum eos qui sanctifican-
tur. Item capite huius epistolæ septimo docemur in ipso
Melchisedech, quod ipse sacerdotium significauit Chri-
sti æternū, & quomodo Christus rex sit pacis & iustitiae.
Ex his scripturæ locis est facile cognoscere, Christum
non amplius offerendum: nam quis uon uidet discrimen
Christi atq; aliorum sacerdotum? Christus est sine peccato.

DE MISSA AD

cato, obtulit seipsum, & mors eius est tam perfectum sacrificium, quod semel tantum oblatus in æternum à peccatis mundat, neq; oportet repeti, ut ueteris legis sacerdotum victimæ. Christus secundum corpus non est amplius in terris. Hic sunt uerba examinanda. Semel: papiſtæ uolunt ſepe habere. Item per unam hostiam consummata eſſe omnia: Papiftæ multas coguntur habere Missas. Item quod ſeipſum obtulerit, non ecclesia, non episcopi, non sacerdotes. Item hoc uerbum consummatum, papiftis adimit omnem rcfpondendi facultatem, & elabendi uias omnes præmunit, ne aliam uiam representatione ſcilicet myſtica excogitent. Spiritus sanctus diſerte apertis uerbis omnem eorum cauillationem praeuenit & diluit. Notandum eſt etiam nomen æternus. Sempiternus sacerdos propterea eſt, quod unica hostia ſatisfecit pro totius mundi omnibus peccatis. Hostia illa habet perpetuam uirtutem, modo credatur & annuncetur cum gratiarum actione. Eſt magna ingratitudo dicere, quod oporteat alio modo etiamnum pro peccatis offerri Christum. Cum his argumentorū arietibus premuntur, multas querunt euadendi uias, Christum ſeipſum offerre, ſe eſſe ministros, preterea nihil. Christū ſeipſum ſacramentoiter offerre. Sed non interpretantur nomen sacramenti, ut ueritatem fateantur, sacramentum ſcilicet non aliud eſſe, quam recordationis & memoriæ ſignum, quod Christus in cruce unica hostia ſemel tulit peccata nostra plenissimè. Hoc debet in ſacramento

tramento hoc considerari & cogitari. Si in hunc modum explicarent, componeretur facile inter nos pax. Loquantur sic, tamen non uolunt uideri dicere. Quando a nullo resistitur illis, quiduis per Missam possunt efficer, tunc sunt Missæ aureæ, tunc possunt ad suum arbitrium fortunæ imperare, uictoria in prælijs est in manu illius Missæ, satisfaciunt pro peccatis illius opera, & quid non potest illa Missa, neque ulla pecunia sufficit ad satisfaciendum Missæ peste grassante. Nuptiarum tempore in letis & tristibus rebus Missa illa regnat, & sancto opere illo mereri se lactant quicquid optatur. Semper pro illa præmium exigunt. Quando autem coguntur respondere, & non possunt, ad hoc configunt, ut diximus, Christum seipsum offerre. Sed ipse Canon (quem ipsi in primis sanctū ducunt, & ad quem Euangeliū collatū nihil aestimant, tantum in eo habent thesaurum) satis arguit eorum impietatem & blasphemiam, de quo operæ preciū est aliquid dicere. Antequam uenatum sit ad uerbum domini, dicit sacerdos, se offerre, munera, donare sanctam, immaculatā hostiam, pro sanctæ uniuersalis ecclesiæ pace & administratione &c. Adhuc autem nihil adeſt illi nisi panis & uinum, nondum habet appellationē sacramenti, & nondum corpus Christi esse opinatur, tamen offerunt pro toto mundo. Ita cernitur quām sibi placeant, & quos se putent. Hoc non potest non esse idolatria, quod creaturæ honor Christi attribuitur, qui se pro ecclesia tradidit.

DE MISSA, AD

¶ nos recōciliauit. Quomodo igitur Christus seipsum offert cum nondum adsit? & ipsi creaturæ adscribunt. Intelligi arbitramur, quomodo commenta & responsio illorum cum factis & Missis pugnant. Quantum est flagitium offerre frustum panis, & paululum uini, prouincia illa hostia unicis summi sacerdotis Christi? Et tam preciosa debent esse uinum & panis, atque est preciosissimus sanguis Christi Iesu, in redimendis populi animabus? Aut in his glossis aut in Missa mentiuntur, & contendunt suis mendacijs mundū seruari: ex ijs duobus alterum ut si necesse est. Sed post uerba domini magis blasphemii comprehenduntur, quando putant essentialiter corpus esse in pane, dicūtq; Offerimus tue sanctæ maiestati oblationem sanctam, immaculatam, sanctum panem uitæ æternae, & calicem salutis æternae, quæ respicere digneris benignis oculis, lœto uultu, sint tibi grata, sicut placuerunt munera tui iusti Abel, & sacrificium nostri patriarchæ Abrahæ, sancta hostia & munda, ut hæc per manus angeli tui ad altare tuum deponentur. Hæc sunt Canonis uerba. Si de Christo loquuntur, ut cōmuniter intelligi uolunt, qua ratione eorum commentum hic locum habebit, quod scilicet Christus seipsum offerat in sacramento, quando ipsi orant pro Christo, & optant ut Christo ea gratia sit apud deum, quæ Abel & Abrahæ contigit, & ut angeli cum ad altare dei deducant? Cerie uerba non conueniunt, ut populus intelligatur per panem uitæ æternae: sed nullam

Iam hic habent solutionem, nec eorum commentum in alium usum inuentū est, quām ut habeant quod ex aduerso interrogātibus respondeant, ne tacere seq; uictos fateri cogantur. Vt illa iam omittantur, etiam si Christus corporaliter esset in pane, tamen non offertur deo, nam hoc sacerdotis illius honorem imminueret. Maiores & plures, ut sic dicam, absurditates sequuntur quando diligentius expendimus quod dicunt, quod sit hostia pro peccatis. Ita est omnibus rationibus impossibile & confictum mendaciū Missam esse sacrificium, aut Christum oporteret iterum crucifigi. Verba hæc satis clare hæc notant. S. Paulus ad Hebræ. cap. 9. dicit: Sine sanguinis effusione non fit remissio, scilicet peccatorum. Quo pacto Christus igitur offertur in Missa illa papistica, cum scriptura nullam oblationem absq; sanguine sciatur? Et si ulla esset hostia impatibilis, uacansq; sanguine, S. Paulus ineptè argumentatus esset, cum dicit, seipsum non amplius offerre, alioqui necesse esse eum mori iterū, & sæpe opus fuisse illum mori ab exordio mundi. Ne quis putet Paulum præterisse Christū posse impatibiliter in sacramento esse. S. Paulus melius scripturæ ingenium calluit & sacramentorū negotium, quām omnium papistarū ullus. Nam hostia pro peccatis nunquā sine sanguine est oblata. Quare nihil est quod dicunt, etiam quædam offerri in lege, ut panis sine sanguine. Nos dicimus, quando uiuentū corpora mactantur, & sacrificium pro peccatis est, necessariò

DE MISSA AD

effundi sanguinē. Quamobrem scriptura probari non potest Christi corpus in Missa offerri, nisi per commemorationem, memoriam, & gratiarum actionem, quod ministris & populo commune est: nam ut oratio ita etiam gratiarum actio omnīū est. Qui gratias agit, non dicit se aliquid offerre, aut dare, præter gratitudinem animi & laudem. Si hæc in hunc modum proposita populo fuissent, non tam liberales fuissent mortales in expendenda pecunia in Missas, & sacerdotijs consti tuendis: persuasi fuerunt se remissionem peccatorū consequi in Missis, non propter gratiam certò illis promissam & meritam, sed per longè aliam uiam, quam per gratiarum actionem, nimirum per oblationē Christi filij dei, & per orationem pro eodem. Ah quid opus est demonstratione? tam ridiculē & pueriliter de rebus diuinis loqui nullo modo decet. Aduersarij nō credūt se Christum, quantū in ipsis est, mactare & denuo crucifigere in suo repræsentatiuo Missæ sacrificio, nec aliter faciunt atq; si Christus nō ascendisset in cœlū ad patrē suum. Qui hoc autem facit, Christum iterū morti obnoxium facit, & ita iuxta suæ doctrinæ errorem denuo cum crucifigit. Nam Christus in locum sanctum cœli nō est ingressus, nec ingreditur nisi per sanguinē suum. Quando autem eum conantur patri offerre, aut, ut ipsi loquuntur, repræsentare, quod non est aliud quam ut appareat coram patre. Quemadmodum autem summus sacerdos nunquam sancta sanctorum ingressus est cum hostiis

hostia sine sanguine, ubi coram deo apparuit: ita de Christo affirmatur quod sine sanguine non ingrediatur. Propterea S. Paulus ut illum errorē praeueniret, dicit: Christus ipse in coelum iuit, ut appareat ante faciem dei. quasi uelit dicere: Quid conaris tu deo suum filium representare ut appareat in conspectu domini? Hoc iam ante effectum dedit. Per sanguinis effusionē, per nullam aliam uiam ingredi debuit. Ita sine negotio inanes illæ & uane terguersationes refelluntur. Hoc uerbum, Christus apparet, est clarum, non offertur, nec opus est illo papistarū representare, nobis studio sit ut in cordibus nostris mansio faciat, apud deum patrem nostra opera illi opus non est. Quapropter sine dubio illorum blasphemia manifestatur & est abominatione, qua maior reperiri nulla potest coram deo. Hoc loco, scribis aduersariorum est adhuc reliqua quedam terguersatio: dicunt enim: Si propterea quod Christum iterum atque iterum offerimus, Christi maiestas lreditur minuitur uero, & meritum eius passionis propterea non est perfectum, posset similitudine dies, fidem & baptismum & conseruationem mandatorū detrahere dignitati & plenitudini meritorum passionis Christi: ita bonis operibus nec esset opus, nec esset locus. Haec comparatio est absurdā & inepita: alia enim ratio est repetitio oblationis, quam fidei, & bonorum operum. Fides & bona opera glorificant meritum passionis Christi, sed repetere hostiam, iterumq; sepe offerre, derogat illi. Haec collatio non ali-

DE MISSA AD

ter se habet, quām si quis in claro die & sole sereno accederet ex tēda lumen, dicens: Quanquam sol ab una de clare lucet, tamen quodam alio modo necessariū est & utile, ut lumen accedat. Et quispiam diceret: Quid quēso ludis te ipsum? contemnis clarum diem, quasi sol non sufficiat sine tuo lumine? Rursus autem respōderet aduersarius: Hoc modo nec opus est ut ego aperiā oculos meos, uideam & operer, quia dies est, solis splendor efficiet omnia. An non esset hęc comparatio stultissima? In negotio nobis iam proposito, prorsus res sic se habet. Nam meritū passionis domini est nobis tam sufficiens & diues ad dimittenda peccata & gratiam acquirendam, quām sol ad diem clarum reddendū. Papīstarum Missæ hostia pro peccatis (quanquam nulla esse potest) est similis lumini accenso in claro die, & infamat ueram hostiam ceu imperfectam: & sicut diei beneficio cernimus, ita per cognitionem meritorū passionis Christi, agnoscimus dei erga nos bonitatē, & est fides nobis ut donum dei, utilis: nos etiam propter eam ex animo bona opera facimus ceu obedientes filij, quae opera sola deo placent, quae fides & bona opera sunt nobis à deo præcepta. Nunc satis demonstrauimus, non debere nos hoc pacto offirre, esse contra dei præceptum, aduersus scripturam & gloriam dei, & fundatum nostrum manet insuclū. Nunc audiemus, quibus aduersarij argumentis, quoq; fundamēto nitantur, probabimusq; quicquid habent, nihil aliud esse quām merū

mera somnia scripture perperā intellectae, aperta mendacia, quæ non solum non possunt confirmare Missam hostiam, sed etiam magna ex parte contra eam pugnant. Quo evidentius fit, illam papisticā Missam esse horrendam abominationem. An Missa sit oblatio, nostri aduersarij certa demonstratione & aperto scripture quoipiam loco disputatione deberent, & probare ex ordinatione domini: sed in illa non est unicum uerbum, nullum prorsus exemplum, quod pro causa ipsorum faciat, sicut supra declaratū est. Vellent quidem libenter illa uerba, Hoc facite in meam commemorationē, raspare, & torquere ad sua astruēda mendacia, quasi deus his uerbis iussit offerre sacrificare ue. Sed hæc nullo modo possunt illis prodesse: nam sic sunt intelligendat. Quicquid hic iam uidistis, audiuitis, & fecistis, hoc in posterum facite in mei memoriam. Sed non reperiatur in tota coena quod Christus sacrificauerit, nullum uerbum illa ratione potest in hanc sententiā rapi. Si sic liceret in sacris ludere, dici posset: Debes locum Christi occupare, & loco dei adorari, quoniam dominus dicit, Hoc facite in meam commemorationem. Ita colligentī, quid responderetur? Adfingunt illi Christum iussisse: ita hic faciunt: dicunt enim, hæc facite, esse idem quod sacrificare. Quādo aut̄ hic ubi fundāmentū debebat esse, tam inepti deprehenduntur, ut nullius demonstrationis nō dicō robur, sed nec speciem habeant, reliqua omnia nullo anno ppugnante ruerint. Post hæc ad tres sententias episcopæ

DE MISSA, AD

stola ad Heb. (que totum Missæ sacrificium expugnat
& excindit) configiūt. Primus locus est ad Heb. 5. qui
sic habet: Omnis pontifex qui ex hominibus sumitur,
pro hominibus constituitur in ijs quæ dei sunt rebus, ut
offerat dona & victimas pro peccatis, qui placabilis
esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem
& ipse circundatus est infirmitate, & propter hanc
debet, sicut pro populo, ita & pro scipso immolare pro
peccatis. Videitis ne, dicunt, quod sacerdotes victimas
offerant pro peccatis? Meliore fide deberent scripturas
traditare: nam haec uerba ad eorum opinionem prorsus
non faciunt. Nam S. Paulus hic loquitur de sacerdos-
tibus ueteris legis, qui tantum figura Christi erant, quod
clarum est ex sequentibus, cum dicit: Nemo arrogat si-
bi ipsi honorē hunc, nisi à deo uocetur, sicut Aaron. Illi
autem erant ex genere Aaron. Vbi nunc sunt summi
illi sacerdotes? Totum eorum sacerdotium post Christum
passum sublatum est, & Christus noluit esse sacerdos se-
cundum ordinē Melchisedech. Clarum igitur est illum
S. Pauli locum non facere pro illis. Si uero uolunt hanc
sententiam omnibus communē, oportet prius ipsi pro-
bent, quod ipsi sint sacerdotes, nam nomen non solum
sacerdotem efficit. Si quis stupidus mendicus audiret
principes habere populum & fines quibus dominentur,
& ipsi etiam esset nomen principis impositum, ut sæpe
fit, sequeretur ne mendicum propterea etiam habere fi-
nes & subditos quibus imperaret? Cum igitur scriptura
non

non ferat externum huiusmodi sacerdotium, quale olim
fuit, & sunt sacrificuli nomine tenus sacerdotes, non sta-
tim sequitur ipsos deo hostias offerre . Sed hoc putatur
durius dictum, iam nullum omnino sacerdotem esse.
Nemo debet se offendere in illo sermone. Nos dicimus,
non esse sacerdotem qui debeat offerre pro peccatis,
alias propter orationem & sacrificium laudis, & suip-
sus oblationem, omnes Christiani per Christum sacer-
dotes sunt, sicut S. Petrus dicit: Vos estis genus ele-
ctum, regale sacerdotium, populus sanctus: hoc est dictum
ad omnes in uniuersum Christianos: & quod amplius
est, spiritus sanctus potest per omnes Christianos alios
docere. Et in hoc noui testamenti sacerdotio sunt longe
præcellētioris dignitatis sacerdotes, quam in ueteri, sed
ex ijs sacerdotibus nullus offert pro peccatis, nam Chri-
stus haec consummauit omnia. Hic dicunt: Quare ratio-
ne posset durare ecclesia Christi si non essent presbyte-
ri qui ignauos ad labores exhortarentur? quis errantes
in uitam reducere? quomodo cauerent satan.e insidias?
quis falsis doctoribus resisteret? necessitate sequeretur
confusio. Respondemus: Haec enumerata iam officia do-
centi, consolandi, obiurgandi, monendi, adhortandi, ca-
uendi per uerbū dei, uerè propria esse noui testamenti
sacerdotū. Ad haec dominus semper in ecclesia aliquos
excitat, Eph. 4. Et nulla ecclesia Christi non pasto-
res & doctores constituet, sed iij non erunt missarij sacri-
culi, sicut haclenus, per quos magna confusio, & multi

DE MISSA AD

errores in ecclesiam irrepererunt, iijq; omnia ceremoniarum numerositate, & missando conati sunt efficere. Sane doctrine multis iam annis magna fuit penuria. Alia etiam loca ex epistola Heb. proferunt, cap. 10. ubi dicit S. Paulus: Quoniam si uolentes peccauerimus post cognitam ueritatem, non ultra pro delictis est hostia reliqua. Ex ijs uerbis uolunt elicere, quibusdam nullam reliquam esse hostiam, nempe ultro peccantibus: quibusdam sacrificium esse reliquum, fidelibus sci licet, & illud sacrificium est illis Missa: sed res ita se non habet. Nam Paulus paulo ante dicit: Vbi est peccati remissio, ibi non est reliqua hostia pro peccatis. Sic locus locum explicat, fitq; clarum quod utriq; & sponte peccantes, & gratiam consecuti, nullam reliquā hostiam habent. Etsi differenter illis qui Christo fidunt, semel est immolatus pro peccatis, nec egent alio sacrificio, alijs qui non credunt & ultro in peccatis perseuerant, Christus non de integro in cruce se offert. Magna nostrorum aduersariorum pars, nouit hæc Pauli uerba de Missa illa non loqui. Tertius locus eiusdem ad Hebræos epistolæ cap. 13. totus est contra illos, & pro nostra causa: sic enim dicit: Habemus altare de quo fas non est comedere ijs qui tabernaculo seruiunt. Papistæ putant hic per altare intelligi congeriem illam suam lapidum, quam ipsi uocant altare, cum Christus ipse sit altare hoc super quod nos nostras spirituales hostias preces ponimus. Nam nullæ preces sunt deo acceptæ nisi per

per Christum, sicut est Ioan. 15. Si aliquid petieritis in nomine meo, dabit uobis. Et scipsum apostolus explicat, dicens: Offeramus igitur deo omni tempore per ipsum hostiam laudis, hoc est, fructum labiorū confitentium nomē eius. Quare nō ipse interpretatur de Missae sacrificio? Idcirco non proprie loquimur, cum Missam domini uocamus altare: nam unicū nostrū altare Christus est. Ita tota illa epistola pro nobis est, nec ullā diiam oblationē pro peccatis nouit, nisi quod Christus semel pro nostris peccatis oblatus est. Quin in toto nouo testamento aduersarij nullam pro se sententiam habent. Hinc irruunt in uetus testamentū, cum in nouo nihil sit nec clarum, nec obscurū, quod illis patrocinetur: in isto tantundem pro suis erroribus inueniūt, nisi quod quasdam sententias uiolenter torquent: quod ubi satis à nobis declaratum fuerit, manifestum erit omnibus Missam non esse hostiam. Primum ex Genesi dicunt, Melchisedec erat figura Christi, & idem obtulit panem & uinum, quia erat sacerdos aliissimi. Et quandoquidē Christus est sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec, ut est psal. 109. igitur & Christus panem & uinum obtulit. Respondeo: quod Melchisedec sit figura Christi, & sacerdos secundum ordinem Melchisedec, Christianorum nemo negat. In quibus uero rebus Melchisedec sit figura Christi, est dilucidissime traditum in epistola ad Heb. cap. 7. in qua epistola nominatum examinantur & enumerantur omnia dignitatis nomina.

DE MISSA, AD

In quibus fuit Melchisedec typus Christi, nempe quod Christi sacerdotium sit æternum, quod sit Christus rex pacis & iustitiae, & de uini & panis oblatione nulla fit mentio. Quanquam in Genesi non est quod ipse deo sacrificauerit, sed panem & uinum Abrahæ in alimonia & honorem obtulit, sicut & Christus suum donauit nobis uerbum. Melchisedec afferebat panem & uinum, Abraham autem decimas illi retribuebat. Quid ex his concludent? Scriptum est, ipsum sacerdotem dei fuisse: quis negat: sed non panem & uinum deo offerebat, sed Abrahæ dabat. Eodem modo Christus nobis sacramenta panis & uini dedit, non sequitur quod deo obtulerit. Item sacerdos non omnia sacerdotaliter, ut sic dicam, facit. Quod enim Melchisedec Abrahæ obuiam iuit, non est deo obuiam ire. Scriptura pingit Melchisedec sub typo æterni uniciq; sacerdotis. Non sibi autem aduersarij attribuerunt Christo alios sacerdotes, qui uicarij eius sint post eius in coelum redditum, dantq; illi tutorem quodammodo, ut nihil ad minuendam diuinitatem & gloriam omittant. Porro si quis concederet illis panem & uinum illum deo obtulisse, nihil tamen habetur quod seipsum sub pane & uino mactauerit: nec hic ulla ratione concludi potest, quod Christus seipsum sub specie panis & uini sacrificauerit. Huc accedit, si Christus solum panem & uinum obtulit, multo preclarius & magnificentius sacerdotes fecerunt, qui hostias uiuentes mactando sacrificauerunt. Propter has

has causas quid loquantur nesciunt, & dum scripturam contra se proferint, suo ipsorum gladio iugulantur. Preterea uarias scripturas ex uarijs locis producunt, ubi cunq; in sacris literis inueniunt quod deo polenta, farina, panis no fermentatus aut coopersus oblata sunt: sicut Exodi 25. de panibus qui debebant semper mensæ impositi esse. Leuitici 2. de pane non fermentato & consperso. Leuitici 23. de duobus panibus primorum frumentorum. Item Leuit. 21. ubi sancti pronunciantur, propterea quod offerunt domini hostiam panis dei sui. In primis autem illud Malachie primo iactant: In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo munda hostia, quia magnum est nomen meum inter gentes. Alijsq; locis non minus violenter & infeliciter utuntur: in quibus oblatio panis passim papistis significat, quod corpus Christi debet corporaliter in Missa offerri. Putant se errare non posse: putant hec somnia ubiq; per legem & prophetas confirmari. Quemadmodū de purgatorio fecerunt, ubicunq; in Biblia ignis uocabulū scriptū erat, oportuit significare purgatorium. Ita quoque hic faciunt, cum nullam omnino saltem in speciem probabilem rationem habeant, quod in Missa corpus Christi offerri debeat, fingunt figuræ & tropos. Quocunq; loco aliquid legunt de sanguine aut alijs hostijs, Christi corpus significare cogunt, & in auxilium uocant ueteres ecclesiæ doctores, quos nihil magis quam Bibliam intelligunt. Nos paucis ad illorū allegationes semel re-

DE MISSA AD

spondebimus, ueramq; illorum locorum interpretationem indicabimus. Primum omnium illud Malachie in manus accipiamus, ex quo intelligi potest quid aliae si-
guræ significant. Prophetæ reprehendit Iudeorum sa-
cerdotes, qui soli studebant auaritiae. Ipsorum autem mu-
neris esse oportebat, domino purum populū parare, &
ex lege domini mores formare, ut sequens caput testa-
tur. Debuissent inculcare iustitiā, & instituere populū
pietate & omnib. uirtutibus, ipsi aut̄ docebant stultas
inutilesq; hominū intentiones, & domino malum po-
pulum falsiq; cordis repræsentabant. In hac figura no-
minantur conspurcatus panis, cæca, clauda, fracta ho-
stia. Certum est autem hunc panem impurū non posse
purissimū corpus Christi significare, nec ipsi uolunt eum
habere pro clauda & mutila hostia: quamobrem pa-
nis ille & hostia illæ populū significant, sicut S. Paul.
ad Corinth. interpretatur: Nos multi sumus unus pa-
nis & unum corpus. Et ad Ro. cap. 15. dicit se Euange-
lio dei seruire, quò gentes fiant accepta deo hostia san-
ctificata per spiritū sanctum. Quapropter quando sa-
cerdotes impium populū & iniustum inter Iudeos do-
ctrina & exemplo faciebant, arguit eos dominus & mi-
natur se alios facturū sacerdotes, per quos hostia pura
non solum in Iudeis, sed in gentibus etiam offeratur, id
est, per quos populus ad ueram iustitiā, pietatem, & no-
minis dei uenerationē eruditatur: & sic prædicet ueniu-
nos sacerdotes, qui oblaturi sim hostias iustitiæ. Quid
sancti

sancti apostoli & omnes uerbi dei fideles ministri fecerunt: & ita populus dei qui est spirituale corpus Christi, adductus & oblatus est per istorum doctrinam. In quam sententia S. Paulus dicit se Corinthios cum uirginem Christo deponuisse: quibus uerbis nihil aliud uult, nisi quod per suam prædicationem & signa, gentes quæ carnales ante erant, deo adduxerit, & sacrificauerit sicut hostiam sanctam. Quare etiam ad Ro. 12. eos adhortatur per misericordiam dei, ut tradant corpora sua, hoc est, seipso, in hostiam uiuentem, sanctam, deo acceptam, in rationalē dei cultum. Ita populus dei, spiritualiter est cibis dei, quem Christus petit, Ioan. cap. 4. Et illi sunt duodecim illi panes propositionis, qui semper ante faciem domini, per duodecim apostolos conuersti, apparent. Ii sunt ueri sacerdotes, & quò possint talia efficer, oportet eos esse sanctos, hoc est, abstinere ab omni quod potest eos in cultu dei impedire. Hic panis nominatur aliquando immaculatus, quia Christiani in ueritate, sine hypocrisi & mendacio ambulare debent, & debent esse uncti oleo, hoc est, gratia spiritus sancti & ueræ charitatis & misericordiae, quò placeant deo.

Hic scripturæ sensus uerus est, & per scripturā probatus: papistarū autem, quanquā doctores testes quosdam adducant, est prorsus destitutus omni scripturarū testimonio. Et ex sacris literis scimus per panem significari etiam uerbum dei, sicut habemus Matth. cap. 4. Homo non solum de pane uiuit, sed ex omni uerbo quod

DE MISSA AD

quod exit de ore dei . Hunc panem populo sacerdotes
syncere ministrare & proponere debent . Neq; hoc lo-
co spiritualis panis hostia erit , sed ministerium uerbi , &
mysteriorum dei . Hoc est uerum manna , & panis ange-
lorum , qui de cœlo datus est hominib. in uerum cibum .
Hæ figuræ sunt ex sacris literis probatæ , ab apostolis
nobis traditæ & expositæ . Aliæ figuræ quæ excogitan-
tur , errores defendendi gratia confititæ sunt , quæ ad nos
nihil attinent . Ex omnibus his intelligi facile potest ,
quænam apostolorum & uerorum sacerdotum oblatio-
nes sint , nimurum fidelis populus , quem ipsi deo saluta-
ri doctrina adducunt , & non naturale corpus Christi ,
quemadmodū caro putat , offerunt , nam hoc esset Chri-
stum iterum cruci affigere . Putant se adhuc reliquum
habere argumentū fortè ex propheta Daniele cap . 8.
& 12 . ubi scriptum est quemadmodū cessare debeat ad
tempus sacrificium quotidianū , quod uocatur q̄d A-
būtū . Ex illo intelligunt quotidianū sacrificium
esse eorum Missam , quæ iam incipiat cessare . Hæc falso
conficta interpretatio . Nam certum est quotidianum
illud sacrificiū quotidie bis oblatum , mane & uesperi ,
Exodi 29 . Atq; illud sacrificium cum alijs Iudaicis sa-
crificijs sublatum est , cum Christus unica uera hostia su-
per altare crucis seipsum obtulit . Igitur certum est non
esse illud Missæ sacrificiū , neq; ipsi mane & uesperi mis-
sant . Item palam est sub quibusdā episcopis , quod ali-
quando cœni domini tantum bis aut ter habita est toto
anno .

anno, Eusebij testimonio. Historia autem de illo quotidiano sacrificio Danielis est completa sub tyranno Antiocho, quo tempore tres aut plures annos templū Iudeorum desertum erat sine omnibus sacrificijs. Hoc profecto uerum est, Antiochus est figura Antichristi, qui uerum cultum dei, id est, fiduciam in deum sustulit, perdidit & extinxit: fides est extincta, quandoquidem homines magis suis uiribus & operibus quam deuī gratia fidunt. Quod autem nos ex ea domini utimur iuxta Christi exemplum & mandatum, Missa neglecta, nihil minus est quam cultus dei contemptus & omissione. Ex his clare cernitur quam ignari scripturarū, ueritatis & fidei nostrae aduersarij pugnant. Habent quasdam alias figurās & somnia, sed omnia prorsus non sunt unius ponderis. Ex his quedam indicemus. Primum quod dicunt, paschalisi ille agnus quotannis oblatus est, igitur debet et Christus uerus agnus paschalisi sepe offerri. Hoc entyphemate nihil absurdius dici potest. Nam ille paschalisi agnus non est immolatus pro peccatis, sed solum mactatus & manducatus in memoriam angeli occidentis in Aegypto. Nunc autem papistis Missæ sacrificium pro peccatis offeritur, non manet tantum recordatio mortis domini. Reliquas hostias, cum fuerint imperfectae, repetrere saepius necesse fuit. Christus autem ut perfecta & sufficiens hostia, semel offerendus fuit. In nocte saepius alia accenduntur lumina, interdiu sol solus ad lucem satis est. Quod autem dicunt, in Act. cap. 13.

DE MISSA, AD

Cum illi sacrificarent & ieiunarent spiritum sanctum
dixisse: et uerbū λειτοργέω hanc uim habere, sunt
etiam nugae, nam significat ministro: in qua significa-
tione S. Paulus utitur Rom. 13. illic scriptum est, quod
magistratus sit ὁ λειτοργός, hoc est, publicus minister
dei. Ita iuxta papistarū expositionem, omnes qui in ma-
gistratu sunt, propter munus oporteret esse sacerdotes.
In hunc modum quoq; argumentātur arguti homines:
Cum Christus seipsum obtulerit, potest & ecclesia spon-
sa eius eum offerre pro peccatis: quod in Missa facit.
Nam sponsus Christus, & ecclesia sponsa, adēcō unum
sunt, ut alterum faciat quicquid alterum facit. Et hoc
menitum est, ecclesiam facere quicquid Christus fecit.
Christus enim pro nobis mortuus est, esset ergo ecclesia
etiam pro nobis mortua. Christus est caput & summus
sacerdos, igitur & nos essemus caput. Quare inutiles
nugae sunt quicquid loquuntur. Pergunt & dicunt: Cum
dolore & passione corporis Christus potuit immolari,
igitur impatiabiliter offerri potest. Semel potuit esse ho-
stia, ergo saepius potest esse sacrificium. Hoc quam nihil
probet, quis nō uidet? Non queritur quid Christus esse
possit, sed quid Christus fecerit, quidq; scriptura do-
ceat. Posset & alia Christus, tamen non quae potest fa-
cit. Dicunt etiam: Melius est dare quam accipere: in sa-
crificio datur, in coenæ mandatione accipitur, igitur
præstat offerre. Sed primum probandum est illis, quis
illis potestatem sacrificandi sic sicerit, quo loco domi-
nus

nus iussit. Verum est, præstantius & melius dominū
deum saluatorē esse, quam creaturā & seruum. Quan-
ta igitur esset blasphemia, si quis se esse diceret deum
& saluatorem? tanta quoq; est, quod peccatores Chris-
tum offerre pro peccatis conantur. Sic sit, ut quo stu-
diosius suos errores defendunt, hoc iniquiores sint in di-
uinam maiestatē. Ex papistis quidam etiam non dubi-
tant dicere, homines quotidie peccare, ergo necessum
esse quotidie sacrificare: & Christū non omne pecca-
tum, sed tantum præteritū, quod uocant originale, ab-
stulisse: sed alia peccata quotidiana oportere per alia
media, opera scilicet & sacrificia expiari. Præterea
addunt alia non magis christiana, quæ adeò repugnant
christiano dogmati de fide, ut Christianorū quisquā qui
audit, ea intelligere posse. Nam ex illis cōsequens esset
Christum neq; deum, neq; uerum saluatorem esse. Nec
opus est pluribus uerbis. Hac uera via & ratione,
grauiſſimi sapientiſſimiq; patriæ patres, dominicæ cœ-
næ ordinationē Christi, simulq; hominū inueniones &
additiones, collatione perpendimus & comparauiimus,
atque ita gratia dei aduersariorū commenta confuta-
uimus, & Christum nullo modo denuò posse immolari
probauiimus. Quare uerum est, quemadmodū in publi-
cis nostris concionibus prædicauimus, Missam non esse
sacrificium, sicut haclenus in usu fuit, ad tollenda pec-
cata, sed horrendam abominationē coram deo: nec ita à
domino instituta est: quam ob causam meritò omnes

DE MISSA AD

Christiani uitare & fugere eam, seq; ad uerum usum
coenæ domini, iuxta mandatum domini conuertere de-
bent. Nos de hac re longè plura habemus, sed breuios-
res sumus, ueriti occupationibus uobis in administrādo
rerum publicarum commodo, prolixiora audiendi tem-
pus non esse relicitum. Attamen si uestra pietas & pru-
dentia aliquid desiderat, parati sumus petentibus plura
ijs adiungere. Sed satis hæc scripturæ testimonia futura
cuilibet ueritatē amanti & querenti cōfidimus. Quod
supereft, uestrum candorem & bonitatem, prudentissi-
mi & fortissimi viri, diligenter obtestamus, si diuina
cuiquam uidentur hæc quæ hic scripsimus, ne in malam
rapiantur partem, nam nos nullā nominatim personā
ex aduersariis perstrinximus, nec ullam priuati conta-
modi rationē habuimus. Nam si exemplo aduersario-
rum nostrorum heritatem deserere, & Missæ causam
iuuare uoluissimus, plus utilitatis priuatae mundane,
hoc est, ut umbra peritura, acceſſisset. Sed nos deus ab
hoc malo custodiat, præstat mori & pati infamiam, &
omnium rerum inopiā. Solum peccati magnitudo (que
Christi regnū in ecclesia horribiliter deuastat, & ut ue-
ræ fidei christiane cognitio nullū locū habeat efficit)
facit ut nec liceat nec possumus tacere. Quin nobis de-
sunt uerba, quibus rei indignitatem satis exprimamus.
Abominationis enim illius crudelitas omnes linguae ui-
res superat. Et nos scimus quod tacentes formidandam
iram dei effugere non possemus, sicut nobis à deo præ-
cepimus

ceptum est Ezechielis cap. 3. & 33. & Esiae cap. 58.
& alijs infinitis locis. Nec nobis solum uerbo dei hæc
docenda sunt mandata, sed & uobis nostro uenerando
magistratui non minus hæc sunt precepta, ut seueram
harum rerum curam habeatis: nam uobis à domino po-
testas est tradita, Rom. 13. ut malum extirpetur, & re-
stum iudicetur iudicium. Nos & dicimus, & per sacrae
scripturae testimonia confirmabimus, & est magna ex-
parte confirmatum, quod sub cœlo inter eos qui Chris-
tum profitetur, nulla idolatria, cōfusio, blasphemia,
animarum seductio & perditio maior sit illa papistica
Missa, quantumvis sit speciosa in oculis hominum. Nul-
lum flagitiū, nullum crimen tam atrox aut crudele est,
quod tantum noceat quantum illa missariorū sacrificiu-
lorum pessima uita. Si igitur flagitiosos magistratum
oportet & decet emendare & punire, licebit & in hoc
negotio potestatem & ius suum exercere magistratum,
nec pius magistratus conniuere poterit. Salus animæ
potior est externis bonis & corpore. Aeternum enim
perituro præstantius esse quis dubitat? Christum Iesum
ludibrio habere & contemnere, plus est quam omnes
alias creaturas. Nos in magnam spem uocamus, que ue-
stra est prudentia, optimi patres patriæ, uestram sapien-
tiam nihil mouere diuturnum illum abusum, & exem-
plum quorundam principum & ciuitatum, quibus uel
nihil curæ est animarum salus, uel ueritatem aut igno-
rant, aut scire nolunt. Potius piorum exempla nos mo-

DE MISSA AD

ueant. Nam nihil est quod excusare posset nos, si cognitam ueritatē non expediti omnibus postpositis sequimur. Quare bene speramus, pro uestra pietate & grāuitate, uos fiducialiter & fideliter quicquid contra abominandas illas blasphemias, pro Christi ecclesiae salutē & uera pace erit, facturos. Nam non ignoratis eandem iram dei easdemq; poenās, consentientes & facientes manere. Neq; sine causa, diuinoq; consilio uobis, & paucis alijs, si orbem terrae respiciamus, manifestauit deus ueritatem suam. Est bonum singularis dei gratie signum, si grato excipiatur animo. Sed sine dubio est magna & irreconciliabilis ira dei signū, ubi talis ueritas repudiatur, & contempta abiicitur. Propterea charissimi & optimi fratres & patres, pro charitate uestra erga deum, & amore salutis ciuiū uestrorū, uigilate & laborate in prouehēda gloria dei, & in promouēda morum probitate & uera religione in omnib. ijs qui uobis à deo sunt subiecti. Nos nō adhortamur ut ecclesix bona diripientur, aut ut durius ullo modo in aduersarios animaduertatis. Absit enim hoc à nobis procul. Sed hoc unū petimus, ut se nō diuturnitate temporis, & patrum quorundā autoritate non in selleta, quibus quiduis errorū defendi potest, sed uerbo dei tueantur. Quod si facere non poterunt, ut ab illa horribili abominatione & idolatria abstineat, & cedant ueritati, donec suam Missam probent esse talem cultum dei, qualem uideri uolunt. Quod animi nostri propositū, ab omnibus opīnor

nor boni consuletur, & conatum ueræ ex timore dei sa-
pientie uestræ nemo iure poterit arguere: immo omnes
pij quibus cor est intelligens, in uobis laudabunt deum,
& Basileæ ciuitati uestræ benedicent. Impij quibus nul-
lus sensus dei est, hostes ueritatis, se pijs uestris conatib.
opponent, & quicquid rectum reprehendent & calum-
niabuntur, & oppugnabunt. Sed domino deo fidendū
est, & omnibus posthabitatis mandata eius custodienda,
regnumq; eius primum omnium querendum, ultro om-
nia, quibuscunq; & ad corpus & ad animam opus est,
nobis adjicientur. Nos omnes quotquot hic in
Euangelio Christi serui sumus, uestræ boni
tati & fidei in omni que cum deo
esse potest obedientia
committimus.

Finis.

LIBELLVS AVREVS

DOCTI CVIVSDAM, QVOD
idola, quæ nos imagines diuorū appellamus, è tem-
plis, ubi fidelium populus colligitur, tollen-
da omnino sunt, hactenus latine
non uifus.



Xodi 20. Non erunt tibi dij alieni co-
ram facie mea. Nō facies tibi sculptile,
atq; omnem similitudinē, quæ est in cœ-
lis desuper, & quæ in terra deorsum,
& quæ in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non co-
les ea, quia ego dominus deus tuus, deus æmulator.

Eodem capite. Et ait dominus ad Mosen: Sic dices
filii Israël: Vos uidistis quod de cœlis locutus sim uo-
biscum. Non facietis mecum deos argenteos, & deos
aureos non facietis uobis. Hic prohibet deus noster, ne
ullo uestitu cum ornemus, aut alia re, quæ nos à uero
ciui cultu auocare posse.

Exodi 34. Deos conflatiles non facies tibi.

Leuit. 19. Non respicietis ad idola, neque deos con-
flatiles facietis uobis, ego dominus deus uester.

Leuit. 26. Non facietis uobis idola, nec sculptile,
neq; statuā erigetis uobis, sed nec lapidem figurauū po-
netis in terra uestra ut adoretis super ipsum, quia ego
dominus deus uester. Quasi dicat: Meus est omnis ho-
nor, tam eorum qui in terris, quam corum qui in cœ-
lis sunt &c.

Deut.

Deut. 4. Sitis ualde cauti pro animabus uestris,
 quoniam non uidistis ullam similitudinē in illo die, quo
 locutus est dominus uobiscum in Horeb de medio ignis.
 Ne forte perdite agatis, facientes uobis sculptile & si-
 mulacrum cuiuscunq; figurā, similitudinē masculi &
 foeminae, similitudinem cuiuscunq; animalis quod est
 in terra, aut similitudinē cuiuscunq; avis pennatae, quae
 uolat in ccelo, aut similitudinē cuiusq; reptantis super
 terram, aut similitudinē alicuius piscis, qui est in aquis
 sub terra. Et ne forte eleues oculos tuos in cœlos & ui-
 deas solem, lunam atq; stellas cum uniuerso exercitu cœ-
 lorū, & impulsus adores atq; colas ea, quae distribuit
 dominus deus tuus omnibus populis sib uniuerso cœlo.

Eodem cap. Custodite uosipso, ne forte obliuiscas-
 mini foederis domini dei uestri quod percussit uobiscū,
 & faciat uobis sculptile, aut ullam similitudinē, quam
 prohibuit tibi dominus deus tuus: quia dominus deus
 tuus ignis consumens est, & deus æmulator.

Deut. 5. Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de
 terra Aegypti, de domo seruitutis. Non erunt tibi dij
 alieni coram facie mea. Non facies tibi sculptile cuius-
 uis similitudinis quae est in cœlo desuper, & quae in ter-
 ra deorsum, atq; quae in aquis sub terra. Non adorabis
 ea, neq; coles ea, quia ego sum dominus deus tuus, deus
 æmulator.

1. Samuelis 7. Et ait Samuel ad omnem familiam
 Israël dicens: Si in toto corde uestro reuertimini ad do-

DE IMAGINIBVS

minum, auferite deos alienos de medio uestri, & Astaroth,
& præparate cor uestrum ad dominū, & seruite
ei soli . Ipse enim liberabit uos de manu Philistæorum.
Abstulerunt igitur filii Israël Baalim & Astaroth, &
seruierunt domino soli.

Nu. 25. Israël fornicatus est cum filiabus Moab, que
uocauerunt populum ad sacrificia deorum suorum, &
per hoc illectus populus comedit cum illis, & adorauit
deos illarum, quod tamen deus graui poena prohibue-
rat . Ideo concitatus furor domini contra Israël, & ait
dominus ad Mosen : Tolle omnes principes populi, &
suscipiente eos ante dominum in conspectu solis (in poena
estima peccati idololatriæ) ut auertatur ira uultus di-
uini ab Israël . Et ait Moses ad iudices Israël : Occidite
unusquisq; uiros suos qui iuncti sunt Baal Peor.

Deut. 4. Si genueritis filios & nepotes, & habita-
tionem assecuti fueritis in terra, malumq; agentes fece-
ritis quamcunq; imaginem sculptā, & feceritis malum
in oculis domini dei uestri, ut ad iracundiā cōcites eum,
testor cōtra uos hodie cœlū & terram, quod pereundo
peribitis uelociter de terra, ad quam uos traiectio lorda-
ne transitis, ut illam possideatis: non prolongabitis dies
super eam, sed eliminando eliminabimini, spargetq; do-
minus uos in populos, & relinquemini pauci numero
in geniib. ad quas uos dominus ducturus est : seruietisq;
ibi dijs, qui sunt opus manuū hominis, ligno & lapidi,
qui nō uidet nec audiūt, neq; comedūt, neq; odorātur.

Deut.

Deut. 7. Sic facietis gentibus ad quas introducet
nos dominus deus: Altaria eorum diruetis, & statuas
eorum confringetis, arbores eorum succidetis, atq; scul-
ptilia eorum comburetis igne. Nam populus sanctus
tu es domino deo tuo, te elegit dominus deus tuus, ut sis
ei populus peculiaris præ omnibus populis qui sunt su-
per faciem terræ.

Deut. 12. Hæc sunt statuta & iudicia quæ custodie-
tis & facietis in terra, quam dedit dominus deus patriū
tuorum tibi, ut illam possideas cunctis diebus quibus ui-
turus es super terrā. Perdendo perdetis omnia loca in
quibus coluerunt gentes, quas possidebitis, deos suos su-
per montes excelsos, super colles, & sub omni arbore
frondosa. Diruetis altaria eorum, & confringetis sta-
tuas eorum, atq; lucos eorum igne comburetis, sed &
sculptilia deorū quos habent concidetis, perdetisq; no-
men eorum de loco illo.

Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta aut
somniator somnijs, & dederit tibi signum aut portentū,
ueneritq; signum aut portentū quod tibi prædictum, &
dixerit, Eamus post deos alienos quos non cognoui-
sti, & seruiamus eis, non audies uerba prophetæ illius,
aut qui somnia auerit huiusmodi somniū, quia tentat uos
dominus deus uester, ut sciat utrum sitis amantes domi-
num deum uestrum in toto corde uestro, & in tota ani-
ma uestra. Post dominum deum uestrum incedetis, atq;
cum timebitis, præcepta eius custodietis, & uocem eius

DE IMAGINIBVS

audietis, ipsi seruietis, atq; ei adhærebitis. Propheta autem ille, aut somniorū somniator occidi debet, eo quod auersionem locutus sit (et recedere monuit) à domino deo uestro, qui eduxit uos de terra Aegypti.

Deut. 27. Locutus est Moses ex iussu domini, et dixit ad Leuitas ut dicerent cunctis uiris Israël uoce excel sa: Maledictus uir ille, qui fecerit sculptile et conflatile abominationem domini, opus manuum artificis, et posuerunt in abscondito: respondebuntque uniuersi de populo et dicent, Amen. Hic prohibetur occultae imagines, quas in aedibus priuatis habere solebant. Sic dominus omnem idolatriæ specie à nobis procul esse uult. Non uit enim quomodo nos auocare soleant illa idola à uero cultu quem ipse præcepit.

Iosue 24. Et ait Iehosua ad populum: Non potestis seruire domino: deus enim sanctus et deus æmulator ipse est, et non dimittit iniquitatē uestram et peccata uestra. Si deserueritis dominū, atque seruieritis diis alienis, conuertet se et malum faciet uobis, exterminabitque uos postquam uobis beneficit. Et ait populus ad Iehosuam: Non, sed domino seruiemus. Et ait Iehosua ad populum: Testes estis uos ipsi, quod elegeritis uobis dominum, ut illi seruiatis. Et dixerunt: Testes. Et nunc auferite deos alienos qui in medio uestri sunt, et inclinante cor uocstrum ad dominum deum Israël.

Iudicum 10. Postquam Israël addidit malum face re in oculis domini, et coluerunt deos alienos, immisit dominus

dominus hostes crudeles, qui eos contriuerūt. Clamaue= runt in angustijs ad dominū, sed ille respondet populo: Ite & clamate ad deos quos elegistis, illi saluent uos in tempore angustie uestræ. Et dixerūt filij Israël ad do= minum: Peccauimus, age tu nobiscū quicquid fuerit bo= num in oculis tuis, tantū eripe nos hac die. Abstulerunt uero deos alienos de medio sui, & seruierunt domino. Videtis nullum auxilium deos istos posse ferre in pericu= lis, neq; seipso possunt seruare, imò omne malum pro= pter cultū idolorū super populū immittitur à domino.

Psal. 97. Confundantur omnes qui colunt sculpti= lia, & qui gloriantur in dijs uanis.

Psal. 106. Et coluerunt idola eorum, quæ fuerunt eis in offendiculum.

Psal. 115. Idola illarū sunt argentū & aurum, opus manuum hominum. Os est eis & non loquuntur, oculi sunt eis, & non uident: aures sunt eis, & non audiunt: narēs sunt eis, & non olfactiunt: manus sunt eis, & non palpant: pedes sunt eis, & non ambulant: neq; loquun= tur per guttur suum. Similes eis sunt qui faciunte ea, & quicunq; sperant in eis.

Sap. 14. Per manus quod fit idolum, maledictū est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est, illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est. Similiter aut̄ odio sunt deo, impius et impietas eius. Etenim quod factū est, cum illo qui fecit tormenta patie= tur. Propter hoc & in idolis nationum non erit respe=

DE IMAGINIBVS

Etus, quoniam creature dei in odium factae sunt, & in tentationem animis hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis, est exquisitio idolorum, & adiumentio illorum corruptio uitae est: neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum, haec adiuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Legge hoc caput usque ad finem, & unde origo idolorum, & cultus fluxerit eorum, dispere at si non inueneris, conscientia tua teste.

Esa. 42. Ego dominus, & hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus.

Item eodem cap. Confundentur confusione qui confidunt in sculptili, & qui dicunt ad conflatile: Vos dis nos tri. O surdi audite, & ceciri respicite ut uideatis.

Esa. 44. Sic dicit dominus rex Israël, & redemptor eius, dominus exercituum: Ego primus, & ego nullus, & praeter me non est deus. Si quis est similis mei, aduocet quod praeteriit, & annunciet illud atque ordinet hoc ipsum ante me, ab eo tempore quo constitui populum seculi, & quae breui futura sunt, aut quae post longum tempus uentura sunt, de illis annunciet. Nolite pauere, neque timeatis, an non ex tunc audire te feci, & annunciaui? & uos quidem testes mei esitis. Nunquid est deus praeter me? aut est ne creator quem ego ignorem? Fornicatores sculptilium omnes uani sunt, & sculp-

ptilia

ptilia quæ ipsi diligunt, nihil prosunt, & quidem testes
eorum ipsi sunt, quod non uident, nec cognoscunt, atq;
ideo confundentur. Quis igitur formare audet deum, &
sculptile conflare, quod nihil prodest? Ecce omnes socij
eius confundentur, & fabri quidem ex hominibus sunt,
congregabuntur omnes, stabunt, pauebunt, & confunden-
tur pariter. Faber ferrarius parat dolabram, & opera-
tur in prunis, & cum malleis format illam, deinde ope-
ratur cum ea in brachio uirtutis sue, ut etiam esuriat,
& uires non habeat, non bibat aquam, & plane defisi-
cat. Faber uero lignarius extendit regulam, effigiem
adhibet ei cum creta, & format ipsum in angulis, atque
circularē figuram inducit ei, & facit ipsum in similitudi-
nem uiri, & iuxta effigiem hominis, ut sedeat in domo.
Succidit sibi cedros, accepit tirzam & querctū, & sum-
pto animo quæsuit meliora ligna sylue, plantauit pi-
num quam pluua enutriuit, factaq; est homini in incen-
dium: accepit enim ab eis & calefecit se, quin & forna-
cem succendit, & coquit panes, facit quoque deum &
adorat, facit & sculptile ex eo, & incuruat se coram il-
lo. Medietatem eius combusit in ipso igne, & de medio
eius carnē comedit, quam scilicet in assaturā assat, &
saturatur, calefit quoq; & dicit, euge, calefactus sum,
& sensi ignem. Ex reliquo autem eius fecit deum pro-
sculptili suo, incuruat se coram illo, adorat & obsecrat
illud dicens: Libera me, quia tu es deus meus. Nescie-
runt, nec intellexerunt, eo quod deus obleuerit oculos

DE IMAGINIBVS

eorum ne uideant, neq; intelligat cordibus suis. Sed nec
redit ad cor suum, non est sensus, neq; intelligentia ut di-
cat, Medium eius combusci in ipso igne, atque in prunis
eius coxi panem & assauit carnem quam comedam, &
ex residuo eius faciam abominandum idolum, & ante sti-
pitem arboris incuruabo me. Itaq; pascit cinerem, &
cor suum seductum inclinat eum (ad id) ut non liberet ani-
mam suam, neq; dicat, Nunquid non mendacium est in
dextera mea?

Hierem. 10. cap. Stultus fit omnis homo à scien-
tia, & confunditur omnis conflator à sculptili, nam men-
daciū est conflatile eius, cum non sit spiritus in eis. Vā-
nitas in quam sunt, & opus errorum: in tempore uisita-
tionis eorum peribunt.

Hiere. 13. Sic dicit dominus: In hunc modum cor-
rumpam superbiam iehuda, & superbiam magnam Hie-
rusalem. Populus enim ille malus renuit audire uerba
mea, ambulant in prauitate cordis sui, & sequuntur deos
alienos, ut colant eos, & adorent eos.

Ezech. 14. Factum est uerbum domini ad me,
dicens: Fili hominis, uiri isti produxerunt immundi-
tias suas ex corde suo, & offendiculum iniquitatis sue
posuerunt coram facie sua, nunquid requisitus consul-
tationi eorum adero? Ob id loquere cum eis, & dic ad
eos: Sic dicit dominus deus: Quicunq; fuerit de domo
Israēl, qui cogitauerit in corde suo de immundis idolis
suis, posueritq; offendiculum iniquitatis sue coram facie
sua,

sua, & uenerit ad prophetā, ego dominus responderet ei faciam, eo quod uenit cum multitudine idolorum suorum, ut deprehendam domum Israēl ex corde eorum, qui omnes alienati sunt à me propter abominationes suas. Propterea dic ad domum Israēl, sic dicit dominus deus, Conuertimini, & reducite uxores uestras, ab imunditiis uestris, atque à cunctis abominationibus uestris auertite facies uestras: quoniam quicunq; de domo Israēl, & de peregrino qui manet in Israēl, qui separatus fuerit à me, & reduxerit abominationes suas in cor suum, posueritq; officinulum iniquitatis sue anime faciem suam, & uenerit ad prophetam, ut consulat me per eum, ego dominus faciam ut respondeatur ei ex me.

Ezech. 6. Montes Israēl audire uerbū domini dei. Sic dixit dominus deus montibus & collibus, riuis & uallibus: Ecce ego, ego inquam, adduco contra uos gladium, & perdam excelsa uestra: deuastabuntur altaria uestra, & confringentur simulacra uestra, & prostram uulneratos uestros ante idola uestra, & dabo cadauera filiorum Israēl coram idolis eorum, spargamq; ossa uestra per circuitum altarium uestrorum. In cunctis habitationibus uestris uastabuntur ciuitates, & excelsa dissipabuntur, quatenus & altaria uestra deuastentur & diruantur, atq; confringantur & aboleantur idola uestra, & succidantur simulacra uestra, deleanurq; opera uestra. Et cadet uulneratus in medio uestri, & scietis quod ego sum dominus.

DE IMAGINIBVS

Hoseæ 13. Fecerunt sibi conflatile de argento suo iuxta adinventionē intellectus sui, idola scilicet et opus totum artificiosum, propter quæ ipsi dicunt ihs qui sacrificant ex hominib. Oculamini uitulos. Idecirco erunt quasi nubes matutina, & quasi ros mane cōsurgens & abiens, atq; sicut palea quam tollit turbo de horreo, & ueluti fumus de fenestra. Ego autem sum dominus deus tuus de terra Aegypti, & deum præter me non agnoscet, nec est saluator præter me.

Micheæ 1. Omnia sculptilia eius comminuetur, & omnia uestimenta eius igne exurentur, & omnia idola eius ponam in dissipationem, quia de mercede meretricis congregauit (ista Samaria) ideo usq; ad mercedem meretricis redigentur.

Abakuk 2. Quid prodest sculptile? quia sculpsit ille fidator suus ut esset conflatile, & quod annūciat mendacium, & tamen fiduciam habet in eo, fidator scilicet in figmento suo, ut faceret idola muta. Væ qui dicit ligno, euigila, & lapidi insensibili, excitare, ipse ne docebit (te?) Ecce opertus est (lapis) ille auro & argento, & non est ullus spiritus in medio eius.

FACTVM ILLORVM Q.VI
idola, quæ ad cultum prostabat, amouerunt,
laudatior, & summè extollitur
in diuinis scripturis.

2. Reg. 18. Rex Hizkija abstulit excelsa & confreygit

git statuas, atq; succidit lucos: contrivit deniq; serpente
eneū, quem fecerat Moses, nam usq; ad illos dies adole-
bant ei filij Israël incensum. Item 2. Reg. 23. Iosias rex
cōfregit statuas & succidit lucos, & impleuit locū eorū
ostibus humanis. Sed & altare quod erat in Bethel, &
excelsum quod fecerat Iarobeam filius Nebat, qui pec-
care fecerat Israël, altare inquam illud & excelsum con-
fregit, & combusit communiqu; in puluerē, & succen-
dit lucum. Similiter pius rex Iosias postquam præcepta
legis audierat, præcepit Hilkijahu sacerdoti magno,
& sacerdotibus secundi ordinis, atq; custodibus uaso-
rum, ut offerrent de templo domini cuncta uasa que sa-
cta fuerant pro Baal, pro lucis, & pro uniuersa militia
coeli, & combusit ea foris extra Hierusalem in aruis
Kidron, tulitq; puluerem eorum in Bethel. Plura in
hoc capite sequuntur, que tuipse legere poteris. Obser-
ua autem hic, sacerdotes regi in rebus diuinis obediui-
se, neq; detrectasse mandatum regis.

Manasses impius rex eo quod iuxta abominationes
gentium ambulauit, captus est ab exercitu regis Assya-
riorum, ductusq; in Babylonem, cumq; in angustia es-
set clamauit ad dominū, & eius precatio exaudita est.
Quum autem restitutus esset in suum regnum, abstulit
deos alienos, & simulacra de domo domini, & cuncta
altaria que extruxerat in monte domus domini, & in
Hierusalem, proiecitq; extra ciuitatem. Inue-
nimus etiā in scripturis crudelis poenas infictas

DE IMAGINIBVS

ijs qui idola coluerūt. 2. Reg. 17. legimus leones domini
num immisisse Samaritanis, qui eos interficiebant eo
quod nescirent cultum dei. Necnon in alijs locis similia
occurrent, que hic adducere tedium est. Qui ex a
etate idolorum uanitatem & abominationem cognoscere
uult, legat prophetam Baruch, in quo clarissime descri
bitur, quod omnes qui idola aut colunt aut timent, cons
fusione turpisima operientur. Quid opus uerbis? Qui
legi domini obediunt, ijs contenti erunt: qui repugnat,
etsi syluam testimoniorum afferrem, perpetuo respons
sarent. At qui contentiosis papistis uno & altero argu
mento in medium adducto inserviam, qui scripturam di
uinam ægre admittunt ob inueteratam consuetudinem,
quam à patribus suxerunt. Argumenta enim illorū pau
cis diluam, quibus summe gloriantur, idq; ex nouo testa
mento faciam, quo minus coram deo excusabiles sint
patroni idolorum.

Primo obijciunt: Adduxisti solummodo ex ueteri
testamento testimonia quod idola sint tollenda: nos qui
Christiani sumus, à lege liberi sumus. Responsio: Om
nia statuta & præcepta quæ honorem dei promouent
in ueteri testamento mandata, etiam nos obstringunt:
quod nemo unquam negauit. Nam si non obstringerent,
præcepta decalogi hac ratione à nobis facile reiijceren
tus. Verum sicut ad nos primum præceptū, Deos alic
nos non habeas, spectat, ita & præceptū de idolis, quia
in una tabula hæc duo præcepta conscripta sunt. Item
quemadz

quemadmodū ex iussu dei parentes summo honore affi-
ciendi sunt, hocq; tenemur facere, ita & idola neque co-
lere, neque habere tenemur. Ut autem testimonia ex no-
uo habcas testamento, audi quid electū uis dei Paulus
1. Corinth. 5. in medium adducat. Dicit enim: Scripti
uobis per epistolā, ne commisceremini cum scortatori-
bus, ac non omnino cum scortatoribus mundi huius,
aut cum auarīs, aut cum rapacībus, aut simulacrōrum
cultoribus. Hic non loquitur Paulus apostolus Iesu ser-
uatoris nostri cum Ethnīcīs, sed cum Christianīs, qui
eius prædicationem assumpserant. Item 1. Corinth. 8.
uehementiori sententia idolorum cultores perstringit,
cum dicit: Scimus (quasi dicat, non opus multa dispu-
tatione) quod nullum est simulacrū in mundo, & quod
nullus sit deus, nisi unus. In 10. cap. eiusdē epistolæ in-
ter cetera dicit: Neg; simulacrōrum sitis (intellige, uos
Christiani) cultores, sicut quidam illorum. Paulus in
Galatarum epistola cap. 5. cultum idolorum numerat
inter opera carnis, & cultoribus turpium idolorū dene-
gat regni dei hæreditatem. Audi quid Petrus apostolus
Iesu Christi de hoc tam abominādo scelere dicat 1. Pet.
4. Cum Christus passus sit pro nobis in carne, uos quo-
que iuxta eandem cogitationē armemini, quod qui pa-
tiebatur in carne, destituit à peccato, in hoc, ut iam non
concupiscentijs hominum, sed uoluntati dei, quod su-
perest in carne tempus uiuat. Sat enim est nobis, quod
ante acto uitæ tempore uoluntatem genium patraueri

DE IMAGINIBVS

mus, cum uersaremur in lasciuis, cōcupiscentijs, iuinoſ
lentijs, comēſationibus, compotatiōnibus, & nephāz
rijs ſimulacrorum (hoc nota) cultibus. Hic luce clarius
fit, idolorū cultum rei ciendū eſſe in tartara. Apparet
enim ex ijs omnib. quod quicquid Iſraēlitis dictum eſt,
id ad nos quoq; pertinere, quia nos ſi Christo filio dei
credimus, populus dei peculiaris ſumus, quod S. Paulus
ubiq; in ſuis epiftolis euidentiſſimè oſtendit.

Secundo obiſciunt: Nos neq; ueneramur, neq; ado-
ramus imagines, ſed sanctos ipſos quos repræſentat no-
bis. Reſponſio: Impie, dic quicquid in buccam uenerit,
et ſi idola non colas, attamen Christianus populus illis
carere debet, hocq; deus loquitur. Et cum dicis te cole
re ſanctos, facis illud ſine iuſſu & uerbo dei: nam nulli
alteri ſuum honorem deus dare uult. Ipſe enim eſt ze-
lotypus, nec potest ferre ut anima hominis creaturis
iñferuiat uel adhæreat. Auxilium, sanitatem, conſola-
tionem in rebus afflictis non ullae creature poterunt
præſtare, ſed ſolus pater cœleſtis, apud quē talia requi-
renda ſunt. Matth. 11. Venite ad me omnes qui labora-
tis, & onerati eſtis, ego reficiā uos. Imò ſancti dum in ui-
uis agerent, talem honorē manib. & pedib. recuſarūt.
Si quidem legimus Acto. cap. 3. cum Petrus & Ioannes
claudū ab utero ſanaffent, ut in templo inābularet &
laudaret deum, noluiſſe ut eis aliquid uirtutis aſcribero-
tur. Nam dicebat: Viri Iſraēlite, quid miramini ſuper
hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra uirtute aut
pietate

pietate effecerimus, ut hic inambularet? &c. Nec in
alio quoquam est salus, quam in Christo Iesu. Nec aliud
nomen datum est sub coelo inter homines, in quo oportet
nos saluos fieri. Acto. 4. cap. id clarissime leges.
Quod autem dona illa sanationis a mortuis sanctis effla-
gitamus, & non a deo, clam nemini est. Offerimus illis
proprias oblationes, lampades olei & cereos in idolorum
honorem accendimus. Qui morbus, dicitur boni, non pecu-
liarem sanctum sortitus est: cui pristinæ sanitatis recu-
perationem ascripsimus. Nemo hoc negabit, cum co-
ram tam sumosis & sordidis imaginibus cercas aures,
oculos, & nescio quas formas suspenderimus. An non
Romam, Iacobum Hispanum, Michaëlis facellum, Pa-
tritij specum, heremum diue uirginis apud Heluetios,
Aquisgranum, & quis enumeraret illa loca? pede lasso
adiuimus magnis impensis, pro sanitate, uel alijs rebus
consequendis? Quod sancti uiri in uita adhuc existentes
recusarunt, iam a stulto populo ferre iniusti coguntur.
Acto. 4. habemus deum solum adorari, inuocari, & co-
li debere. Te ipsum in testem uoco, & opus tuum. Non-
ne idola ex ligno & lapide fabrefacta colis? An non dis-
tinus honor illa tam foeda super altare collocare, quod
deo soli uero edificari scriptura docet? Si Christianus
baptismate insignitus illuc se collocaret, mox diceret:
facesse hinc in malam crucem, nolo te adorare, qui ho-
mo mortalis es atque ego, qui tamen membrum est Chri-
sti filii dei, & sumosum & oleo inunctum idolum ferre

DE IMAGINIBVS

poteris? Et in templo quidem, quod domus dei esse debet, illa locum supremum obtinent. Nonne enorme peccatum, cum tenere locum idola in quo deus solus inueni debet, et sic domum dei fieri speluncam latronum? Certe illa idola sunt uerilatrones, qui animas hominum interficiunt, et a deo fidelis marito abalienant: ignis fermenta sint, non templorum ornatus. Quid praeterea nescio qua insania uexati dicimus, pudet dicere. Audimus uulgò uoces: Ii sunt sancti, hic diua est uirgo, hic sancta Anna et c. Si haec muta idola sancti sunt, tunc sculptoribus idolorum gratias agamus, qui ex rudi materia illos efformarunt, sicq; Papa et faber idolorum aequaliter potestatem habent sanctos effingere. Obijcis: Prohibes ne etiam crucem Christi? Responsio: Nos iuxta carnem iam amplius Christianum non cognoscimus, sed iuxta spiritum, 1. Corinth. 5. quia noua creatura sumus. Nostra oratio deinceps non ad imagines, sed in spiritu et ueritate fit ad deum patrem, Ioan. 4. Praeterea clarum est, quod tam turpia idola colamus. Cur inducantur, dic obsecro, cur sericis induuntur, cur aperis caput coram illis, cur incuruanur? Paucis accipe: Dic quicquid uelis, honore afficimus sordida idola, qui est solius dei. Vnde putas fluxerunt uersus illi,

Christophore sancte, uirtutes sunt tibi tantæ,

Qui te mane uidet nocturno tempore ridet.

Quād ex mera infidelitate? Verum intelligentibus fas

tis dictum est, qui ex uerbis domini instrui cupiunt.

Tertio

Tertio adducunt: Imagines sunt libri laicorum. Responso: Hoc humanum inuentum est. Gregorius id dicit: sed deus prohibet, & longè aliud dicit. Deus rejicit idola, & tu libros laicorum audes illa nominare? O antichriste, qui fit quod tibi arridet id quod deus odit, & pro abominatione ducit? Vis deum nosse, perlege scripturam sanctam quae testimonium dat de deo, Ioan. 5. Lege diuinum uerbum non humana somnia. Ioan. 10. Oues audiunt uocem pastoris, & non mercenarij.

Quarto obiciunt: Imagines alliciunt hominem ad pietatem, & ad emendationem uitæ. Responso: O hypocrita, omnia idola que ubique locorum inueniuntur, si in unum aceruum ponerentur, non tantum possunt, ut pilos deuotior, uel religiosior, neque te trahere possunt in ueri dei contemplationem. Nam Christus dicit Ioannis 6. Nemo uenit ad me, nisi pater coelestis traxerit eum. Cur tu ligno uel lapidi id tribuis, quod Christus patri suo coelesti ascripsit? Item Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Ipse est uia & ianua uitæ. Quare igitur per idola (o inunctum idolum) ad deum uenire contendis?

Ex ijs iam auditis studeant omnes Christiani mox & sine cunctatione omnia idola tollere, & contere, antequam deus plagam illam immittat, quam solitus est ijs inferre qui suo uerbo non obtemperant. Vis autem templum ornare, adsunt multæ myriades pauperum, qui uiua dei tempora sunt, illos foue, recrea, tunc

DE IMAGINIBVS

eterna gaudia possidebis, Amen.

Addam adhuc unum. Vocabulum εἰδωλοῦ, latini simulacri, germanice ein bildnus oder glychnus significat. Idecirco ubi scriptura idola prohibet, tunc non solum alienorum deorum mentionem facit, sed simulacrorum illorum, quae passim in templis uisuntur. Papistæ in hoc toto cœlo errant, putantes εἰδωλοῦ solummodo significare Ethnicorum deos: sed omne simulacrum & imaginem significat. Palam ex ijs fit, ubi idolum in scripturis inuenitur, prohiberi tam gentiliū idola, quam imagines, qualescumq; sint, que honore aliquo coluntur. Adsistis nunc papistæ forti animo, præstare nos viros egregios, & unum locū e scripturis sanctis adserere cōtra decem, quod imagines uestræ ad aliquid prosint, quam ut ad ignem proieciantur.

Dominus sui cognitionem nobis concedat per Christum Iesum, Amen.


ERRATA.

Fol. 20. uers. 3. lege, clarum est, quod Hebræorum scribæ adduxerunt, nempe Christum uerum saluatorem mundi esse, qui inquā scribæ satis hac prophetia &c.

Fol. 34. uers. 7. habebant olim uestitū, & fortasse etiam nunc temporis habent.

Fol. 50. b. uers. 10. sumendum esse pred.

Fol. 202. b. uers. 6. candelabrum.



L781.R

OCN 63323903

